ADDITAMENTA ANIMADVERSIONUM

IN

ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS.

IN QUIBUS ET MULTA ATHENAEI ET PLURIMA ALIORUM SCRIPTORUM LOCA TRACTANTUR.

AUCTORE

FRIDERICO JACOBS.

JENAE,

SUMTIBUS FRIDERICI FROMMANNI.

1809.

ACADEMIAE

QUAE

MONACHII

SUB AUSPICIIS REGIIS FLORET

BONARUM ARTIUM ET LITERARUM

ALMAE NUTRICI

HUNC LIBRUM

PII ANIMI

TESTEM ET DOCUMENTUM

SACRUM ESSE

VOLUIT

AUCTOR.

Actum fortasse egisse videbimur nonnullis, dum quas copias Viri doctissimi Joannis Schweighäuseri diligentia Athenaei Deipnosophistis affudit, eas nostris additamentis augere suscepimus. Ii enim, qui externa rerum specie decepti, rem ipsam qualis sit noscitare negligunt, quum scriptorem videant, multis multorum animadversionibus instructum, eruditorum inprimis et inclyti nominis hominum, facile sibi in animum inducunt, ut existiment, nihil jam esse quod quis adjiciat, neque fieri posse, ut

pravae sedulitatis crimen effugiat, qui ejusmodi scriptores, jam nimia commentariorum mole laborantes, novis commentariis onerare suscipiat. At ejusmodi judices, qui re non cognita judicare audent, nos quidem nihil moramur. Quis enim est harum literarum paulo peritior, qui vel unum antiquitatis scriptorem ita aut emendatum aut illustratum esse censeat, in quo non multum adhuc et ad lectionis integritatem et ad sensus intelligentiam desideret? quin ut quisque est harum rerum peritissimus, ita plurimum ad id quod quaeritur efficiendum superesse fatebitur. Plurima quidem ab iis, qui superiori aevo in optimis literis tractandis versati sunt, praestita esse, grati agnoscimus; non tamen ignorantes, summos illos viros, quum latissimum antiquitatis campum a squalore et sentibus, quibus obductus horrebat, purgare susciperent, incredibili labore et indefatigato studio non

tamen eo pervenire potuisse, ut rem felicibus auspiciis inchoatam ad finem perducerent. Neque ad hunc usque diem ullus veteris cujusdam scriptoris extitit editor, qui quamvis studio, eruditione et ingenio valeret, idque unum ageret, ut illum scriptorem emendaret illustraretque, id quod volebat, effectum reddere posset. Quod si de iis quoque scriptoribus vere praedicari potest, qui nec multis difficultatibus laborant, et plurimis subsidiorum abundant copiis, quid de iis statuendum esse existimabimus, qui et impeditorum locorum multitudine laborent, nec multa emendationis adjumenta habeant? In horum autem librorum numero Athenaei Deipnosophistae censendi sunt. Nam innumera in illo opere occurrunt loca, miris modis a librariis obscurata et depravata; et totum opus, quale nunc quidem habetur, ex unius codicis fonte profluxisse constat. Hoc unum opus igitur sagacissimis criticis

largiorem acuminis ostentandi materiam praebuit, quam plurima alia; nec conjuncta acutissimorum hominum studia malam herbam, undique in hoc campo uberrime succrescentem, vincere et domare potuerunt. Quod quum et antea inter eruditos homines constitisset, magis etiam intellectum est, postquam novissimi editoris, Viri eruditissimi, doctrina et diligentia e sexcentis libris omnia fere, quae ad Athenaeum et emendandum et explicandum inde a Casaubono, praestantissimo in hoc genere viro, allata essent, in unum locum congesserat. Tum itaque patuit, et plurima esse huic scriptori inflicta vulnera, quae superiores editores ne animadvertissent quidem; et in aliis compluribus locis, quae criticorum studia vehementer exercuissent, post longas subtilesque disputationes id, quod verum esset, adhuc latere seseque abscondere. Quae res et ipsa plurimam utilitatem habere censenda est. Ut

enim in corporibus hominum medica ars tum demum vim suam exserere potest, quum morbi natura et sedes intellecta sit; sic haec critica ars remedia sua vulneribus patentibus efficacius adhibebit, quam ὑπούλοις atque latentibus. Quo studiosius autem textus in novissima hac Athenaei editione, cum codicibus diligentius excussis, tum criticorum ipsiusque Schweighäuseri acumine adhibito emendatus est et correctus, eo magis jam naevi, qui nitidius jam et emendatius dehonestant corpus, in oculos incurrunt.

Jam quum Athenaei Deipnosophistis, ut thesauro plurimis antiquae doctrinae copiis refertissimo, etiam antea operam navavissem, postquam Argentoratensis editoris opera quasi sospitati videbantur, novis eos iteratisque curis tractare coepi. Ubi quum multa animadvertissem, quae me antea latuerant, observationum mearum partem expromsi in cen-

sura illius operis, quae inserta legitur Ephemeridibus olim Jenensibus, nunc Halensibus *), unde Schweighäuserus conjecturas nostras in Addenda sua retulit. Ne tamen existimes, me in hoc Animadversionum libro nihil aliud egisse, nisi ut quae sub Halensis Censoris nomine in Addendis ad editionem Argentoratensem laudantur, recoquerem, non solum illa et emendatiora et exemplorum auctoritatibus confirmata et omnino elegantius expolita exhibentur, verum etiam multo plura adjecta sunt nova, quae repetita Athenaei lectio nobis obtulerat. Sic plurima ad tres priores libros animadversa, nova sunt; ad librum quintum, omnia; item ad libros decimum quartum et decimum quintum. Ut autem nullus liber est, ad quem non plurima accesserint, ita multas a Schweig-

*) Allgemeine Literatur-Zeitung ann. 1802. nr. 162. 163. ann. 1804. nr. 61. 62. 63. ann. 1805. nr. 14. 15. 16. 17.

häusero in Addenda relatas observationes, hîc omisi, quod aut in levioribus quibusdam rebus versarentur, aut nobis nunc quidem minus probarentur. Ubi opportunitas offerretur, aliorum quoque scriptorum loca emendare et explicare conati sumus; quod nec per se ab ejusmodi libelli ratione atque consilio alienum videri poterat, et in hoc scriptore etiam magis consentaneum erat fieri, quum maximam partem ex diversissimorum scriptorum fragmentis, ex omni antiquitate congestis, haud secus ac vermiculatum opus sit compositus. In his quoque conjecturis nonnullae sunt, quas in Ephemeridibus literariis olim exhibuimus; quod eam ob causam moneo, ne quis me aliis sua surripuisse existimet. Quod si tamen factum fuerit, ut quidquam exhiberemus, quod jam alii cuidam, nobis insciis et ignorantibus, in mentem venisset, id primo auctori restitutum esse volumus, alienarum opum nec cupidi

nec indigentes. Si quid vero peccaverimus, quod difficile est vitare in hoc literarum genere et in ejusmodi libro, qui totus fere in conjecturis versatur, veniam peccatorum nobis dabunt ii, qui non ex uno aut altero loco, in quo a nobis discedendum esse arbitrentur, sed ex universo libro quid praestiterimus judicabunt. Scribebam Monachii. d. IV. Nonas Augusti. cIɔIɔcccIX.

Liber primus.

I. p. 3. C. I. p. 11. In *Apollodori* fragm. V. 4. scr. cum Toupio Ἔσηνε. sive potius ἔσηνε. nam hac forma veteres utebantur; altera non item. V. Grammaticorum loca collecta a *Sturzio* ad *Maittaire* de Dial. p. 15. sq. Odyss. ρ. 302. οὐρῇ μέν ῥ' ὅγ' ἔσηνε καὶ οὔατα κάββαλεν ἄμφω. cui loco similis est *Hesiod.* Theogon. 770. Da canibus frequentissimum est σαίνειν. *Plutarch.* T. II. p. 969. F. *Heliodor.* T. II. p. 160. ed. Bip. *Liban.* T. IV. p. 172. κολακεύουσι καὶ προσιόντες σαίνουσι. *Dio Chrys.* Or. VIII. p. 281. 36. τελευτῶντες δὲ σαίνουσιν, ἐπειδὰν (vulg. ἐπειδὴ) συνήθεις γένωνται. Etiam de aliis bestiis. Apud *Aelian.* H. An. III. 21. καὶ ἡ λέαινα εἶδε καὶ αὐτὴ προσελθοῦσα ὑπέσηνε καὶ ἑώρα οἰκτρόν. Sic lego pro ἐπεσήμαινε. Idem vitium sublatum ap. Eund. L. IX. 1. ὁ λέων τῇ γλώττῃ μικρὰ ὑποσημήνας. Cod. Medic. ὑποσήνας. L. XVII. 17. ὑποσαίνουσι καὶ ὑπαικάλλουσι. L. VII. 48. ὁ λέων . . εἶδεν αὐτὸν πράως καὶ σαίνειν ἤρξατο. et paulo post ἀνεγνώρισε τὸν ἄνθρωπον καὶ ἔσαινεν αὐτόν. Philostrat. I. Imagg. VIII. p. 774. τὰ κήτη ἕπεται καὶ σαίνει τὸν Ποσειδῶνα. ubi proxima verba ἐνταῦθα ἱππόκαμποι τὸ ἅρμα fortasse non debent sollicitari.

I. p. 3. I. 12. Κόνων τειχίσας τὸν Πειραιᾶ. Est de hac re locus *Xenophontis* insigniter depravatus in Hellen. IV. 8. 12. de quo consule crisin *Wol-*

fii in Epist. ad. *Schneiderum* p. 121. Hujus acutissimi viri secutus vestigia illum sic legerim: οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες, ὅτι Κόνων καὶ τὸ τεῖχος τοῖς Ἀθηναίοις ἐκ τῶν βασιλέως χρημάτων ἀνορθοίη, καὶ τὸ ναυτικὸν ἀπὸ τῶν ἐκείνου τρέφων, τὰς νήσους καὶ τὰς ἐν τῷ ἠπείρῳ παρὰ θάλατταν πόλεις Ἀθηναίοις εὐτρεπίζοι, ἐνόμιζον, εἰ ταῦτα διδάσκοιεν Τιρίβαζον, βασιλέως ὄντα στρατηγόν, ἢ καὶ ἀποστῆναι ἂν πρὸς ἑαυτοὺς π ε ῖ σ α ι α ὐ τ ὸ ν Τιρίβαζον (vulgo πείσειαν τὸν Τ.), ἢ παῦσαί γ' ἂν τὸν τὸ Κόνωνος ναυτικὸν τρέφοντα. *existimabant, si hoc Tiribazum edocerent, se aut ipsi Tiribazo persuasuros esse, ut ad se transiret, aut saltem illum, qui Cononis classem alebat* (Pharnabazum) *impediret, quominus id faceret.* Dici vix potest, quoties optativi cum infinitivis permutati sint, ut hoc loco πεῖσαι et πείσειαν. In *Xenoph.* Oeconom. 12, 14. ὑφίεμαι οὖν, καὶ οὓς ἂν τοιούτους γνῶ ὄντας μηδ' ἐ π ι χ ε ι ρ ε ῖ ν ἐπιμελητὰς τούτων τινὰς καθιστάναι. lego μηδ' ἐπιχειροῖμ' ἄν. Ap. *Dion. Chrys.* Or. IV. p. 152. ἀλλὰ κἂν ἐμπρήσῃ τις τὸν ἄνθρωπον ... μ έ ν ε ι ν α ὐ τοῦ τὰ δόγματα ἐν τῇ ψυχῇ. lego μένοι ἄν. *Libanius* T. III. p. 34. de Apollinis oraculo agens, quod Socrati summam sapientiam tribuisse constat: οὐ τὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν θαυμαζομένην· πολλοὺς γὰρ πρὸ τοῦδε ταύτῃ π ρ ο σ ε ι π ε ῖ ν, (Lege προσεῖπεν ἄν.) ἀλλ' ἧς ἔστι τὸ περὶ τὴν ἀλήθειαν ... διατρίβειν. Ibi in proximis fortasse scribendum: καὶ γέγονεν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ὁ Σωκράτης ζηλωτός, ὡς οὐχ ἕτερος. Vulgo ὡς desideratur. In *Lysiae* Apolog. p. 418. ed. Tayl. τούτων μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶ καὶ τοὺς μηδὲν ἡμαρτηκότας εἰς αἰτίαν καθιστάναι, ἐκ τούτων γὰρ ἂν μάλιστα χρηματίζειν. scribo: χρηματίζοιεν.

P. 3. *F. I.* 13. In *Antiphanis* fr. V. 1. τοῦ γάρ τις ἄλλου, πρὸς θεῶν περ, οὕνεκα Εὔξαιτο πλουτεῖν . . . non video, quam vim περ habere possit. Tu scribe:

τοῦ γάρ τις ἄλλου, πρὸς θεῶν, πάτερ, οὕνεκα. . .

nam filii verba esse videntur, cum patre, ad rem forte nimium attento, philosophantis. Etiam V. 6. ubi *Schweighaeuserus* ex Cod. dedit: οὐχὶ δὲ τοῖς λαμπροῖσι γὰρ Δείπνοις τὸ πεινῆν παύεται. haud scio, an scribi debeat:

οὐχὶ δὲ τοῖς λαμπροῖς, πάτερ,
δείπνοις τὸ πεινῆν παύεται.

Utrique loco scribendi compendium offecit. Male ap. *Suidam* T. I. p. 782. legitur: ἕως τῶν πατέρων· ἕως τοῦ τέλους. Emendavit Toupius Em. in Su. P. I. p. 122. ἕως τῶν περάτων. Fortasse rectius τῶν περῶν, quod a librario pro compendio τοῦ πατέρων haberi potuit. *Aeschyl.* Prom. 574. ἀλλ' ἐμὲ τὰν τάλαιναν ἐξ ἐνέρων περῶν κυναγετεῖ. Apud quem in Suppl. 277. fuisse videtur: Ἆπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πάτρας Ναυπακτίας. pro ἐκ πέρας. quod alii in χώρας mutaverunt.

P. 5. *E. I.* 18. In *Platonis* Phaone sana est lectio V. 1. modo hiatum tollas: ἐγὼ δ' ἐνθάδ' ἐν τῇ ῥημίᾳ. Solent enim librarii syllabas elidendas adscribere, in eo non imitandi, sed emendandi. — V. 5. ἄκουε δὴ dictum ex formula, quam illustratam dedit *Heindorf* ad Platon. T. II. p. 262. — V. 7. 8. nondum persanatos existimo *Casauboni* conjecturis admissis. Suspicabar fuisse:

ἐπὶ θύννου; ὦ Ζεῦ, τῆς τελευτῆς· τὸ δὲ πολὺ
κράτιστον ἐνταυθοῖ τετάχθαι τάξεως.

Sic genitivus τῆς τελευτῆς habet, unde pendeat. Sic *Philemon* ap. Stob. LXIII. p. 367. ὦ Ζεῦ φίλτατε, Τῆς ἐπαφροδίτου καὶ φιλανθρώπου θεοῦ! qui locus vulgo prava interpunctione laborat. Tum restituimus articulum, quo vocem κράτιστον carere non posse, cl. Editor recte monuit. Infinitivum in utraque lingua sic poni, ut indignationem quandam, aut admirationem cum indignatione conjunctam indicet, satis constat. Vide *Herm.* ad Viger. p. 702. nr. 19. *Matthiae* Misc. phil. T. II. 2. p. 124.

P. 5. *C. D. I.* 19. *Philoxenus* docet polypum elixum asso orpho praeferendum esse, conditione tamen addita, ἢ ᾖ μείζων. Tum sequitur: ἢν ὀπτὰι δὲ δύ ὦσ', ἑφθῇ κλαίειν ἀγορεύω. quae sensum non habent. Fortasse scribendum:

ἢν τυτθαὶ δ' ἔτ' ἐῶσ', ἑφθῇ κλαίειν ἀγορεύω.

ut igitur, *si parvus sit* polypus, assum elixo praeferat. — V. 9. σκόρπιος αὖ ΠΑΤΣΕΙΕ ΓΕ ΣΟΤ, τὸν πρωκτὸν ὑπελθών. Quum non dicatur, quid tandem scorpius sedet, interpretes suspicantur, de libidine agi. Nulla causa fuisse videtur, cur tam obscure loqueretur poëta. Sed quum praeterea nec optativo locus esse videatur sine ἄν, depravatum esse hunc versum merito dixeris, et fortasse sic corrigendum:

σκόρπιος αὖ παύσει σε πόθου, τὸν πρωκτὸν ὑπελθών.

Passim haec aoristi optativi forma confusa est cum futuro. Apud Libanium certe T. IV. p. 850. 35. σφάττειν δ' οὐδένα δίδωσιν, οὐδὲ μύσους, οὗ οὐδεὶς ἂν ἐκνίψειν ἐμπιπλῶν τὴν πόλιν.

scribendum: ἐκνίψειεν; et in praecedentibus fortasse ἄνευ μύσους.

P. 5. F. I. 4. ἴδαιοι δάκτυλοι dicti videntur ab ἴδος, *calor*. Sunt igitur *digiti caloris patientissimi.*

P. 6. E. I. 24. In historia de Philoxeno vulgatam tueri posse puto: τὴν δὲ ἐρωτημένην οὐκ ἀποκεκρίσθαι, διότι νεωτέρα ἀλοίη . . hoc sensu: illam ad propositam quaestionem non habuisse, quod responderet, sed se excusasse, quod junior esset.

P. 7. E. I. 27. In fr. *Euphronis* V. 12. περὶ τὴν Σκυθίαν ἔλυσε τὴν ἐπιθυμίαν. frustra tentavit *Grotius*. τὴν ἐπιθυμίαν λύειν dictum est, ut νόσον λύειν, et similia, *desiderium, morbum levare* sive *tollere*. *Plutarch*. T. II. p. 662. C. ποῖον δηλητήριον οὕτω ῥαδίως καὶ ἀφελῶς νόσον ἔλυσεν, ὡς λουτρὸν ἐν καιρῷ γενόμενον, καὶ οἶνος δοθεὶς δεομένοις . . . εὐθὺς ἔλυσε τὰ δυσχερῆ πάντα. *Liban*. T. IV. p. 227. 16. λύων ἐμαυτῷ τὴν ἐπὶ τοῖς παρελθοῦσι (Lege quod contextus postulat, παροῦσι) λύπην. Apud Eundem T. III. p. 28. 12. scriptum fuisse suspicor: ἔστι δὲ ἃ τῶν ἐθῶν οὐ καλῶς ἔχειν ἡγεῖται καὶ ψέγει (Vulg. λέγει), καὶ τὰς δημοκρατίας, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, αἳ (V. καὶ) τούτους νόμους μὴ λύουσιν. Novissimum vocabulum, quod vulgo desideratur, a *Libanio* scriptum fuisse, probabile fit ex proximis: τίς γὰρ ὑμῶν οὐκ οἶδεν, ὡς τοὺς βλάπτοντας νόμους λύειν, ἐξ αὐτῶν ἐστι δεδομένον τῶν νόμων;

P. 8. B. I. 29. Εὔβουλος ὁ κωμικός φησί που

Εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο. non dubito *Eubulum* scripsisse:

πάρεισιν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο.

Cf. quae dicemus ad p. 28. E. et ad p. 117. F. Sunt in hac Ecloga nonnulla nondum satis emendata; sed v. 13. 14. ex quibus Editor se non expediebat, sincere scriptos arbitror: ἀσυμβόλου δείπνου γὰρ ὅστις ὑστερεῖ, Τοῦτον ταχέως νόμιζε καὶ τάξιν λιπεῖν. Parasitum loqui memineris. Hic se majus crimen nosse negat, quam si quis ad coenam invitatus sero veniat. Ejusmodi hominem, tam socordem, tam pigrum, nihil dubitat, in bello quoque locum, in quo collocatus sit, ocyus desertum esse.

P. 8. *E. l.* 31. Ἀντιφάνης· μονοφαγεῖς ἤδη, τί καὶ βλάπτεις ἐμέ; Et sensui consules et versui, si scripseris:

σὺ μονοφαγεῖς ἤδη τι καὶ βλάπτεις ἐμέ!

quod facetum et parasiti ingenio dignum. Σὺ facile a librario praeteriri potuit, litera σ praecedente.

P. 10. *D. E. l.* 39. ποιεῖ δὲ Ὅμηρος καὶ τὰς κόρας καὶ τὰς γυναῖκας λουούσας τοὺς ξένους, ὡς οὔτε φλεγμονὴν οὔτε ἀκρασίαν πασχόντων τῶν εὖ βεβιωκότων καὶ σωφρόνως ἁπτομένας. Haec verba, de quorum sinceritate *Casaubonus* merito dubitat, equidem non pro mutilis sed pro interpolatis habeo. Verbo πασχόντων deleto, omnia bene procedunt. Genitivi τῶν εὖ βεβ. καὶ σωφρόνως pendent ab ἁπτομένας, quod ipsum arcte co-

haeret cum accusativis φλεγμονὴν et ἀκρασίαν. Hunc accusativi usum cum ὡς illustravit *Lennep.* ad Phalar. p. 332. *Abresch.* ad Aeschyl. T. I. p. 336. Observatione dignus pluralis ἁπτομένας post substantiva per οὔτε sejuncta, quod post nomina per ἢ copulata non infrequens esse nuper monuit *Schaefer.* Meletem. p. 24. — Quae mox sequuntur de Circe ejusque illecebris in mentem mihi revocant locum *Dion. Chrys.* Or. VIII. p. 284. 10. ὅταν οὖν κρατήσῃ καὶ περιγένηται τῆς ψυχῆς ταῖς φαρμάκοις γίνεται τολοιπὸν ἤδη τὸ τῆς Κίρκης, ἣ πλήξασα ῥαδίως τῇ ῥάβδῳ, εἰς συφεόν τινα ἐλαύνει καὶ καθείργνυσι· καὶ τολοιπὸν ἀπ' ἐκείνου ἤδη ὁ ἄνθρωπος διατελεῖ σῦς ὤν, ἢ λύκος. ubi vulgatam temere sollicitat *Reiskius,* σῦς, ὄνος ἢ λύκος scribens. Sinceritatem vulgatae evincunt exempla ab *Heindorfio* collata ad *Platon.* T. I. p. 169. quibus adde *Platon.* Lach. p. 190. B. ἀρετὴ . . . ὅ, τι τυγχάνει ὄν. de Legg. V. p. 726. A. πάντων γὰρ τῶν αὑτοῦ κτημάτων μετὰ θεοὺς ψυχὴ θειότατον, οἰκειότατον ὄν. *Chrysost.* Or. XVII. p. 472. 13. ἐσθῆτα . . . ὡς δύσχρηστον ὄν. *Philostr.* Vit. Apoll. VIII. 7. §. 3. p. 332. διεβεβλήμην δὲ πρὸς χρήματα μειράκιον ὤν. ubi non admiserim ὢν a *Boissonadio* propositum ad *Philostr.* Her. p. 571. sq. In loco *Dionis*, a quo progressus sum, sequuntur verba καὶ ἄλλ' ἅττα ἑρπετά. ubi ἄττα scribe; quod vitium in multis hujus scriptoris locis recurrit. Apud *Liban.* autem T. IV. p. 837. 5. θάσιον οἶνον, ὄρνις, ἰχθῦς, πλακοῦντας, ἀλλ' ἅττα ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ἠπιστάμην. dupliciter peccatum. Scr. ἄλλ' ἄττα.

P. 11. *C.* I. 42. Fragm. ex *Cantharo,* quod cl. Editor sine animadversione praetermisit, depra-

vatum est. Nam verba ἐν Ἰσθμῷ senarium incipere nequeunt. Deleto ἐν, quo carere possumus (v. *Schrader.* ad Musae. p. 276. *Boissonade* ad Phil. Her. p. 414.) versus sanabitur.

P. 13. *E. I.* 50. εἰσὶ δὲ καὶ τοῖς ἀρίστοις κατὰ δεῖπνα τιμαί. Ejusmodi honor apud Spartanos quoque, priscorum morum tenacissimos, regibus habebatur, docente *Xenophonte* de Laced. Rep. c. 15. 4. ὅπως δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς ἔξω σκηνοῖεν, σκηνὴν αὐτοῖς δημοσίαν ἀπέδειξε, καὶ διμοιρίᾳ γε ἐπὶ τῷ δείπνῳ ἐτίμησεν. Ineptum ἔξω muto in ἀξίως, *ut cum dignitate habitet.* Passim permutatae literae ε et α, praesertim in verborum initiis. Apud *Dion. Chr.* Or. XXXVIII. p. 132. 10. lego μὴ θορυβήσητε δὲ ἀ ρ χ ο μ έ ν ῳ πάλιν, ἀλλ' ὑπομείνατε. pro ἐρχομένῳ. Ap. Eund. Or. L. p. 260. 35. τὸ γὰρ ἄρχειν αὐτὸν ἀξιώσαντα τῆς πόλεως, ὡς ἱκανὸν ὄντα βουλεύεσθαι ἤδη. Vulgo τὸ γὰρ ἔχειν. quo uno vocabulo mutato reliqua omnia sincera videri debent et perspicua. *Antiphon.* ap. *Stobae.* T. LXVI. p. 421. 55. de matrimonii incommodis agens: εἰ γὰρ τύχοι μὴ ἐπιτηδεία γενομένη (ἡ ἄλοχος), τί χρὴ τῇ συμφορᾷ χρῆσθαι; χαλεπαὶ μὲν ἐκπομπαί, τοὺς φίλους ἐχθροὺς ποιῆσαι, ἴσα φρονοῦντας, ἴσα πνέοντας, ἐξιώσαντα (marg. ἀξιώσαντα) καὶ ἀξιωθέντα. Obscurum hunc locum sic corrigi posse arbitror: καὶ τοὺς φίλους . . . . . ἴσα πνέοντας, ἐξώσαντα καὶ ἐξωσθέντα. *difficile est repudiare conjugem, et amicos, cum illa conspirantes, in inimicos mutare, dum illam e domo proturbans, ipse te ex illorum domibus excludis.* *Lucian.* Tim. §. 38. πάντα τρόπον ἀπελαθεὶς ὑπό σου, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθεὶς τῆς οἰκίας. *Philostr.* V. Apoll. V. 20. p. 203. non videtur scripsisse, σὺ δὲ ἀμαθῶς

ἀποθῇ τῆς νεὼς Φιλοσόφους ἄνδρας. sed ἀπωθῇ. Ap. *Libanium* autem T. IV. p. 851. 21. scr. τί πρὸς τὴν κρίσιν αὐτὸν ὠθεῖ. non ὠθῇ.

P. 14. *E. I.* 54. Θεόγνιδος τοῦ Χίου σοφιστοῦ. Pro hoc homine, quem nemo novit, scribe Θεοκρίτου. De *Theocrito Chio* omnia plena sunt. Cf. p. 21. C. L. VIII. p. 344. B. et saepius. *Menag.* ad Diog. Laërt. V. 11. et cl. Editoris Addenda T. VIII. p. 433.

P. 15. *B. I.* 56. In fr. *Damoxeni* Epitomator plura praeteriisse videtur, ea posuisse contentus, quae ad rem facerent. V. 6. πάντες ἐβόωμεν· ἡ δὲ εὐρυθμία. — Quod ad versum implendum adjectum est δὴ post δέ, propter hiatum admitti nequit. Fortasse scribi debet:

ἅπαντες ἀνεβόωμεν· ἡ δ' εὐρυθμία. . .

De altis clamoribus admirantium, laudantium, lugentium, verbum ἀναβοᾷν ubique obvium. *Lucian.* Asin. §. 26. πάντες ἀνεβόησαν, ὡς ἐπὶ ἀγαθῷ μεγάλῳ. Cf. infra ad P. 384. F. Idem error circa πάντες commissus inquinavit versum *Nicolai* ap. Stob. T. XIV. p. 148. 41. V. 24. εἰ μόλις ἡμεῖς τὸν βίον Πάντα κατατρίψαντες. ubi *Nic. Schow*, ut metro succurreret, μὲν, aut simile quid inferendum censebat. Frustra. Scribe: ἅπαντα κατατρίψαντες. Ap. *Diphilum* quoque L. X. p. 422. C. V. 10. scribe ἅπανθ' ἑαυτοῖς μηδὲν ὁμολογούμενα. pro πάνθ' ἑαυτ.. *Dio Chrys.* Or. IX. p. 289. 47. οὗτοι δὲ ἀπὸ πάντες ἰδεῖν βουλόμενοι. Lege: ἅπαντες. Quae sequuntur ap. eundem, conf. cum p. 278. 15. et vulgatam, quae editori Lipsiensi luxata videbatur, sinceram et integram esse intelli-

ges. *Heliodor.* L. VIII. 15. p. 263. εἴπερ δὴ σώσειεν αὐτῷ νεανίαν τε, ἅπασαν (Vulg. καὶ πᾶσαν) τὴν ἄλλην τοῦ σατραποῦ διακονίαν ἐπισκιάσοντα καὶ κόρην. — Ibidem paulo post lege: οὕτως ἄρα ἡδύ τι ἐστὶ καὶ τὸ ἀπόλλυσθαι· pro ἡδύ τισι. At vix rectè legitur ἅπαν in *Euripid.* Ione. v. 315. ubi, quum Ionem interrogasset Creusa, utrum in templo cubet, an in domo, ille respondet: ἅπαν θεοῦ μοι δῶμ', ἵν' ἂν λάβῃ ὕπνος. quod non magis intelligo quam *Musgravius.* Num ille dedit:

ἀρκοῦν θεοῦ μοι δῶμ', ἵν' ἂν λάβῃ ὕπνος.

quod a vulgata lectione non multum distare intelligent, qui veteres codd. diligentius tractarunt; nam ου et α sibi sunt simillima. Pessime legitur ap. *Libanium* T. IV. p. 848. 30. καὶ τούτου μάρτυς ὁ νομοθέτης, ἀπομνησθεὶς τε ἁπάσης καὶ καταρώμενος . . . τοῖς φενακίζουσιν. pro ἀπάτης.

P. 15. *D.* 58. *sq.* In *Xenophontis* loco, quem *Athenaeus* excerptum dedit, Anab. VI. 1. 11. verba sunt: ὁρῶντες δὲ οἱ Παφλαγόνες, δεινὰ ἐποιοῦντο, πάσας τὰς ὀρχήσεις ἐν ὅπλοις εἶναι. quae V. D. non sollicitasset, si meminisset observationis *Valckenarii* ad Herodot. p. 276. Sensus est, illis displicuisse, quod omnes illae saltationes inter viros peragerentur; lascivius quid desiderabant scilicet. Δεινὸν ποιεῖσθαι hoc sensu usurpavit etiam *Heliodor.* I. 15 p. 42. ubi male latinus Interpres *crudele facinus commisi;* quum sit: *aegre tuli.* Sed. ap. *Anton. Liber.* c. XII. p. 90. τῷ δὲ Κύκνῳ παρέστη δεινόν, recte vertit *Bastius: une pensée cruelle s' empara de lui.* Plane ut *Herodot.* L. VI. 138. καί σφισι βουλευομένοισι δεινόν τι εἰσέδυνε.

P. 16. *C.* I. 60. οἴκων μὲν οὖν λαμπρότατος ὁ τοῦ Μενελάου. *Dio Chr.* Or. II. p. 86 Μενέλαος δὲ πολλῇ ἁβροσύνῃ δῆλος ὁρᾶται, τοῦ Ταυταλιδῶν ἐξ αἵματος ὤν· Οὐ μὴν τήν γε τοῦ Ὀδυσσέως οἴκησιν οὐδαμῶς τούτοις ὁμοίαν, ἀλλ' ὡς ἂν ἀσφαλοῦς ἀνδρὸς πεποίηκε πρὸς αὐτὸ παρεσκευασμένου. Nonne scribendum πρὸς αὐτὸ τοῦτο? Vide *Valcken.* ad Herodot. p. 233. et *Toup.* ad Longin. p. 396. Eiund. Or. XXXIV. p. 34. 20. lego καίτοι προσήκει γε ὑμῖν, εἴ με ἡγεῖσθε τῷ ὄντι μαίνεσθαι, δι' αὐτὸ τοῦτο ἀκοῦσαι.

P. 17. *C.* I. 64. *Aeschyli* V. 1. ὅδ' ἐστὶν ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος, . sic fortasse integrum praestiteris:

ὅδ' ἐστ' ἐκεῖνος, ὅς ποτ' . . . .

ubi eorum, quae reticentur, causa in oculos incurrit. — Translationis elegantiam, quae est in verbis ἐναυάγησεν ὀστρακουμένη illustravit *Valcken.* ad Ammon. p. 157. et ad Herodot. p. 624. ναυάγια οἴκων dixit *Plutarch.* T. II. p. 517. F. — Vers. ult. frustra olim sollicitavi. Sana sunt omnia. χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί. *fracta illa matula odorem mihi circumfudit diversum quid a vasis unguentariis spirantem.* Ap. *Dion. Chr.* Or. XXXII. p. 688. 33. τινὲς δὲ ὀλίγοι βάλλοντες ὅ τι ἔτυχον ἅπαξ ἢ δίς, ὥσπερ οἱ καταχέοντες τῶν παριόντων. lepide *Reiskius*: οἱ τὰς ἀμίδας καταχ. sed frustra. Ut saepe in talibus, τὶ subaudiri debet. Contra recte idem Or. XXXVII. p. 122. 42. corrigit ἐτόλμησαν δὲ καὶ Φιλίππου τοῦ βασιλέως ἀμίδας κατασκεδάσαι. et ante eum *Pierson.* ad Moer. p. 216. qui inprimis consulendus.

P. 18. C. I. 68. In *Antiphanis* v. 2. ἀποκναίσαιεν ἂν ... . τοῦ δέρματος. lectionis sinceritatem adstruit *Theocrit.* Eid. VII. 109. κατὰ μὲν χρόα πάντ' ὀνύχεσσι Δακνόμενος κναίσαιο. *Liban.* T. IV. p. 145. 3. ὁσάκις ἐνόσησεν ἡ γυνή, τὰ μὲν ἄλλα οἷς οὐκ ἀποκναίει με, νενόσηκεν . . . ἡ δὲ μιαρὰ φωνὴ παντάπασιν ἄνοσος. Ib. p. 833. 17. σεμνὸς ἦν ὁ ἵππος ἐπὶ τῷ τάχει καὶ ἀπέκναιει τὰ ἄλλα ζῶα, σφόδρα ἑαυτὸν ἐπαινῶν. Ib. p. 83 . 1. καὶ πρὸς ταῦτα ἀπεκναιόμην ὡς παρέξων. At idem vocabulum perperam legi ap. *Heliodorum* L. IV. 4. p. 219. τὴν διήγησιν μηκυνομένην οὐκ ἀποκναίεις. facile persuadet editor Parisinus. Cogitaveram ἀκούων οὐκ ἀποκάμνεις. Quod verbum cum participio copulat *Xenophon.* Memor. II. 6. 35. ἀποκάμνεις μηχανώμενος. cum infinitivo *Eurip.* Ion. 134. εὐφάμοις πόνοις μοχθεῖν Οὐκ ἀποκάμνω. ut *Musgr.* dedit ex codd. pro ἀποκάμψω.

P. 18. C. I. 69. *Hermippi* vers. priorem sic fortasse impleveris:

ἀλλὰ μὰ δί', οὐ μέντοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρή. —

'ΑΛΛΑ ante ΜΑΔ facile excidere potuit. Saepe a librariis circa hanc vocem peccatum est. Apud *Xenoph.* Hellen. I. 7. 28. ἀλλ' ἴσως ἄν τινα καὶ οὐκ αἴτιον ὄντα ἀποκτείνητε, μεταμελήσει δὲ ὕστερον· ἀναμνήσθητε ὡς ἀλγεινὸν καὶ ἀνωφελὲς ἤδη ἐστί. fortasse scribendum: ἀλλὰ μνήσθητε ὡς ἀλγ. καὶ ἀν. ἤδη τοῦτ' ἐστι. Temere scribitur in *Dion. Chr.* Or. XLVIII. p. 236. οὔτε τεταραγμένον δῆμον εἰς ταῦτο συνάγει νοῦν ἔχων ἡγεμών, ἀλλὰ ἂν μή τις μείζων ἀνάγκη καταλάβῃ. *Reiskius* ἡγεμὼν τἄλλα volebat; rectius, si quid video, illud ΑΛΛΑ ex-se-

quente ANM ortum cum latino interprete deleveris. Apud Eundem ἀλλὰ scriptum pro ἅμα, Or. LIII. p. 276. 18. ὁ δὲ Ζήνων οὐδὲν τῶν τοῦ Ὁμήρου λέγει, ἀλλὰ διηγούμενος καὶ διδάσκων, ὅτι τὰ μὲν κατὰ δόξαν, τὰ δὲ κατὰ ἀλήθειαν γέγραφεν. Sensum horum verborum bene perspexit *Reiskius*, quid reponendum sit, non vidit. Mihi Orator scripsisse videtur: οὐδὲν τῶν Ὁμήρου ἐλέγχει, ἅμα διηγ. καὶ διδ. Idem vitium ex Orat. XLIX. p. 248. 42. *Valckenarius* sustulit in Or. de Philippo. p. 233. ἅμα Λυσίδι ὁμιλήσας. In illa autem praestantissimi oratoris Oratione p. 275. 36. legendum puto, quod obiter moneo: μηδὲ ὥσπερ πώλους κακῶς πωλευθέντας ἐξαρχῆς ὑπόπτους (vulg. ὑπὸ τοὺς) πρὸς τὰ μὴ φοβερά. et paulo post: οὐ γὰρ δὴ ῥᾴδιον διακρῖναι τὸ τοιοῦτον. pro διαστῆναι. Apud *Aelian.* V. H. I. 34. pro ἅμα καὶ ἐγώ, ὦ βασιλεῦ, τὸν βλάπτοντα τὴν ἐμὴν αἰκίαν . . . θεωρῶν ἀπολλύμενον. fortasse scribendum ἀμέλει καὶ ἐγώ. *utique ego quoque* . . . *Coray* ἀλλὰ proposuit. *Libanius* T. IV. p. 283. 18. πολλὰ μὲν οὖν ὑπὸ τῆς τόλμης καὶ προπετείας εἶπον, οὐχ ἡδέα ἐκείνῳ· ἄλλου καὶ ῥήτορος καὶ ἀνθρώπου πεπονθὼς πάθος. Scr. ἀλλά.

P. 21. *D. I.* 80. Eadem fere de Aeschylo commemorat *Philostr.* V. Apoll. VI. 11. p. 244. ποιητὴς μὲν γὰρ οὗτος τραγῳδίας ἐγένετο· τὴν τέχνην δὲ ὁρῶν ἀκατάσκευον καὶ μήπω κεκοσμημένην, ἢ μὲν ξυνέστειλε τοὺς χοροὺς ἀποτάδην ὄντας, ἢ τὰς τῶν ὑποκριτῶν ἀντιλέξεις εὗρεῖν, παραιτησάμενος τὸ τῶν μονῳδιῶν μῆκος. *Olearius* εὑρείας dedit. Tu scribe εὗρεν. Cf. *Aristotel.* Poet. IV. 16. Tum addit: ἐσθήμασι δὲ πρῶτος ἐκόσμησεν ἃ πρόσφορον ἥρωσί τε καὶ ἡρωΐσιν ἠσθῆσθαι.

Scr. ἠσθῆσθαι. *indutum esse.* Tam pusilla res *Olearium* difficultatibus impedivit. Aeschyli gravitas laudatur ap. *Dion. Chr.* Or. LII. p. 267. ubi scr. πρέποντα ἐφαίνετο τῇ τραγῳδίᾳ. Vulgo sine articulo legitur.

P. 22. *E.* 85. In versu *Alcaei* οἴνῳ πνεύμονα τέγγε· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. praetulerim quod offert L. X. p. 430. B. τέγγε πνεύμονας οἴνῳ . . quo efficitur versus choriambicus cum basi, qualis est etiam proximus, ubi legendum: πάντα δὲ διψῆ ὑπὸ καύματος· quod, ni fallor, dialecti ratio postulat pro διψᾷ. — In *Antiphanis* fr. quod sequitur, verba τὸ δὲ Ζῆν εἰπέ μοι τί ἐστί; τὸ πίνειν φήμ' ἐγώ· uni tribuenda videntur, qui simul interrogat, simul respondet.

P. 23. *C. I.* 87. In *Alexidis* Ecloga V. 3. οὐδ' ἂν λέγῃ τις, οὐδαμῶς μάθοιμεν ἄν. scribo

οὐδ' ἃ 'ν λέγῃ τις . . . .

De ἂν et ἃ 'ν confusis vide *Brunck.* ad Aristoph. Lysistr. 1056. *Markl.* ad Eurip. Suppl. 364. Plurima autem loca sunt, ubi librarii particulam ἂν aut praetermiserunt, aut obliterarunt. *Lycophr.* ap. Stobae. CXVIII. p. 601. 36. ἀλλ' ἡνίκα μὲν ᾖ πρόσω τὸ κατθανεῖν Ἅιδης ποθεῖται τοῖσι δυστυχῆ νόσοι. Scr. ἡνίκ' ἄν. *Xenophon.* Cyrop. VI. 1. 17. ἡμεῖς μὲν γὰρ . . . φρουρήσειν ἡμῖν ἀναδεχοίμεθα τὰ ἐγγύτατα χωρία τῶν πολεμίων. *Schneiderus* dedit ἀναδεχόμεθα, miratus merito, illum optativum tam diu toleratum fuisse. Sed ille scripsisse videtur: ἀναδεχοίμεθ' ἄν. Similiter §. 27. mallem: καὶ ἄλλοθεν, ὁπόθεν ἂν δύναιτο, quam ὁπόθεν ἐδύνατο, quod idem Vir doctissimus dedit pro vul-

gato δύναιτο. *Lysias* Or. in Theomn. p. 172. 8. ed. Tayl. καὶ μὲν δὴ οὐκ ὀρθῶς τῶν χρημάτων ἕνεκα ἐπεβούλευσα αὐτῷ. scripsisse videtur: ἐπεβούλευσ' ἂν αὐτῷ. Ap. Eund. de Sacr. Oliv. p. 134. 1. ἡγούμενοι, ἐμοὶ μὲν ταύτην τὴν αἰτίαν ἀπορωτάτην εἶναι ἀποδεῖξαι. *Reiskius* futuri temporis notionem desiderans ἀποδείξειν mallet. Sed ille fortasse scripsit: ἀπορωτάτην ἂν εἶναι. *existimantes hanc criminationem mihi refutatu difficillimam fore.* Illustravit hunc usum particulae ἂν post verba *existimandi*, *sperandi* etc. *Markland.* ad Lysiam p. 448. ed. R. et 454. 19. *Dio Chr.* Or. VII. p. 252. παρ' ὧν δηλονότι καὶ αὐτοὶ προσεδόκουν τῶν ἴσων ἐντυχεῖν. Veneta ἀντυχεῖν. Scr. ἂν τυχεῖν. *sperabant se accepturos esse.* Saepe apud Eundem in hoc genere peccatum. Or. II. p. 77. 2. ὡς κυρίους ὄντας ὅτι βούλωνται περὶ ἡμῶν λέγειν. rectius scripseris ὅ τι ἂν β. In eadem Orat. p. 79. 3. ὅτι, ἔφη, καὶ τοῦ Ὀλυμπιάσι κήρυκος ἥδιστ' ἂν ἀκούοιμ' ἂν φθεγγομένου μέγα καὶ σαφές. legerim: ἥδιστ' ἂν ἀκούοιμι ἀναφθ. ut fortasse Or. XXXIII. p. 24. πρότερον μὲν οὖν ἐπ' εὐταξίᾳ καὶ σωφροσύνῃ διαβόητος ἦν ὑμῶν ἡ πόλις καὶ τοιούτους ἀνέφερεν ἄνδρας. pro ἂν ἔφερεν. De verbo ἀναφέρειν sic usurpato consule *Stephan.* Thes. L. Gr. T. IV. p. 90. E. Orat. II. p. 97. 15. οὕτω μὲν γὰρ δὴ καὶ λέοντι παραβαλὼν καλῶς αὐτὸν ἐδόκει ἀφομοιῶσαι. Scr. καλῶς ἂν αὐτόν. *nam si hoc spectasset, eum cum leone comparasset; et sic quoque bene eum comparasse videri poterat.* Orat. XII. p. 397. 47. δέοι γὰρ αὐτὸν αὐτοῦ φείδεσθαι καὶ τῆς ὑμετέρας ἀσχολίας. legerim δέοι γὰρ ἂν αὐτοῦ φ. Paulo ante depravata sic correxerim: λέγω δὲ τὸν φιλόσοφον ἄνδρα (cf. *Valcken.* ad Herodot. p. 476. et 604. ad N. T. p. 337.) τὸν λόγῳ

ἐξηγητὴν καὶ προφήτην τῆς ἀθανάτου φύσεως. Or. XXXI. p. 640. 36. νὴ Δί', αἰσχύνην γὰρ οὐ μικρὰν ἔχει νόμος τοιοῦτος ἐν τῇ πόλει κείμενος. ubi non agitur de lege extante, sed proposita. Quare scripserim, οὐ μικρὰν ἂν ἔχοι. *ejusmodi lex si exstaret, haud leve foret probrum.* Orat. XXXII. p. 658. 31. ὥσπερ ἂν εἰ παῖδά τις ἐθίζει διδασκάλων καταφρονεῖν. lege ἐθίζοι. Apud Eund. Or. X. p. 297. 44. si te calcei urerent οὐχ ὑπολυσάμενος ὅτι τάχιστα ἂν ἀνυπόδητος βαδίσῃς. *Reiskius* ἂν deletum mallet; mihi κἂν legendum videtur; ut etiam Or. XXI. p. 504. 21. τούτῳ δὴ μάλιστα περιῆν ὁ Νέρων, καὶ οὐδεὶς ἀντέλεγεν αὐτῷ περὶ οὐδενὸς ὅ τι εἴποι· οὐδ' ἀδύνατος ἔφη εἶναι, ὃ κελεύσειεν· ὥστε καὶ εἰ πέτεσθαι κελεύοι τινά, κἂν τοῦτο ὑπέσχετο αὐτῷ. Vulgo καὶ τοῦτο. Ap. *Libanium* T. III. p. 22. 4. καὶ νὴ δία γε τὸν αὐτὸν εὕρῃς, ἃ τήμερον ᾠήθη χρηστά, μετὰ ταῦτα ὕστερον ἄλλης ἀξιοῦντα δόξης . . κἂν ἄγῃ τις εἰς δικαστήριον δώσοντα δίκην τὸν ἃ πρὶν ἐπήνεσε ψέγοντα, γέλωτος ἂν εἴη. legendum videtur: τὸν αὐτὸν ἂν εὕροις. et γελαστὸς ἂν εἴη. In *Stobaei* Flor. XLI. p. 242. 53. τοῖς χρηστοῖς οὐ συμφέρον ἀμελετέοντας τῶν ἑωϋτῶν ἄλλα πρήσσειν· τὰ γὰρ ἴδια κακῶς ἔσχεν. Scr. κακῶς ἂν ἔσχεν. Tum scr. ἐπεὶ καὶ ἀμελέοντι ἢ ἀδικέοντι κίνδυνος κακῶς ἀκούειν καὶ δὴ καὶ παθεῖν τι. pro καὶ δεῖ. Verba videntur esse *Eusebii*.

P. 23. *D. I.* 88. *Sophoclis* versus ex dramate Satyrico depromti

ἐπικαιόμενος τῷ Ἡρακλεῖ ἀνακειμένῳ.
μέσον εἰς τὸν αὐχέν' εἰςαλοίμην

duplici hiatu deformantur. Lege:

ἐπικαίομενός τ', ὦ Ἡρακλεῖς, ἀνακειμένῳ. . .

Aristoph. Plut. 374. ὦ Ἡρακλεῖς· φέρε, ποῖ τις ἂν τράποιτο. Nubes 184. *Anaxandrides* ap. *Suid.* T. I. p. 5. ὦ Ἡρακλεῖς, ἀβελτηρίου τεμενικοῦ. qui versus vereor ut persanatus sit a *Toupio* ad Suid. T. I. p. 7. — Sequitur locus *Aristotelis* de Tyrrhenorum Institutis, ubi narrat, Tyrrhenos viros cum mulieribus ad coenam ἀνακεῖσθαι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ. quod mihi in mentem revocat locum *Lysiae* Or. c. Alcib. p. 284. 3. de Alcibiadis filio, homine nequam et nebulone, οὗτος γὰρ παῖς ὢν παρ' Ἀρχεδάμῳ τῷ γλάμωνι . . πολλῶν ὁρώντων, ἔτι μὲν ὑπὸ τῷ αὐτόματι κατακείμενος ἐκώμαζε. Acute *Reiskius*: ἔπινεν ὑπὸ τῷ αὐτῷ στρωματεῖ κατακ. Sed rectius scripseris: ὑπὸ τῷ αὐτῷ εἵματι sive ἱματίῳ. *sub eadem veste;* quod *vesticontubernium* est *Petronio* Sat. c. XI. εἷμα de *veste stragula* usurpatum illustravit *Perizon.* ad Aelian. V. H. IX. 3.

P. 23. E. I. 88. Φιλωνίδης· κατάκειμαι, ὡς ὁρᾶτε, δεκάπαλαι. Versus mancus est non in fine, sed in capite. δεκάπαλαι ultimum in senariis locum occupare solet. Vide infra ad L. IX. p. 396. C. Ille fortasse dederat:

ἤδη κατάκειμαι δ', ὡς ὁρᾶτε, δεκάπαλαι.

Post ιδης facile excidere potuit ἤδη. Liceat mihi, hac opportunitate oblata, loca quaedam adscribere, in quibus literarum similitudo vicinitati infesta fuit. Sic saepius articulus excidit, in quo error tanto pronior, quod plerumque per compendium scribitur. *Philostr.* Vit. Apoll. III. 25. p. 116. καὶ τοῖς φίλοις τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ παρὰ τῶν

θεῶν ἀθανασίας μετεδίδου. Fuit, ni fallor: τῆς παρὰ τ. θ. ἀθανασίας. Id. I. Imagg. XXXI. p. 809. γέγραπται δὲ μετὰ τῶν τοῦ Φλοιοῦ ῥηγμάτων. ut est in Cod. Guelph. Vulgo τῶν abest. Ap. *Aelian.* V. H. VI. 10. οὐ μετέσχον τῶν τῆς πολιτείας. ubi eruditissimus *Coray* τῶν expunxit, Cod. Lugd. auctoritatem secutus, hanc periphrasin, ut multa alia, quae ex nimio orationis exornandae studio profecta sunt, equidem tulerim. In *Xenoph.* Cyrop. I. 5, 3. *Weiskius* aliquid excidisse post τὰ μὲν recte vidit. Fortasse: τὰ μὲν χρήματα πέμψας, τὰ δὲ καὶ διαβάλλων πρὸς αὐτοὺς τοὺς Μήδους. ubi articulus ante Μήδους a Cod. Guelph. oblatus omitti non debuit. Mox bene *Fischerus* ταῦτα τὰ ἔθνη καὶ ἰσχυρά, pro ταῦτα ἔθνη. In Ejusd. Anab. V. 4. 12. ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ τοῦ ξύλου σφαιροειδές. scripserim: τὸ τοῦ ξύλου. Alii aliter. *Dio Chr.* Or. XII. p. 381. καὶ τῶν ἀνθρώπων τοῦ γένους, ἔτι δέ, οἶμαι, τοῦ πλήθους καὶ τῆς παρασκευῆς. *Reiskius* περὶ inserit post ἀνθρώπων. Mallem τῶν ἀνθρ. τὸ γένος, ἔτι δέ, οἶμαι, τὰ τοῦ πλήθους. Apud Eund. Or. XXXI. p. 600. 26. καὶ τοίνυν καὶ τοὺς Ἐφεσίους, εἴ τις ἀφέλοιτο πρὸς τὴν θεόν, κατ' αὐτὸ τοῦτο φαίη τις ἂν ἁμαρτάνειν, λαβόντας ἀπ' ἐκείνων τῶν χρημάτων κ. τ. λ. ex quo loco *Reiskius* sese expedire non potuit, legerim: εἴ τις ἀφέλοιτο τὰ πρὸς τὴν θεόν. Continuat rhetor comparationem Ephesiorum cum Rhodiis, P. 595. institutam: si Ephesii pecuniam a privatis in Dianae templo depositam spoliarent, ob hanc solam causam in reprehensionem incurrerent, quod furtum commisissent; qui autem, sicut vos, bene meritos privant honoribus, non solum crimen committunt, sed gravius etiam plectuntur per ea, quae hoc facinus

sequuntur. Illis quidem nemo quidquam confidet in posterum, id quod pro beneficio habendum, quoniam sic cura et custodia liberantur; vobis autem accidet, ut nemo amplius beneficium in vos conferre aut bene de vobis mereri velit. τὰ πρὸς τὴν θεόν, idem quod τὰ παρὰ τῇ θεῷ; nam πρὸς cum verbis motus et quietis jungitur. V. *Schütz.* ad Aesch. Prom. v. 347. — In Or. XLVII. p. 230. 22. ὁ δὲ Μακρῖνος . . . τοῦ Προυσίου βασιλέως μνημεῖον μετήνεγκεν. legerim τὸ τοῦ Πρ. β. μν. Or. LX. p. 312. 6. καὶ οὐκ οἶδα ὅπως δοκεῖ μοι προσεοικέναι τῷ τῶν φιλοσόφων ἐνίων περὶ τοὺς λόγους ἀμηγέπῃ τὸ τῶν κοροπλάθων. Nihil hîc excidit, quod *Reiskius* existimabat, sed scribendum: πρὸς. τὸ τῶν φιλ. . . . τῷ τῶν κορ. Or. LXI. p. 313. 15. ὁ μὲν γὰρ Ἀγαμέμνων οὐ μόνον τὸ εἶδος, ἀλλὰ καὶ τρόπον ἐπαινεῖν ἔοικε. Scr. τὸν τρόπον. *Lysias* c. Agor. p. 242. 10. καὶ μάρτυρές εἰσι καὶ αὐτὸ τὸ ψήφισμα οὕτω τῆς βουλῆς καταμαρτυρήσει. Scr. τὸ ψήφισμα τὸ τῆς β. Apud *Liban.* T. IV. p. 389. 20. ἀλλ' ἡ μὲν ἐπὶ τὸν εἶκον ἤδη παράκλησις, παραπέτασμα τὸ δὲ τῆς σπουδῆς, ἀπολογία τις . . . distinctio verborum emendata omnem vitii suspicionem tollet: παράκλησις, παραπέτασμα· τὸ δὲ τῆς σπ. Etiam ἤδη *tandem* sincerum est. V. *Locella* ad Xenoph. Ephes. p. 262. *Hipparchus Stobaei* T. CVI. p. 574. 14. οὐ γὰρ θέμις ἄνθρωπον ὄντα τῶν ἀλλοτρίων συμπτώματα εὔφορα νομίζειν. Scr. τὰ τῶν ἀλλ. σ. *Hipparchi* loco similis est locus depravatus *Eusebii* ap. Stob. T. CV. p. 567. 13. quem corrigere conabor. Docet ille, eos, qui felices esse velint, non debere aliorum tantum bona considerare, sed sua quoque inspicere: εἰδέναι δὲ ὅτι καὶ αὐτοὶ πολλῶν ἔς τε τὰ ἑαυτῶν ἐγκρύψαντες, καὶ τὰ ἐκείνοις

παρέοντα, εὑρίσκουσιν ἑωϋτοὺς ἄμεινον πρήσσοντας. Post παρέοντα nonnulli ἐπιφραιάμενοι addunt. Lego: πολλῶν, ἔς τε τὰ ἑωϋτῶν ἐγκύψαντες (conf. *Wessel.* ad Herodot. p. 574.) καὶ τὰ ἐκείνοις παρέοντα ἐπιφρασάμενοι, εὑρήσουσιν ἑωϋτοὺς ἄμεινον πρ. Genitivus πολλῶν ab ἄμεινον pendet. — *Dio Chr.* Or. III. p. 134. 47. καὶ διὰ μὲν ὤτων οὐκ ἄν τις ἀκούσαι. Scr. τῶν ὤτων. ut paulo ante διὰ τῶν ὀφθαλμῶν.

Addam et alia hujus generis, sed gravioris momenti. In fr. *Menandri* ap. *Stob.* T. CXX. p. 608. ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς καταλύσεις βελτίονα Ἐφόδι' ἔχων, ἀπῆλθες ἐχθρὸς οὐδενί. lenissima mutatione scribe: καὶ καταλύσεις βελτίον, Ἐφόδι' ἔχων, κἀπῆλθες ἐ. οὐ. Aliter *Bentl.* in Em. in Men. p. 66. *Xenoph.* Hellen. II. 1. 3. in verbis ἐντυχών τινι ἀνθρώπῳ ὀφθαλμιῶντι, ἀπιόντι ἐξ ἰατρείου, κάλαμον ἔχοντι, ἀπέκτεινε. videtur tollendum ἀσύνδετον et scribendum: καὶ κάλ. ἔχ. *Dio Chr.* Or. LXXVIII. p. 430. καὶ καταφρονοῦσι καὶ μαίνεσθαι νομίζουσι. Vulgo deest καί, quod ante κατα excidit. Contra ap. *Parthenium* c. 8. p. 80. καὶ ὡς αὐτῆς ἕνεκα καὶ ἥκοι. delenda conjunctio, ut orta ex praecedente syllaba. Ap. *Stobae.* Flor. I. p. 21. 1. θεοὺς τιμῴην καὶ νόμῳ πόλιος καὶ σπουδῇ· οἰκείην νόῳ εὐσεβεῖ. fortasse legendum: καὶ σπουδῇ οἰκείῃ καὶ νόῳ εὐσεβεῖ. In loco vexatissimo *Aeliani* V. H. II. 38. Cod. Medic. haec offert: λέγει δὲ Θεοφράστης καὶ παρὰ Μιλησίοις τὸν νόμον τοῦτον ἰσχύειν, καὶ μὴ πείθεσθαι αὐτῷ τὰς Ἰάδας, ἀλλὰ τὰς Μιλησίων γυναῖκας. Vide an fuerit: καὶ μὴ π. αὐτῷ τὰς Ἰάδας ἄλλας, ἀλλὰ τὰς Μιλ. γ. *eique legi caeteras quidem Ionicas mulieres non parere, sed tamen Milesias.*

Ap. *Xenoph.* Hellen. L. I. 6. 4. ἐν τῷ διαλλάττειν τοὺς ναυάρχους πολλάκις ἀνεπιτηδείων. fortasse fuit: ἀ ν τ' ἀνεπιτ. *Dio Chr.* Or. X. p. 299. 40. οὕτως ὅταν πολλοὶ πόδες, καὶ πολλαὶ χεῖρες, καὶ πολλαὶ γαστέρες ἀνθρώπων τινὶ προσγένωνται, μὰ Δία οὐκ ἰσχυρότερος οὗτος γίνεται πρὸς οὐδὲν μᾶλλον τυγχάνει ὤν, ὧν δεῖ τυγχάνειν αὐτόν. Scribendum existimabam: οὐκ ἰσχ. οὗτος γίνεται πρὸς οὐδέν, ο ὐ δ ὲ μᾶλλ. τυγχάνει ὢ ν δεῖ τ. αὐτόν. Cui simile vitium *Reiskius* sustulit ap. *Lysiam* Or. c. Agor. p. 508. ed. R. In eadem *Lysiae* Orat. p. 243. ed. Tayl. καί μοι ἀπόκριναι, ὦ Ἀγόρατε· ἀλλ' οἶμαί σε ἔξαρνον γενέσθαι ἃ ἐναντίον Ἀθηναίων ἁπάντων ἐποίησας. fortasse corrigendum, restitutis quae exciderunt: ἀλλ' ο ὐ κ ἂ ν οἶμαι σε ἔξ. γενέσθαι. *non autem existimo, te negaturum esse.* In iis, quae ibi praecedunt, περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἀπέχρη ἐν τῇ βουλῇ μήνυσις ἡ γεγενημένη . . sublato μήνυσις, quod ex praecedentibus videtur repetitum, scripserim: ἀπέχρη ἡ ἐν τῇ βουλῇ γεγενημένη. *Dio Chrys.* Or. XXI. p. 505. 48. καὶ τοιούτων πραγμάτων νεωτέρων τε καὶ ἀδόξων, ὧν μνημονεύων. Fortasse καὶ ἀδόξων ὄ ν τ ω ν μνημ. At perperam hoc participium legitur ap. *Liban.* T. IV. p. 40. 7. εἴγε ζῶντος καὶ ὄντος Πριάμου. Lege: καὶ ὁρῶντος. Ap. *Eund.* T. IV. p. 839. 6. in oratione avari, καὶ νυκτὸς μὲν οὔσης τὴν μὲν ἡμέραν ποθῶ, ἐν ἡμέρᾳ δ' ἡ νὺξ αὖθις αἱρετωτέρα ἦν· ὡς ἐν τοσούτοις κακοῖς ἀγαθὸν ἔχων· μισῶ τὴν τροφήν. Lego: ὡς ἓν ἐν τοσ. In fr. *Diotogenis Pyth.* ap. Stobae. XLVI. p. 330. 9. καὶ μὰν τότε δικασπολὲν . . . οἰκήϊον βασιλέως, ὥσπερ θεῷ ἐν τῷ κόσμῳ ἁγεμών τε καὶ προστάτας ἐντί. scribo: ὥσπερ θ ε ῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ᾧ ἁγεμ. et paucis versibus interjectis, in verbis καθ' ἕκαστον

δὲ καὶ τὰ κατὰ μέρος. delendae videntur voces καὶ τά, ut ex κατὰ ortae. Ut hic θεῷ mutavimus in θεῶ, sic paulo post p. 331. 2. ὅθεν εἰς λύραν καὶ πόλιν εὐνομουμένην δεῖ συναρμόσασθαι βασιλέα, ὅρον δικαιότατον, καὶ νόμῳ τάξιν ἐν αὐτῷ πρᾶτον καταστησόμενον. scribendum νόμω. fortasse etiam ὅθεν, ὡς λύραν, καὶ π. In proximis, verba πρὸς δὲ τοῖς ἀγορευομένοις, male vulgo vertuntur: *in concionibus*, quum sit: *praeter ea quae diximus*. Addam unum locum *Antonini Liber.* c. 33. p. 220. Ὕλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι καὶ σὺν αὐτοῖς. Scr. καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς. nam multos fortunam Heraclidarum secutos esse constat.

P. 25. *B. I.* 94. De Tantalo, ἀποκρούεται αὐτὸν τῆς ἀπολαύσεως, ὅτε τῆς ἐλπίδος ἐγγὺς ἔλθοι. De eodem *Teles* apud *Stobae.* T. XCV. p. 522. 20. ἀλλ' ὁπότ' ἰθύει ὁ γέρων πιεῖν ἢ τῶν καρπῶν ἅψασθαι, ἡ μὲν λίμνη ξηρὰ ἐγίνετο. Scribe, ὁπότ' ἰθύοι. Ibidem paulo post legerim: ἀλλὰ ποῖόν ἐστι τὸ οὕτως ἔχειν ὅταν ἀδυνατῇς αὐτοῖς χρῆσθαι. Vulgo ἀλλ' ὅμοιον. Sequitur alia interrogatio ἢ τί διαφέρει . . .

P. 25. *C. I.* 94. In *Eubuli* fr. V. 4. ἀλλ' οὐδὲ μίαν ἄλλην ἑταίραν εἶδέ τις Αὐτῶν, ἑαυτοὺς δ' ἔδεφον ἐνιαυτοὺς δέκα. notandus usus verbi ἄλλος, quem nuper illustratum dederunt duumviri egregii *Heindorf.* ad Plat. T. II. p. 91. et *Boeckh.* de Plat. Min. p. 147. Sic iterum *Athenaeus* L. XIII. p. 587. C. κεκώλυτο γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα, οὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις. *Dio Chrys.* Or. XXXIII. p. 30. κἄπειτα Πρώτεως τινὸς δίκην ἀλλάττων καὶ μετατιθεὶς αὐτόν, ἐξεύρῃ φωνὴν ἀφιέναι, μή-

τε ἀνδρός, μήτε γυναικός, μήτε ἄλλου τινὸς ζώου μικρὰν (marg. Mor. μιαράν.) καὶ ἀνδρόγυνον μιμούμενος, μηδὲ χαμαιτυπεῖν αὐτὸ τοῦτο χαμαιτυποῦσαν· ἀλλὰ τοὐλαχίστου ἔργου καὶ τῆς ἀσελγοῦς πράξεως ὥςπερ ἂν φθεγγόμενος. Depravatissimum locum sic fortasse emendaveris: μήτε ἄλλου τινὸς ζώου μιαροῦ, μήτε ἀδρόγυνον μιμ. μήτε χαμαιτύπην; αὐτὸ τοῦτο χαμαιτυποῦσαν (*vilissimi scorti*), ἀλλὰ τοῦ αἰσχίστου ἔργου καὶ τῆς ἀσελγεστάτης πρ. ὥςπερ πέρας φθεγγ. *turpissimi flagitii et obscoenissimae actionis quasi fastigium pronuntians.* πέρας sic usurpavit *Damoxenus* ap. Nostr. I. p. 15. B. πέρας ἐστὶ κάλλους ἄνδρες. ubi vide *Casaub.* p. 132. et *Schweigh.* in Addend. p. 393. — In *Eubuli* fr. V. 8. senarius deformatur dactylo in secunda sede: εὐρυπρωκτότεροι πολὺ Τῆς πόλεως ἀπεχώρησαν, ἧς εἷλον τότε. Varia hîc possumus comminisci ad tollendum vitium, nihil quod satis certum sit. Caeterum poëta respexit epitheton Trojae εὐρύχορος et εὐρυαγυία. V. 5. ἑαυτοὺς positum est pro ἀλλήλους, ut passim. V. *Xenoph. Ephes.* Interpp. p. 164.

P. 28. *D. I.* 106. θύμον Ὑμήττιον. *Thymo* abundans Attica passim commemoratur, etiam ap. Nostrum L. XIV. p. 652. C. Hinc quae scripta atticum saporem habere videbantur, *thymum redolere* dicuntur, ut est ap. *Quintil.* Inst. Or. XII. 10. et de *Machone*, Comoediae auctore inter Alexandrinos *Dioscorid.* Ep. XXX. καὶ παρὰ Νείλῳ Ἔστιν ὅτ' ἐν Μούσαις δριμὺ πέφυκε θύμον. Non vero *thymus* tantum, sed *marmor* quoque Hymetti nobile fuit. Vide Intrpp. *Horatii.* II. Od. XVIII. 4. Fortasse etiam ap. *Dion. Chr.* Or. LXXIX. p. 433. 3. εἰ δ' αὖ λίθων εὐχρόων καὶ ποικίλων, Ἢ

ΤΗΙΩΝ, ἢ Καρυστίων. Qui de marmore Tejo tradiderit, novi neminem. Quare suspicabar: ʽΥΜΗΤΤΙΩΝ. — *Epilyci* versibus, qui a *Schotto* primum prolati, nunc demum suo in loco collocati sunt, male adhaesit καί, quod Epitomatoris est, non poëtae. Reliqua verba ἀντίδοτον καὶ ἔγχει Θάσιον, et mutila sunt et corrupta. Quae sequuntur: ὁ γὰρ λαβών μου καταφαγεῖν τὴν καρδίαν, Ὅταν πίω τοῦτ' εὐθὺς ὑγιὴς γίγνομαι. sic videntur corrigenda:

ὃ γὰρ ἂν λαβόν μου καταφάγῃ τὴν καρδίαν . . .

nam quodcunque tandem animum meum roserit, simul ac hoc vinum bibo, statim mente valeo.

P. 28. *E. I.* 107. in fr. *Alexidis:* Λεσβίου πόματος Οὐκ ἔστιν ἄλλος οἶνος ἡδίων πιεῖν. scr. verbis transpositis: πόματος Λεσβίου. Nullum fere est criticum remedium, quod veterum scriptis, poëtarum inprimis, magis sit salutiferum, quam transpositio. Prorsus ἄμετρος est versus *Menandri* ap. *Stobae.* T. IX. p. 100. 4. δίκαιος ἂν ᾖς, τῷ τρόπῳ χρήσῃ νόμῳ. qui fortasse sic debebat scribi:

ἂν ᾖς δίκαιος, τῷ τρόπῳ χρήσῃ νόμῳ.

Sine animadversione hunc versum praetermisit magnus *Bentleius*, ut et hunc ap. *Stobae.* T. XXXI. p. 212. 1. πᾶς ἐρυθριῶν χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ. Scr. ἐρυθριῶν πᾶς. In insigni *Apollodori* Ecloga ap. Eund. T. XLIV. p. 307. de civitatibus per cinaedos pessumdatis, nondum persanatum existimo V. 14. οὐ πόλιν ὅλην φυλὴν δὲ μαλακῶς ἀνατρέπει. ubi *Grotius* dedit, φυλὴν ὅλην πόλιν τε μα-

λακὸς ἄν. Minori mutatione scribendum censebam:

ὅλην πόλιν Φύρδην ὁ μαλακὸς ἀνατρέπει.

Aeschyl. Pers. 709. βωμοὶ δ' ἄϊστοι, δαιμόνων θ' ἱδρύματα Πρόῤῥιζα Φύρδην ἐξανέστραπται βάθρων. Tum in seqq. *Salmasii* vestigia sequutus, legerim:

ἐπεὶ κατὰ μέρος τὰς πόλεις, ὦ φίλε, θεῶ,
ὑπὸ λαισποδίων γάρ εἰσιν ἀνατετραμμέναι·
σκόπει· νεῶν δὲ κατάλογον δόξεις μ' ἐρεῖν.

nam, o bone, contemplare (θεῶ à θεάομαι scripsi pro θεῷ) *urbes singulatim; omnes enim a cinaedis eversae sunt. Vide modo. Existimabis me navium* (submersarum aut fractarum) *facere catalogum.* — *Moschion.* ap. Eund. T. XCIII. p. 561. 31. scribere non potuit: συνέσει, δόξῃ πρόσθε καὶ γένει μέγας. Sed potius

δόξῃ, συνέσει τε πρόσθε καὶ γένει μέγας.

Ap. *Aeschyl.* Suppl. 1000. καὶ μήτ' ἀέλπτως δορὶ ἀνημέρῳ θανών. Lege: δορὶ θανὼν ἀνημέρῳ. Depravatum *Libanii* locum T. IV. p. 361. τίνες δὲ ἄχραντοι βωμοὶ τῶν ἐκεῖ; (οὐδ' ὁ παρ' ἡμῖν ἔτι βωμὸς ἔστιν, ὃν 'Ελέου καλεῖτε) ὧν ἂν ἦν ἱδρύεσθε βωμοὺς ἀπανθρωπίας, ὠμότητος, ἀσεβείας. parum feliciter tractavit *Reiskius.* Scribe verbis transpositis et paululum immutatis: ἀνθ' ὧν ἤδη ἵδρ. Idem remedium attulerim *Lysiae* in Apol. δωροδ. p. 382. 4. ἐγὼ δ' ὑμῶν δέομαι καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ, μὴ καταγνῶναι δωροδοκίαν ἐμοῦ· μηδ' ἡγήσασθαι τοσαῦτα χρήματα εἶναι, ἃ ἐγὼ βουληθείην ἄν τι κακὸν τῇ πόλει γενέσθαι. Sen-

sui laboranti varie succurrunt; *Reiskius* λαβὼν sive δεξάμενος interponi velit. Mihi lenissimum videtur scribere: ἀνϑ' ὧν βουληϑείην ἄν τι κ. — Iterum verborum transpositione juvandus *Alexis* P. 28. E. I. 108. Ἡδὺς ὁ Βρόμιος, τὴν ἀτέλειαν Λεσβίοις Ποιῶν. Scribe:

> ὁ Βρόμιος ἡδύς, τὴν ἀτέλειαν Λεσβίοις
> ποιῶν.

In *Ephippi* autem fr. quod sequitur, suspicor ἄγαν ab Epitomatore non suo loco fuisse collocatum, quum scribendum esset:

> ἄγαν φιλῶγε Πράμνιον οἶνον Λέσβιον·
> πολλὴ δὲ Λεσβία σταγὼν ἐκπίνεται.

Statim *Antiphanis* V. 1. una syllaba est brevior, quam facile suppleveris scribendo:

> πάρεστιν ὄψον χρηστόν, ἐπαγωγὸν πάνυ.

Pro ἔστιν. Sic mox P. 29. A. Ὁ Λευκάδιος πάρεστι καὶ Μιλήσιος. P. 30. F. οἶνος ξενικὸς παρῆν. L. VII. p. 300. B. ἡ λευκόχρως πάρεστιν ἔγχελυς. Sic ibi legendum articulo addito. Et statim: Βοιώτιαι παρῆσαν ἐγχέλεις. P. 301. A. Ἑψητοί τινες παρῆσαν ἡμῖν δαιδαλαῖοί πως. Cf. ad p. 8. B. et ad L. III. p. 117. F. Fortasse etiam ap. *Antiphanem* L. VII. p. 323. A. παρῆν συχνὴ Σφύραινα. quamquam ibi mutatio non prorsus necessaria. Verbum παρεῖναι temere impugnavit *Reiskius* ap. *Liban.* T. IV. p. 292. 9. παρέχειν μετ' αὐτὸν ἄλλοις τισὶν εἰς τὴν τελετὴν παρεῖναι. quod ne in παριέναι mutes, plurima veterum loca vetant. *Xenoph.* Anab. VII. 4. 4. παρῆσαν ἐπὶ ταῖς κώμαις. ubi quidam libri ἐς τὰς κώμας, quod exquisitius.

Apud Eund. I. 2. 2. nuper demum *Schneiderus* in ordinem recepit lectionem verissimam παρῆσαν εἰς Σάρδεις. pro προσῆσαν. Id. Hellen. III. 5. 6. παρεῖναι εἰς 'Αλίαρτον. Conf. *Valcken.* ad Herodot. I. p. 10. 96. — Ut in *Antiphanis* loco librarius ἔστι scripsit pro πάρεστι, contentus se id posuisse, quod sensum quodammodo juvaret, sic omnino verba *simplicia* scribunt pro *compositis*, quae est verissima *Brunckii* observatio ad *Arist.* Lysistr. v. 408. Hanc ob causam in *Xenoph.* Anabasi L. I. 3. 14. cum Msc. Paris. et Eton. scripserim ὧν πολλοὺς ἔχομεν . . . ἀνηρπακότες. pro ἡρπακότες. Ib. IV. 2. 7. ἡ δὲ σάλπιγξ ἐπεφθέγξατο. cum Cod. Eton. pro ἐφθέγξατο. L. IV. 7. p. 158. ἐπεὶ δὲ ἡ πρώτη τάξις ἀπέκαμνε. cum iisdem Codd. pro ἔκαμνε. In his omnibus locis librariorum negligentia sensui haud magnum attulit detrimentum. At fit interdum, ut eâ sensus penitus evertatur. Apud *Liban.* T. IV. p. 306. 14. simulatus dicit Demosthenes: 'Υπερίδου δεήσομαι, γράψαι μοι τὰ ψηφίσματα. *Reiskius*: „imo κρύψαι. Hyperidem orabo, ut mea vetusta et acerba Macedonibus psephismata in suis adversus Macedonas invectivis ne commemoret." Tu scribe: διαγράψαι. *ut psephismata mea deleat et expungat.* De usu verbi διαγράφειν in foro attico disputavit *T. Hemsterh.* ad *Thom. Mag.* p. 211. sq. *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 81. sq. De *Euhemero Plutarch.* T. II. p. 360. A. πᾶσαν ἀθεότητα κατασκεδάννυσι τῆς οἰκουμένης, τοὺς νομιζομένους θεοὺς πάντας ὁμαλῶς διαγράφων. Similiter ap. *Lysiam* Or. in Nicom. p. 472. correxerim: καὶ τόσα διαχειρίσας οὗτος τῶν ἀρξάντων εὐθύνας οὐκ ἔδωκεν. pro καὶ ὅσα χειρίσας. *quum tantas res administrasset, solus rationem reddere noluit.* In alio *Libanii* loco T. IV.

p. 548. 8. ὅτι μὲν οὖν τυραννίδος ἔχειν ἀρχὴν οὔτε ἤθελον, οὔτε βουλομένῳ παρῆν, ἑτέρας ὁ λόγος οὐ δεῖται προσθήκης. Scr. τυραννίδος μετέχειν. *quod tyrannidis nulla ratione* (ἀρχὴν) *particeps fieri volui. Teles* apud *Stobae.* CVI. p. 575. fin. καὶ ὥσπερ ἐκεῖσε ὅταν ἐπίκεινται οἱ πολέμιοι καὶ βάλλωσιν εἰς τὰ ὅπλα, χωρεῖς ψιλὸς ὤν. ubi et syntaxis laborat et sensus. Illum dedisse suspicor: ὅταν ἐπικέωνται οἱ π. καὶ β., εἰς τὰ ὅπλα ἀναχωρεῖς ψιλὸς ὤν. Mox lege εἰ ἐπίκειται ἐνίοτε πόλεμος. ubi vulgo εἰ abest. Raro fit contra, ut composita scribantur pro simplicibus. Ut ap. *Liban.* T. IV. p. 822. 8. εἰ γὰρ οὐ δύνασαι φέρειν τὴν συμφορὰν τοῦ Μακεδόνος. Scr. τὴν φοράν. ut p. 826. 16. ἐγὼ δὲ ἐν πολλῷ χρόνῳ πρὸς τὴν φορὰν τὴν Φιλίππου παρεταξάμην. Conf. *Boissonade* ad *Philostr.* Her. p. 571.

P. 29. *A.* I. 109. in *Aristophanis* fr. V. 3. legendum: οὐδ' ἄλλον ὅστις ἐπεγερεῖ τὸν ἔμβολον. pro ἐπεγείρει. quod jam *Brunckius* monuerat in Fragm. Arist. T. III. p. 248. Haec futura saepissime obliterarunt librarii. Ap. *Dion. Chr.* Or. XI. p. 315. 23. οὕτω γὰρ σκοποῦσιν οὐδὲν ἔτι φαίνηται παράδοξον. paulo melius ed. Veneta φαίνεται. Sed vera lectio fuisse videtur φανεῖται. Similiter peccatum ap. Eund. Or. LXX. p. 374. 36. τοῦ μὲν λέγοντος ὅτι πλεύσηται καὶ πολλὰ κερδανεῖ χρήματα ἀπ' ἐμπορίας. *Reiskius* πλεύσεται. Vera lectio fuerit πλευσεῖται. Hoc obvium ap. *Thucyd.* IV. 13. VII. 64. *Platon.* Hipp. min. p. 213. Fortasse et ap. *Lysiam* Or. de Eratosth. Caede p. 24. ed. R. scribendum: ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώπων πευσεῖται. pro πεύσηται, et quod Cod. Vind. habet πεύσεται. *Xenoph.* Hellen. VI. 2. 39. εἴτε ἀν-

τιπάλους νομίζων, οὕτω θρασέως μήτε καταῤῥαθυμῶν, μήτε καταμελῶν φαίνεσθαι μηδέν. Ad φαίνεσθαι *Weiskius* ἂν desiderat, non sine causa idonea. Sed vide an scripserit *Xenophon:* οὕτως ἐθάρσει (sic *Wyttenbachius*) μήτε κ. μ. κ. φανεῖσθαι. Apud *Stobae.* T. VI. p. 83. 27. λογισάσθω ποῖόν τι καταφαίνεται αὐτῷ, εἰ δέσποινα δούλῳ πλησιάζοι. mallem καταφανεῖται. Saepe sic futurum respondet optativo in altero membro; cujus usus exempla statim afferam. Adjiciam et alia quaedam loca, in quibus circa futurum peccatum videtur. Ap. *Philostr.* Vit. Apollon. V. 36. p. 221. ὡς οὐ παραδώσεις τὴν ἀρχήν σφισιν, εἰ μή που καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ μείνωσιν. Scr. μενῶσιν. Ut ap. *Eurip.* Hippol. 484. ἦτ' ἄρ' ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν, Εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς ἐξευρήσομεν. *Xenoph.* Hellen. II. 4. 40. μάλιστα δ' ἂν γνοίητε, εἰ ἀναλογίσεσθε. Sic enim cum edd. vett. legerim pro vulgato ἀναλογίσαισθε. Ibid. IV. 1. 33. εἰ μή τι . . . ξυλλέξομαι. cave iis obtemperes qui ξυλλέξωμαι legunt. *Plutarch.* T. II. p. 471. E. οὐ μόνον πλούσιοι . . . εἶναι ἀξιοῦσιν, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ κύνας ἕξουσι πρωτεύοντας ἀρετῇ . . ἀθυμοῦσι. *Isocrates.* T. III. p. 50. πῶς δ' οὐχὶ καὶ τἀναντία φανήσεσθε πράττοντες ὑμῖν αὐτοῖς, εἰ Θηβαίους μὴ διακωλύσετε. Id. in Archid. p. 20. ἐπαπειλοῦσιν, ὡς εἰ μὴ ταῦτα συγχωρήσομεν, ποιησόμενοι τὴν εἰρήνην κατὰ σφᾶς αὐτούς. In *Antisthenis* Or. Ajac. in Oratt. Gr. T. VIII. p. 55. σκοπεῖτε, ὡς εἰ μὴ δικάσητε καλῶς. Cod. Parisin. δικάσεται. Scribe δικάσετε. Errabat *Reiskius* ad *Lysiam.* Or. c. Eratosth. p. 222. 7. ἀλλὰ γὰρ εἰ τὰ χρήματα τὰ φανερὰ δημεύσετε, καλῶς ἂν ἔχοι . . corrigens δημεύσαιτε. Et iterum p. 87. 1. δεινὸν εἴη, εἰ . . . οὕτω καὶ ὑμεῖς μεγάλας καὶ

δεινὰς τὰς τιμωρίας ποιήσεσθε. ubi ille ποιήσαισθε mallet. Apud *Libanium* T. IV. p. 32. 10. εἶθ' ὑμεῖς ὑπεκύπτετε ῥᾳδίως, ἀγαπῶντες εἴ τις ἐάσειε ζῆν. scribendum puto: εἴ τις ἐάσει ζ. et mox: οὐδὲ γὰρ εἰ σφόδρα πρόδηλον ἦν, ὡς ἡ τύχη μεθ' ὑμῶν παρατάξαιτο. probandum, quod est in marg. Morell. παρατετάξεται.

P. 30. *E. I.* 116. Mutilum *Amphidis* versum bene implevit *Valckenarius*, Ἀκάνθιος addens. Sed quod γ' adjecit ad metrum fulciendum, id minus placet. — Mox *Archilochi* verba: Ἰσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος. pentametrum efficiunt longe perfectissimum. Ne δουρὶ cum Editore scribas, vetat *Synesius* Epist. CXXIX. p. 265. C. *Suid.* T. II. p. 151. T. III. p. 551.

P. 34. *D.* 130. In *Eubuli* fr. revocanda est lectio Codd. με νόμισασ'. Reliqua sic distingue:

γύναι,
ῥάφανόν με νομίσασ', εἰς ἐμὲ σὺ τὴν κραιπάλην
μέλλεις ἀφεῖναι πᾶσαν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖς.

Compellatur his verbis mulier, vini iraeque plena. Quae quum vehementer invecta esset in hominem, nescio quem, ille, *videris*, inquit, *me pro brassica habere, in quam omnem tuam effundas crapulam.* Brassica enim crapulam diluere existimabatur. — Mox in fr. *Nicocharis* δ' inseruit cl. Editor post εἰσαύριον, ut metro consuleret; vereor ut recte. Nam ῥάφανος unum pedem implere solet. Quare mallem

εἰσαύριον ἀντὶ τῶν ῥαφάνων ἑψήσομεν
βαλάνιον.

Liber secundus.

P. 35. I. 133. Μελανιππίδης ὁ Μήλιος· Ἐπώνυμον, ὦ δέσποτ' οἶνος Οἰνέως. Nihil excidit; sed scribendum:

ἐπώνυμον,
ὦ δέσποτ', Οἶνος Οἰνέως.

P. 35. D. I. 134. *Diphilus* in laudibus vini: ὡς ἡδύς τις εἶ· Ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιεῖς μόνος. Corrigunt: ὃς τὸν τ. Fortasse recte. Nec minus bene legeris tamen:

σὺ τὸν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιεῖς μόνος.

Saepenumero syllabae συ, ου, ο, confusae a librariis. In fr. *Anaxandridis* ap. *Stobae.* T. CXVI. p. 594. 32. de malis senectutis, verba depravatissima οὐδ' εὐκόλως ἐνίοτε κομίζειν ποιεῖ Μεταλαμβάνων ἐπιδέξι' σὐτοῦ τὸν τρόπον. minus feliciter tractavit *Grotius* p. 485. Hoc mihi saltem intelligere videor, scribendum esse: σὺ δ' εὐκόλως ἔνεγκε et ποίει. In κομίζειν autem fortasse latet καὶ μεῖον, cui opponitur τῶν φορτίων μέγιστον. Alia quaedam loca adjiciam, quibus pronomen secundae personae restituendum videtur. *Dio Chr.* Or. IV. p. 160. 4. ἔφη οὖν, μηδὲ τὸ σημεῖον τὸ βασιλικὸν ἔχεις. Abruptae orationi consultum ibis, si legeris: σὺ δὲ μηδὲ τὸ σ. quod inter praecedentes

et subsequentes syllabas facile excidere potuit. *Liban.* T. IV. p. 51. ἄλλως δ' ὅτι καὶ διὰ πρεσβείας ἔξεστιν αὐτὸν πραΰναι, λέγοντας, ὅτι τὸν ἄνθρωπον ὃν ἐμίσεις, οὐ σπουδαῖον ἐν τοῖς ἡμετέροις ἡμεῖς εὑρήκαμεν. Lege: ὃν ἐμίσεις σύ, σπ. Paulo post lege et distingue: συγγνώμην οὖν ἔχειν εἰ τὸ πρᾶγμα τεμόντες, σὲ μὲν ἐτίμησαν τῷ θανάτῳ, τὸν δὲ . . . pro οἱ τὸ πρ. τ. In alio *Dion. Chr.* loco Or. LX. p. 310. 12. ἐὰν δ', ἔφη, οὐ πείσῃς αὐτὸν . . . σοί τε πολὺ πρᾳότερος ἔσται καὶ ἄμεινον βιώσεται. Lege σὺ πείσῃς. *Aeschyl.* in Suppl. 951. τί σοι λέγειν χρὴ τοὔνομον χρόνῳ μαθών; Ἴσως ου αὐτός, χ' οἱ συνέμποροι σέθεν. Sic Aldina, in quo sunt verae lectionis vestigia. Scribendum enim:

Ἴσθ' οὖν σύγ' αὐτός, χ' οἱ συνέμποροι σέθεν.
Ταύτας ἑκούσας . . . .

P. 35. *E. I.* 135. *Ion Chius* V. 3. οἶνον ἀερσίνουν, ἀνθρώπων πρύτανιν. De sinceritate hujus lectionis mihi nondum persuasum est. Puto fuisse ἐράνων πρύτανιν — quod librarius pro ανων i. e. ἀνθρώπων accepit. Bene et poëtice vinum *princeps convivii*, (*des Mahles Fürst*,) appellari potuit, ut securis ἐμβριθὴς τέχνας πρύτανις ap. *Leonid. Tar.* Ep. IV. et alia, quae collegi in Anim. ad Anth. Gr. T. III. P. II. p. 150. Dici vix potest, quot veterum loca compendia ανοι, ανων et similia corruperint. Apud *Lucian.* in Cynic. §. 19. T. IX. p. 214. θύρας δὲ τῶν καλουμένων ἀνθρώπων οὐ θεραπεύω. Variis modis tentatum vocabulum (v. *Lennep.* ad *Phalar.* p. 47. *Valcken.* in Praef. ad Phal. p. XII.) sic mihi recte emendasse videor: τῶν καλουμένων ἀνάκτων. Patroni enim a parasitis *Reges* appellari solebant. v. *Gronov.* ad

Plauti Asin. V. 2. 69. *Casaub.* ad *Theophrasti* Char. c. II. p. 34. *Interpp.* Juven. ad Sat. I. 135. V. 14. *Bellin de Ballu* in δεσποτῶν inciderat. Insignis est locus *Menandri* ap. *Stobae.* CXX. p. 608. ubi vita cum panegyri comparatur. πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον Ὃν φημι τοῦτον ἐπιδημίαν ἀνθρώπῳ Ὄχλος, ἀγορά, κλέπται, κυβεῖαι, διατριβαί. Hunc locum, cujus vitium in exitu versus medii in oculos incurrit, non pro solita felicitate tractavit summus *Bentleius* in Em. p. 66. Scribe minima mutatione:

ὃν φημι τοῦτον, τὸν ἐπιδημίας, ἐν ᾧ
ὄχλος, ἀγορά, κλέπται, κυβεῖαι, διατριβαί.

ubi ενω a librario pro ανω acceptum fuit. Apud *Themistium* Or. XIII. p. 175. A. καὶ οὐδὲ αἱ νύκτες αὐτῷ σκοτειναὶ καὶ ἀφεγγεῖς τοῖς ἀνθρώποις. fuisse videtur: ὡς τοῖς ἄλλοις. Apud *Lysiam* vero Or. pro Mantith. p. 307. 4. sincera videtur lectio: ὕστερον ἀνεχώρησα τοῦ σεμνοῦ Στειριέως, τοῦ (sic lego pro τοῖς) πᾶσιν ἀνθρώποις δειλίαν ὠνειδικότος. ubi *Marklandus*, τοῖς πᾶσιν ἄλλοις sive Ἀθηναίοις malebat. Utrumque vulgatâ deterius. In *Agesilao Xenophontis.* I. 8. p. 436. ed. *Weisk.* regis Spartani laudator narrat, quibus ille artibus suorum animos excitare et incendere studuerit: νομίζων ἐκ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων προθυμότατα τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι. Ineptam lectionem cum ἀνθρώπους permutavit *Weiskius*, idque *Schneiderus* in textu posuit. At mihi *Xenophon* videtur scripsisse: ἐκ τῶν τοιούτων ἂν προθύμ. τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι. *existimans eos, eiusmodi incitamentis inflammatos promtissimo animo pugnaturos esse.* De hac vi particulae ἂν supra monui

ad L. I. P. 23. C. Idem error occupavit locum *Dion. Chr.* Or. VII. p. 240. 38. ἀλλὰ τίς ἄνθρωπος ἐκείνων νῦν ἐμοὶ μαρτυρήσειεν; A nonnullis Codd. ἄνθρωπος abest. Tu scribe: τίς ἂν ἐκείνων .... μαρτυρήσειεν; *sed quis illorum, quos tum servavi, nunc mihi testimonium tulerit?* Reliqua sunt integerrima. Apud Eundem Or. VIII. p. 277. 28. καὶ νὴ Δία, εἰ ὑπέσχετο ὀφθαλμοὺς θεραπεύειν, πάντες ἄνθρωποι ὀφθαλμοὺς αὐτῷ ἐπεδείκνυον. *Reiskius* corrigit πάντες ἂν τούς ὀφθ. Bene hoc quidem; sed ad integritatem loci etiam aliud quid requiri videtur v. c. πάντες ἂν οἱ ὀφθαλμιῶντες τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐ. ἐπεδ. Sed quis *Dionem* sic scripsisse praestare velit? Idem vitium recurrit Or. XXXIII. p. 20. 13. φέρε καὶ ὑμᾶς εἴτις ἐκ τοῦ φερομένου ἤχου πόῤῥωθεν εἰκάζοι, οἵους ἀνθρώπους ὑπολάβοι εἶναι. Scr. οἵους ἂν ὑπολ. Ap. *Polybium* L. XII. 13. 11. T. III. p. 4 8. olim legebatur: σὺν δὲ τούτοις ἄνθρωποι διεπέμποντο διὰ τοῦ θεάτρου. nunc in *hominum* locum ὄνοι successerunt ex emendatione *Toupii* ad Suid. T. I. p. 337. Frequenter etiam ἄνθρωπος et οὐρανὸς permutantur, ανος et ουνος scripta. V. *Valcken.* ad N. T. p. 366. *Schaefer.* ad Dion. Hal. p. 173. Posterius hoc perperam, ni me omnia fallunt, scribitur apud *Diodor. Sic.* T. II. p. 640. ἄκραν τινὰ τῶν Ἀλπέων, κορυφὴν τοῦ σύμπαντος ὄρους δοκοῦσαν, οὐρανοῦ ῥάχιν παρὰ τῶν ἐγχωρίων καλεῖσθαι. Fuisse puto ὄνου ῥάχιν. Sic de Thaso *Archilochus* ap. *Plutarch.* T. II. p. 604. C. ἥδε δ' ὥς ὄνου ῥάχις Ἕστηκεν ὕλης ἀγρίας ἐπιστεφής. Cf. notata in Anim. ad Anth. T. I. P. I. p. 165. *Philostratus* in Vit. Apoll. IV. 7. p. 145. Jovem Phidiae postponit Jovi Homerico: τὸν μὲν γὰρ ἐν γῇ φαίνεσθαι, τὸν δὲ ἐς πάντα ἐν τῷ οὐρανῷ ὑπο-

νοεῖσθαι. Scripserim: ἐν τῷ νῷ sive ἐν τῷ θυμῷ. *illum vero ubique* (ἐς πάντα) *mente et animo cerni.* *)

P. 36. *A. I.* 136. *Mnesitheus* V. 10.

τοῖς μὲν μέτριον πίνουσι καὶ κεκραμένον,
εὐθυμίαν φέρει γ'· ἂν δ' ὑπερβάλῃς ὕβριν.

Versum hypermetrum cl. Editor emendari posse censebat deleto γ', ut φέρει ἂν anapaestum efficiat. At hoc remedio malum non tollitur, sed mutatur. Vide an verbis transpositis scribi possit:

εὐθυμίαν, ἂν δ' ὑπερβάλῃς ὕβριν φέρει.

In sequ. *Eubuli* fr. V. 10. δέκατος δὲ μανίας, ὥςτε καὶ βάλλειν ποιεῖ. assensu suo probavit cl. Editor conjecturam nostram ὅς γε καὶ σφάλλει πόδας. Hoc certe nisi scripsisset, non potuisset addere: πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς Ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας. *Xenoph.* Cyrop. VIII. 8. 10. νομίζοντες τὸ μὴ ὑπερπίνειν ἧττον ἂν καὶ σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν. Quibus respondent haec L. I. 3. 10. ὑμᾶς ἑώρων καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς γνώμαις σφαλλομένους. Idem de Laced. Rep. c. V. 7. περιπατεῖν γὰρ ἀναγκά-

*) Οὐρανὸς male legi videtur in *Platon.* Phaedone p. 109. D. οἰκοῦντας γὰρ ἔν τινι κοίλῳ τῆς γῆς, οἴεσθαι ἐπάνω αὐτῆς οἰκεῖν, καὶ τὸν ἀέρα οὐρανὸν καλεῖν, ὡς διὰ τούτου οὐρανοῦ ὄντος τὰ ἄστρα χωροῦντα. Fortasse scribendum: ὡς διὰ τ. ὁ ρ ῶ ν τ α ς τὰ ἄ. χ. In quo vocabulo, quod contextui unice aptum est, etiam etymologia τοῦ οὐρανὸς servatur.

ζονται ἐν τῇ οἴκαδε ἀφόδῳ, καὶ μὴν τὸ ὑπ' οἴνου μὴ σφάλλεσθαι ἐπιμελεῖσθαι. *Dio Chr.* Or. XXXII. p. 680. 22. οἴνου μὲν οὖν τοιαύτη φύσις, τὸ μὴ δύνασθαι σωφρονεῖν, ἀλλὰ πολλὰ δυςχερῆ πράττειν ἀναγκάζεσθαι . . . ὑπὸ δὲ ᾠδῇ σφαλλομένους . . οὐκ ἔστιν ἄλλους ἰδεῖν. — In proximo *Epicharmi* fr. V. 2. θοίνη, ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο . . laborat, spondeo in tertia sede posito. Scribe, ut numeros trochaïcos restituas, una vocula transposita:

θοίνη, ἐκ θοίνης δὲ πόσις ἐγένετο . . . .

P. 36. *E. I.* 140. *Alexis* in comparatione vini et hominis:

παρακμάσαντα δ' ὧν λέγω
τούτων ἁπάντων, ἀπαρυθέντα τὴν ἄνω
ταύτην ἀνοίαν ἐπιπολάζουσαν, ποτὲ
πότιμον γενέσθαι.

In hoc contextu, si quid video, ποτὲ locum non habet, sed τότε scribendum, quod, ut alia hujus generis vocabula, quae temporis significationem habent, in apodosi per pleonasmum ponitur. Sic *Xenoph.* Cyr. VI. 2. 24. ἐπεὶ δὲ συνηγόρευον μὲν πολλοί. . . ἐκ τούτου δὴ ὁ Κῦρος ἤρχετο λόγου τοιοῦδε. Memor. L. III. 5. 4. ἀφ' οὗ ἡ συμφορὰ ἐγένετο . . ἐκ τούτων τεταπείνωται. *Lysias* p. 31. ἐπειδὴ τάχιστά με εἶδον, μετὰ ταῦτα ἐδέοντό μου. — Eaedem voculae permutatae sunt in *Aeliani* V. H. I. 18. πῶς οὖν διέῤῥεον ὑπὸ τρυφῆς αἱ πολλαὶ τῶν ποτε γυναικῶν. Plurimi Codd. *Perizonii* τῶν τότε. *veterum.* Nam passim τότε ponitur pro πάλαι. Cf. *Abresch.* in Diluc. Thuc. p. 420. *Brunck.* ad Lysistr. v. 1023. quod *Musgra-*

vium fugit ad *Eurip.* Electr. 974. *μητροκτόνος νῦν φεύξομαι, τόθ' ἅγνος ὤν. quum antea purus essem.* *) Apud *Xenophont.* Cyrop. IV. 4. 3. ὁ δὲ διηκούετο ἡδέως πάντων. Codd. habent πάντα ἡδέως. Quo admisso scripserim ὁ δὲ διήκουε τότε πάντα ἡδέως. In *Themistii* Or. XIII. p. 162. D. αἱ πολιαὶ δὲ ἔφασαν οὐ προςδοκῶντι ἐν πείρᾳ ἔσεσθαι ὧν παρά σου τοῦτο μεμάθηκα. *Harduinus* τοῦτο, ut supervacaneum, uncinis inclusit. Tu scribe ὧν παρά σου τότε μ. i. e. νέος ὢν ἔτι, ut ex superioribus apparet. Sic quoque ap. *Telet.* *Stobaei* T. XCV. p. 523. 45. legendum: τότε μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἔδει ὑπόδημα ἔχειν. pro τοῦτο.

Verbum παρακμάζειν, quo Comicus utitur in loco supra scripto, mihi in mentem revocat locum *Xenoph.* Conv. c. VIII. 17. p. 211. ed. *Schn.* ubi docetur, puerum, qui se ob animi virtutem amari sciat, amatorem odio habere non posse: πρῶτον μὲν γὰρ τίς μισεῖν δύναιτ' ἂν ὑφ' οὗ εἰδείη, καλός τε καὶ ἀγαθὸς νομιζόμενος; ἔπειτα δὲ ὁρώη αὐτὸν τὰ τοῦ παιδὸς καλὰ μᾶλλον, ἢ τὰ ἑαυτοῦ ἡδέα σπουδάζοντα; πρὸς δὲ τούτοις πιστεύῃ, μήτ' ἂν παρά τι ποιήσῃ, μήτ' ἂν καμὼν ἀμορφότερος γένηται, μειωθῆναι ἂν τὴν φιλίαν; De verbis παρά τι ποιήσῃ monuit *Weiskius*, expectari a lectore significationem alterius modi, quo pulcritudo minui possit. Nihil verius. Nam ille videtur scripsisse: μήτ' ἂν παρακμάσῃ. *nec si aetate procedente flos pulcritudinis transierit, nec si morbo infestante deformior factus fuerit.* Sic ille Ibid. §. 14. τὸ μὲν τῆς ὥρας ἄνθος εὐθὺς παρ-

*) Plura hujus generis collegit *Schaeferus* in Praef. ad Juliani Orat. p. IV.

ακμάζει. et c. IV. 17. τὸ κάλλος ὡς ταχὺ παρακμάζον. *Teles.* ap. *Stob.* XCVI. p. 535. 30. ἀνὴρ γέγονε καὶ ἀμάζη . . καὶ μακαρίζει ἐκεῖνον τὸν βίον, ὅν παῖς ὢν ἐβίωσε. Παρήκμασε καὶ ἔρχεται εἰς γῆρας, πάλιν παιδοτροφίαν ὑπομένει. (Paulo ante l. 11. *Teles* scripsisse videtur εἶθ' ὁ πρῶτος ὁ κατὰ τὴν παιδοτροφίαν ἐπίπονος. non, ut vulgatur, παιδοποιΐαν). Epigr. ἀδεσπ. XXXIX. τῆς ὥρας ἀπόλαυε· παρακμάζει ταχὺ πάντα. Ἓν θέρος ἐξ ἐρίφου τρηχὺν ἔθηκε τράγον. quod de puerorum flore accipiendum. *Strato.* Epigr. LXXXVII. τίς δύναται γνῶναι τὸν ἐρώμενον, εἰ παρακμάζει, Πάντα συνὼν αὐτῷ, μηδ' ἀπολειπόμενος.

P. 38. *I.* 147. *Alcaeus:* ἄλλοτε μὲν μελιαδέος, ἄλλοτε δ' ὀξυτέρου τριβόλων ἀῤῥητούμενος. Sic editiones vett. unde legendum esse apparet: ἀκρήτου μένος. *Eratosthenes* p. 36. E. οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος. p. 48. A. καὶ πυρὸς φλέξαν μένος.

P. 40. E. I. 154. *Alexidis* fr. sic scripserim, *Hermanni* secutus vestigia de Metr. p. 165.

. . . . . τοὺς εὐτυχοῦντας ἐπιφανῶς
δεῖ ζῆν, φανεράν τε τὴν δόσιν τὴν τοῦ θεοῦ
ποιεῖν· ὁ γὰρ τἀγαθὰ δεδωκώς, τοὺς μὲν ὧν
πεποίηκεν αὐτοὺς οἴεται χάριν τινὰ
ἔχειν ἑαυτῷ.

nam Deus, qui bona illa tribuit, existimat, illos (qui splendide vivunt) *ipsi gratiam habere eorum, quae illis dederit; eos autem, qui illa abscondant etc.* — Iis, quae sequuntur P. 41. A. I. 156. de Titaresio cum Peneo mixto, similia sunt haec *Philostrati* II. Imagg. XIV. p. 831. in Penei descriptione: καὶ ὁ

ποταμὸς οἷον αὖθις καὶ φυλάττων τὸ εἰς ἀγκῶνα, ποταμῷ γὰρ οὐ σύνηθες ὀρθοῦσθαι, ἀντιτίθεται τὸν Τιταρήσιον ὡς κοῦφον καὶ ποτιμώτερον. ubi scripserim: οἷον ἀρθείς. Peneus sese levare videbatur, ita tamen ut cubito niteretur. Alia via haec tentavit *Wyttenbach.* in Epist crit. p. 278. ed. Lips. Ap. *Dion. Chrys.* Or. LXVI. p. 366. 26. ὥσπερ οὐδ' εὐπλοῆσαι δύναταί τις, οὐκ εἰδὼς ἔνθα πλεῖ· μάτην δὲ ἄρτι ἐν τῷ πελάγει φερόμενος. legerim: μάτην δὲ αἴρεται. *Reiskius* αἰωρεῖται mallet. Odyss. ε. 392. μεγάλου ὑπὸ κύματος ἀρθείς.

P. 42. *B. I.* 160. πρὸς τοῖς περὶ Πάγγαιον μετάλλοις. De Pangaei aurifodinis vide inprimis, quae disputavit *Schneider.* ad *Xenoph.* Hell. V. 2. 17. ubi *Weiskius* frustra haeret in verbis: τούτων γε μὴν ἀκολουθούντων καὶ τὰ ἐν τῷ Παγγαίῳ χρύσεια χεῖρα ἂν αὐτοῖς ὀρέγοι. Sensus est: si Thracas sibi conciliaverint, facilè fieri posse, ut usque ad Pangaei aurifodinas procedant, quae illis tantum non manus videantur porrigere.

P. 42. *E. I.* 162. σημεῖον δέ, τοῦ Ὑπάνιος ἐπάνω γίνεται διὰ κουφότητα. Nihil h. l. excidit. Quod dicit Vir doctissimus, post σημεῖον δὲ cultioris sermonis usum γὰρ postulare, in eo fallitur. Apud optimos quosque saepe omittitur. Apud *Libanium* vero T. IV. p. 358. 1. παράδειγμα δὲ τούτων ἔξεστιν ἡμῖν ἐναργὲς ποιήσασθαι, καὶ ὃ πάντες ἴστε· ὁρᾶτε καὶ Λακεδαιμονίους οὔτε ἀρχομένους, οὔτε σπεύδοντας . . . . ubi *Reiskius* καὶ aut delendum, aut cum τοὺς permutandum censet, lege: ὁρᾶτε γὰρ Λακεδ.

P. 44. *A. I.* 167. Primos versus *Antiphanis*, quos Epitomator mutilatos dedit, sic fere scripserim:

οἴνῳ τὸν οἶνον ἔξελα, κόπῳ κόπον . . . .
σάλπιγγι τὴν σάλπιγγα, τῷ κήρυκι τὸν βοῶντα,
κρότῳ κρότον, ψόφῳ ψόφον, τριωβόλῳ δὲ πόρνην.

Ἐξέλα scripsi pro ἐξελαύνειν, qua imperativi forma *Xenophon* utitur et alii. Supplementum tertii versus, quod dedi, pro vera poëtae manu praestare nolo; verisimilius tamen, illum ejusmodi quid scripsisse, quam id quod *Grotius* ad versum implendum attulit.

P. 45. *A. I.* 171. In historia de Lasyrta Lasionio sensum scriptoris praeclare exposuit Editor, qui tamen in eo videtur errasse, quod lacunam esse statueret post ἁλμυροῦ. Lasyrtam enim cibis, quibus vescebatur, nihil potionis adhibuisse, ex superioribus sponte intelligitur. Sed depravata sunt verba: τὴν κύστιν δ' αὐτοῦ ἔχοντα. sic fortasse corrigenda: τὴν κύστιν δ' ἀεὶ κενοῦντα. Hoc vocabulum de omnibus humorum in corpore excretionibus passim apud medicos obvium est.

P. 47. *B. I.* 179. *Eubuli* Eclogam parodiam continere Tragici cujusdam, fortasse *Euripidis*, dubitare noli. Sed miror neminem offendisse ad ἀσύνδετον vulgatae lectionis: Ζῆθον μὲν ἐλθεῖν ἁγνὸν ἐς Θήβης πέδον Οἰκεῖν κελεύει. Ille fortasse scripsit:

Ζῆθον μὲν ἐλθόνθ' ἁγνὸν ἐς Θήβης πέδον
οἰκεῖν κελεύει.

Prioris versus hemistichium alterum sic occurrit ap. *Aristoph.* Ran. 1266. ex Phryxo *Euripidis.* V. 4. verba σὺ δ' ὀξύπεινος sollicitari nolim. At V. 2. κελεύω mallem legi. Sed nec hoc fortasse necessarium. Caeterum is, qui loquitur oraculum videtur reddere.

P. 47. *B. I.* 182. *Phrynichi* verba sic digerenda sunt:

ἑπτάκλινος οἶκος ἦν καλός,
εἶτ' ἐννεάκλινος ἕτερος οἶκος.

et statim *Amphidis* fragm.

οὐχ ὑποστρώσεις ποτὲ
τρίκλινον;

et *Anaxandridae* locus P. 48. A. 183. qui, modo verba recte digeras, emendatione minime indiget:

τρίκλινον δ' εὐθέως συνήγετο
καὶ συναυλίαι γέροντι·

quae sunt tetrametrorum trochaicorum reliquiae. Domus ampla et magnis tricliniis instructa οἶκος πολύκλινος appellatur ap. *Heliodor.* V. 18. p. 43. εἰ μή τις τυγχάνοις τῶν πολυκλίνους οἴκους ἐπιζητούντων ἢ θεραπείαν εἰς πλῆθος ἐπαγομένων. ubi cave quid mutes. Vocis θεραπεία de *ministris* ipsis usurpatae usum illustravit *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. II. 2. Similiter διακονία pro ipsis διακόνοις, res pro persona, ponitur. Apud. *Dion. Chr.* Or. X. p. 300. 11. ubi animalia hominibus praeferuntur, καίτοι οὔτε παῖδας ἔχοντα, οὔτε ἀνθρώπου διάνοιαν. contextus vulgatam respuit. Scr. διακονίαν.

P. 48. B. I. 184. verba *Ephippi*, in quibus Editor optime emendavit λοῦμαι pro λούομαι, sic scribenda videntur:

> ὡς ἐγὼ σκιρτῶ πάλαι
> ὅπου ῥοδόπνοα στρώματ' ἐστὶ καὶ μύροις
> λοῦμαι ψακαστοῖς.

In ῥοδόπνοα penultima corripitur. Leniter verba transposui: καὶ λοῦμαι μύροις ψακαστοῖς.

P. 48. F. I. 186. σκηνὴν οὐρανόροφον. *tabernaculum in tholi modum factum* interpretatur *Casaubonus*. Lexic. Rhetor. Msc. ap. *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 142. θόλος τόπος τις ἐν τοῖς ἀρχείοις κληθεὶς διὰ τὸν τρόπον τῆς κατασκευῆς· ἦν γὰρ θολοειδής, καὶ ὀροφὴν εἶχε περιφερῆ οἰκοδομητήν. *Servius* ad Virg. Aen. IX. 408. *Tholum nonnulli aedium sacrarum dicunt genus fabricae, ut Vestae et Pantheon.* Apud *Hesych.* T. I. p. 1723. Θολερόφρον. μέγα. fortasse scr. θολόροφον. de domo in tholi speciem fastigiata, ampla et splendida. Impeditus est locus in *Valerii Flacci* Argon. II. 259. *voces chorus et trieterica reddunt Aera sonum, fixaeque fremunt in limine tigres.* quae verba vulgo de festo in Bacchi templo celebrato accipiunt; quo inter caedes virorum et urbis incendia nihil magis alienum cogitari potest. Sensus esse debuit, preces Hypsipyles, quas, patrem in Bacchi templo celans, ad Liberum pro patris salute fundebat, faustis ominibus exceptas fuisse. Quare legendum suspicor:

> *voces tholus et trieterica reddunt*
> *Aera sonum.*

Aera trieterica tympana sunt in templo suspensa, quibus in Bacchi solemnibus uti solebant. In

tholis autem, quae Diis dicata erant, munera et instrumenta suspendi solebant. Hinc *Valerius* L. I. 56. *I, decus, i, pecoris Nephelaei vellera Grajo Redde tholo.* ut ibi legerim pro: *I, decus, et p.* ubi *decus* ad Jasonem relatum ferri non posse *Heinsius* monuit. In nostra lectione *decus* ad *vellera* spectans cum *decus* conjungi debet. Duplex *I* in exhortatione sic est L. II. 422. et *Virgil.* Aen. V. 546.

P. 49. *D. I.* 190. *Hipponactis* Scazon: στέφανον εἶχον κοκκυμήλων καὶ μίνθης. syllaba est brevior. Num fuit?

στέφανον ἀνεῖχον κοκκυμήλων καὶ μίνθης.

In proximo *Antiphanis* fragm. quod vulgo corruptissimum est, legerim equidem:

καὶ μὴν ἐν ὕπνοις οἴομαι νικητικὸν
ὡρακέναι τι· λέγ' αὐτό.

ὕπνοις quod Codd. offerunt, et hiatum tollit et exquisitius est, quam pro librarii captu. Cf. *Schaefer.* ad *Longum* p. 343. *Heliodor.* L. I. 18. p. 51. ὑπό τινων ὀνειράτων πεπλανημένων τεταραγμένος, ἀθρόον τῶν ὕπνων ἀποσεσύλητο. *) — νικητικὸν

*) *Plato* de Rep. I. p. 330. E. ὁ μὲν οὖν εὑρίσκων ἑαυτοῦ ἐν τῷ βίῳ πολλὰ ἀδικήματα, ἐκ τῶν ὕπνων, ὥσπερ οἱ παῖδες, θαμὰ ἐγειρόμενος δειμαίνει. Quem locum expressit *Marcianus* ap. *Villois* Anecd. T. II. p. 21. in Epitaphio Mariae matris: ὥστε νοσοῦσαν ἐκείνην οὐδὲν εἰσῄει δεινόν, οὐδὲ λογισμὸς ἔστρεφεν αὐτῇ τὴν ψυχήν, μή τινά που λελύπηκεν, οὐδὲ ὕπνον, ὥσπερ οἱ παῖδες, ἐπηδανυττομένη τῷ συνειδότι. Infeliciter haec tentavit *Villoisonius.* Tu scribe: οὐδ' ἐξ

iterum est in membranis; quo vocabulo suo loco posito, nihil desiderari videbatur, praeter τι, quod sensus juvandi causa addidi. Verum nec hoc fortasse necessarium.

P. 52. *C. I.* 200. Versus *Phrynichi* sic facile in jambicos tetrametros redegeris:

τοὺς δὲ γομφίους ἅπαντας ἐξέκοψεν·
οὐδ' ἂν δυναίμην Ναξίαν ἀμυγδάλην κατάξαι.

Vulgo ὥστ' οὐκ ἄν. quod ex interpretamento videtur natum. — P. 53. A. I. 202. *Eupolidis* versus: ἀπολεῖς με, ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδάλην. in capite mancus est, non in fine.

P. 55. *D. I.* 212. In *Diphili* fr. vix crediderim hemistichium excidisse; sed τοῦ πορνοβοσκοῦ ab Epitomatore videtur additum, ut loquentis personam significaret. V. 4. mallem

ῥόδα, ῥαφανίδας, θερμοκυάμους, στέμφυλα,
ἁπλῶς ἅπαντα μᾶλλον. —

pro ἄλλως ἅπ. μ. *verbo*, *omnia potius. Aristoph.* Acharn. 873. ὅσ' ἐστὶν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς, Ὀρίγανον, γλαχώ, ψιάθως, θρυαλλίδας. Vespae. 538. καὶ μὴν ὅσ' ἂν λέξῃ γ' ἁπλῶς, μνημόσυνα γράψομαι 'γώ. *Themist.* Or. XIII. p. 163. D. σύμπαντα ἕνι ἁπλῶς ἐν τῷ ἐμῷ ἔρωτι. *Liban.* T. III. p. 376. 7. τῷ προσώπῳ καὶ τοῖς ἐσθήμασι καὶ πᾶσιν ἁπλῶς εἶς ἔνεστι. T. IV. p. 377. 5. διῆγον

ὕπνου . . . ἐπήδα, νυττομένη τῷ συνειδότι. *Porphyr.* de Abstin. I. 34. ἐκβακχευομένη ἡ ψυχὴ ὑπὸ τῆς ἀλογίας ἀναπηδᾶν τε ποιεῖ, καὶ ἐκβοᾶν, καὶ κεκραγέναι.

οὖν ἐν οἷςπερ οἱ συμφοραῖς κεχρημένοι· πότους μὲν καὶ σύνδειπνα καὶ τὰ τρέφειν (L. τέρπειν) ἔχοντα, πάντα ἁπλῶς ἀποδιδράσκων. *Dio Chr.* Or. XII. p. 414. 31. τὸν δὲ φίλιον, καὶ ἱκέσιον, καὶ ξένιον, καὶ φύξιον, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἁπλῶς, ἡ φιλανθρωπία (vulg. deest articulus) καὶ τὸ πρᾷον καὶ τὸ χρηστὸν ἐμφαινόμενον. Idem. Or. IV. p. 175. 42. ὁ δὲ ἀτενέστερος (sic scribo pro ἀγενέστερος. opponitur enim τῷ ἀσθενεῖ καὶ ἀτόλμῳ.) τε καὶ θρασύτερος, πάντα ἁπλῶς ὑπερβαίνειν ἀναγκάζει. *Choricius* in Villois. Anecd. T. II. p. 23. καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἡδονήν, ὅση λειμώνων ἐστὶ σωφροσύνη. Haeret Editor. Fortasse fuit: ὅση λ. ἐστὶν εὐφροσύνη. *omnem, verbo, voluptatem, quantum ejus prata ad hilaritatem conferre possunt.* (Eandem permutationem animadvertit *Wyttenb.* ad *Plut.* T. II. p. 528. B.) Passim depravatum est ἁπλῶς. Ap. *Dion. Chr.* Or. XXXI. p. 626. 31. φέρε τοίνυν, εἰ δὲ καὶ πάντας δέοι τιμᾶν, ὅπως καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπορίαν θείη τις εἶναι περὶ τὴν πόλιν. varia tentat *Reiskius.* Mihi simplicissimum videbatur scribere: εἰ δὲ καὶ π. δέοι τιμᾶν ἁπλῶς, καὶ .... Sensu paulo diverso idem in eadem Orat. p. 486. 23. scripsisse videtur: ὁ γὰρ ἐν αὐτοῖς οἷς τινας εὖ ποιεῖ, παθὼν πρότερον ... παρακρουόμενος καὶ φενακίζων, τί ἂν οὗτος ἁπλῶς ποιήσειεν; non ἄλλως. *Quid hic candide et simpliciter fecerit?* Sic paulo ante I. 16. εἴγε τις ἁπλῶς αὐτὸ πράττει καὶ δικαίως. P. 81. 36. ἀπλάστως καὶ ἁπλῶς. Contra ap. *Suidam* in ῥαψῳδῆσαι· ῥαψῳδῆσαι δέ ἐστι τὸ ἁπλῶς λαλεῖν, χωρὶς ἔργου τινός. Lege ἄλλως λαλεῖν. *frustra loqui et sine effectu aliquo.* ἄλλως φλυαρεῖς. *Aristoph.* Vesp. 85. V. *Ruhnken.* ad Tim. p. 199. Sic iterum apud *Liban.* T. IV. p. 677. 15. οὐ γὰρ ὀνό-

ματα ἁπλῶς ἡγοῦμαι τὰς προσηγορίας ταύτας, τὸν πατέρα, τὴν μητέρα. Scr. ἄλλως. Id. p. 186. 7. οὐκ ἦν ἄρα τὸ περὶ Ἡρακλέους λεγόμενον μῦθος ἄλλως, καὶ ποιητῶν τις ἐξουσία. *Plutarch.* T. II. p. 149. B. λόγος ταῦτα ἄλλως ἐστί. Ib. p. 343. C. ὄνομα τοῦτο καὶ λόγος ἔχων δόξαν ἄλλως.. Conf. *Coray* ad *Heliodor.* T. II. p. 180. Corrigam hac opportunitate alium *Libanii* locum, qui *Reiskium* frustra exercuit. L. IV. p. 313. 2. ἤδη δέ ποτε καὶ ὄναρ δημηγορῶν, ἀναστὰς τῇ ψυχῇ καταμέμφομαι· οὔπω σωφρονεῖς; τί πλανᾷ; τί φαντάζῃ; δυστυχεῖς· ἄλλως γὰρ οὐκ ἘΧΕΙΣ ἀπελθεῖν εἰς Μακεδονίαν. Scribe: τί φαντάζῃ δυστυχής (sive δυστυχές); ἄλλως γάρ· οὐκ ἜΔΕΙ Σ' ἀπελθεῖν εἰς Μακεδονίαν. Hoc vult simulatus Demosthenes: si hìc (Athenis) verba volebas facere, non debebas in Macedoniam abire. Quo quum iveris, omnia illa dicendi molimina vana sunt et irrita. In alia Demosthenis Declam. ap. *Liban.* T. IV. p. 821. 26. lege eadem ratione: οὐ γὰρ ἔδει σε ἀποθανεῖν εὐθέως τὸν Κυρσίλου θάνατον ἐπὶ ῥήμασι πονηροῖς. ubi vulgo ἔδεισε, *timuit*, legitur.

P. 56. *C.* 215. Ad *Hermippi* V. 2. implendum recte additur ἀεί. Sed ne hiatus existat, scribe: πάντες αἰὲν ἐμβαλλ. Caeterum dici vix potest, quot veterum loca hoc vocabulum omissum corruperit. In *Athenaeo* nostro plurima ex hac observatione emendabimus passim; hìc nonnulla commemorabo ex aliis. *Euripides* in Belleroph. ap. *Stobae.* Tit. II. p. 30. 33.

ὁ γὰρ οὐδενὸς ἐκφὺς χρόνος
δικαίους ἐπάγων κανόνας
δείκνυσιν ἀνθρώπων κακότητας ἐμοί.

Novissimam vocem, ut inutile additamentum, resecuit *Valckenarius*. Sed ille scripsisse videtur:

> δείκνυσιν
> ἀνθρώπων κακότητας ἀεί.

Apud *Eundem* Tit. III. p. 35. in versu *Anonymi*, qui vulgo cum versu *Menandri* connectitur, δύςκολον γὰρ πρᾶγμ' ἐστίν, ἃ λανθάνειν τις βούλεται, ταῦτ' εἰδέναι. *Gesnerus* et *Grotius* πρᾶγμ' ἔφυ. *Nic. Schow* hoc vitium, ut plurima alia, sine animadversione praetermisit. Fortasse scribendum:

> δύςκολον γὰρ πρᾶγμ' ἀεί . . .

cui voculae simillimum est ἐστὶ per compendium scriptum. *Aelian.* V. H. II. 21. εὐφραίνεται γὰρ καταλυομένου μου τὴν πρὸς αὐτὸν ἔριν συνεχῶς· ὁμαλῶς δὲ καὶ συνήθως προσιόντος, οὐκ εἴσεται τὴν διαφορότητα. Mallem: ὁμαλῶς δ' ἀεὶ καὶ σ. *eodem semper modo et eadem familiaritate.* *Liban.* T. IV. p. 357. 12. τὴν μὲν εἰρήνην εἰρήκασιν (οἱ Ἀθηναῖοι), πόλεμον δὲ καινὸν ἐξάψαντες, πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιοῦσιν. Scribendum videtur: τὴν μὲν εἰρ. ἀνῃρήκασιν (sic *Reiskius*), πόλεμον δὲ καινὸν ἀεὶ ἐξάψ. *Xenoph.* Hell. L. III. 1. 23. ὁ δ' ἐπεὶ εἰςῆλθεν, ἔχων αὐτὸν Μειδίαν, ἐπορεύετο πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. Quam vim αὐτὸν h. l. habeat, non video; nec *Leunclavii* αὖ τὸν vitium tollit. Legerim equidem: ἔχων ἀεὶ τὸν Μειδίαν. *Midiam semper secum habens et apud se retinens.* *Dio Chr.* Or. IX. p. 289. 35. οἱ γὰρ ἄνθρωποι οὓς ἂν αὐτοὶ βλέπωσι . . . τούτων οὐ πάνυ φροντίζουσιν· οὓς δ' ἂν διὰ χρόνου ἴδωσιν . . . πρὸς ἐκείνους τρέπονται. Scribe quod oppositionis vis

flagitat: οὓς ἂν ἀεὶ βλέπωσι. Ibid. Or. I. p. 67. 46. in descriptione mulieris: καθεστηκὸς δὲ καὶ ὅμοιον αὐτῇ τὸ εἶδος ὁρᾶσθαι, καὶ τὸ βλέμμα οὐ μετατρεπόμενον. fuisse suspicor: καὶ ὅμοιον ἀεὶ αὐτῇ . . . *semper sibi simile.* *) Ap. Eund. Or. IV. p. 179. 35. ὁ δὲ τῶν φιλοδόξων ἀνδρῶν προστάτης, ἀεὶ μετέωρος, οὐδέποτε γῆς ἐφαπτόμενος, οὐδὲ ταπεινοῦ τινος, ἀλλὰ ὑψηλὸς καὶ μετάρσιος. Mallem: ἀλλὰ ὑψηλὸς ἀεὶ καὶ μετ. Proxima ἀεὶ μᾶλλον ἀγαλλόμενος temere sollicitavit *Reiskius.* Respexit Orator Homerica Ιλ. α. 462. ἔνθα καὶ ἔνθα πωτῶνται ἀγαλλόμενοι πτερύγεσσιν. In Or. XVI. p. 461. 1. ἢ πῶς ἔνεστιν ἑκάστου τούτων αἰσθανόμενον καὶ ῥᾳδίως ἐνδιδόντα, μὴ κακοδαιμονέστατον ἁπάντων εἶναι προσευχόμενον τοῖς θεοῖς, ὅπως μὴ τοῦτο, μηδὲ τοῦτο συμβῇ. Fortasse ἀπ. εἶναι ἀεὶ προς. quo sententia oratoris non parum illustratur. Ap. *Liban.* T. IV. p. 839. scripserim: φοβοῦνται δὲ ὑμᾶς μόνους ἀεὶ αἱ ἑταῖραι τοὺς ῥήτορας. Vulgo αἱ desideratur.

P. 58. *A. I.* 222. *Nicomachus* V. 1. οὐσείδιον γάρ καταλιπόντός μοι τοῦ πατρός. Editor μοι deletum velit. Fortasse recte. Quamquam eodem

*) Hic locus alium mihi in mentem revocat Or. XXXII. p. 667. 3. θεῖον γὰρ δὴ καὶ σεμνὸν ἀληθῶς καὶ μεγαλοπρεπές, δήμου πρόσωπον πρᾷον καθεστηκός, καὶ μήτε γέλωτι σφοδρῷ καὶ ἀκολάστῳ βρασσόμενον, μήτε θορύβῳ συνεχεῖ καὶ ἀτάκτῳ τεταραγμένον. ubi si post πρᾶον copulam καὶ inserueris, reliqua omnia erunt sanissima. Ibid. p. 681. 6. θεοῖς μετὰ μέλους θύομεν, ἵνα (sic lege pro ἄν.) εὔτακτοι καὶ καθεστηκότες ὦμεν. *Plutarch.* T. II. p. 317. C. βλέμμα καθεστηκός. Ib. p. 708. F. τὸν νήφοντα καὶ καθεστηκότα λογισμόν.

jure τοῦ deleri potuit. Saepe enim πατὴρ sine articulo reperitur. V. *Schaefer.* Meletem. p. 45. Quae sequuntur ap. *Nicomachum* ὥςπερ ᾠόν τις ῥοφῶν . . facetissima sunt. Quaedam hujus generis dabimus infra ad L. XIII. p. 582. E. et ad L. VI. p. 227. E.

P. 59. *C. I.* 227. *Hermippi* verba sic digere:

τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει ;
ὅσην κολοκύντη.

P. 60. *A. I.* 230. *Alexis* V. 4. οὐδὲ παρέχουσαι κνῖσσαν ἡμῖν πλείονα Παροψίδες καὶ λῆρος. Sic fere *Archestratus* L. VII. p. 278. C. ἐν συκῆς φύλλοις καὶ ὀριγάνῳ οὐ μάλα πολλῇ. Μὴ τυρόν, μὴ λῆρον. *Demosth.* Olynth. T. I. p. 175. ed. R. καὶ τί ἂν εἴπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλξεις, ἃς κονιῶμεν; καὶ τὰς ὁδοὺς, ἃς ἐπισκευάζομεν; καὶ κρήνας καὶ λήρους. *Longin.* ap. *Euseb.* in Praep. Ev. p. 822. σεμνότερα εἰρήκασι περὶ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀναθυμιάσεις, οὐδ' ἀέρας, οὐδὲ πνεύματα καὶ λήρους ubi V. *Toup.* ad Fragm. Long. p. 400. *Philostr.* Vit. Apoll. V. 14. p. 198. οἱ δὲ δὴ Αἰσώπου τί; βάτραχοι, ἔφη, καὶ ὄνοι καὶ λῆροι. Etiam alia cognatae significationis vocabula cum eadem elegantia usurpantur. *Plato* in Gorg. p. 490. C. περὶ σιτία σὺ λέγεις, καὶ ποτά, καὶ ἰατρούς, καὶ φλυαρίας. *Eubulus* ap. Nostr. L. VIII. p. 347. D. ἐσθίουσ' ἑκάστοτε Ἄνηθα, καὶ σέλινα, καὶ φλυαρίας. *Maximus Tyr.* Diss. XXIV. 4. τοῖς ἀριστεύουσιν οὐ στέφανον, οὐδὲ εἰκόνας, τὰς Ἑλληνικὰς φλυαρίας, δωρεῖται. Avarus ap. *Liban.* T. IV. p. 623. 25. inutiles mulierum sumtus conquerens, βομβύκινα ἱμάτια, καὶ βύσσινα, καὶ διαφανὲς χι-

τώνιον, καὶ κροκωτόν, καὶ θέριστρον, καὶ τοιοῦτόν τινα φλήναφον. Dio Chr. Or. XXXII. p. 677, 30. ᾠδὴ δὲ κραυγῇ μόνον καὶ ἀνοίᾳ (adde διὰ) δυστυχῆ φθόγγον καὶ κακὴν ἔγκλισιν, καὶ ἐκμελεῖς καμπάς, καὶ λήρους, καὶ κυνισμούς, καὶ ὀλέθρους, ἀκλεῶς ἀπολλύμενος. — In iis, quae apud *Alexin* sequuntur, metri fulciendi causa, scripserim:

ὑπερηφάνως ὄζουσα τῶν Ὡρῶν λοπάς.

pro ὑπερήφανος.

P. 63. *C. I.* 243. In duobus senariis, qui ut *Epicharmi* laudantur, sed attici poëtae esse videntur, turpe est vitium in prioris exitu: ἀνταλλάσσονται. Fortasse scribendum:

τούτων ἁπάντων ἀκρίδας ἀντάλλασσε, παῖ·
κόγχον δὲ τὸν σέσιλον ἄπαγ' ἐς τὸν φθόρον.

sive, quod fere malim, ἀντάλλασσε δή.

P. 63. *E.* Ἄλεξις ἐμφανίζων τὴν τῶν βολβῶν πρὸς τὰ ἀφροδίσια δύναμιν, φησί.

πίννας, κάραβον,
βολβούς, κοχλίας, κήρυκας, ὠά, κρόκωλια·
τοσαῦτα τούτων ἂν τις εὕροι φάρμακα
ἐρῶντι ἑταίρας ἕτερα χρησιμώτερα.

Sic cl. Editor pro vulgato ἐρῶνθ' ἕτ. At ego nec hiatum tulerim, nec dativi elisionem; nec denique τούτων placet in praecedente versu. Vide an corrigi possit:

τοσαῦτ' ἀτονούντων ἂν τις εὕροι φάρμακα·
ἐρῶν δ' ἑταίρας χ' ἅτερα χρησιμώτερα.

Nihil huic rei aptius quam ἀτονούντων i. e. οὐ δυναμένων. *Hesychius*: ἀτονία. ἀδυναμία. Quantillum vero intersit inter hanc lectionem et τοσαῦτατουτων, ii sciunt, qui in librariorum errores eorumque fontes paulo curiosius inquisiverunt. Hoc vocabulum ἀτονούντων corrupit una syllaba, ob proximae similitudinem omissa; cujus generis multa in his Animadversionibus proferemus. — In proximo *Xenarchi* fr. quod ejusdem est argumenti, cave sollicites lectionem Codd. ἀσυντάτοισι τύχαις . . . quod tuetur *Amphis*. L. II. p. 69. C. τῇ χειρὶ τρίβων τὴν ἀναγκαίαν τύχην. Sequentia, in quibus sermo paulo est abruptior: ἀλάστωρ τ' εἰςπέπαικε· Πελοπιδῶν Ἄστυτος οἶκος. sic fortasse concepta fuerunt:

ἀλάστωρ τ' εἰςπέπαικε Πελοπιδῶν
ἄστυτος οἴκους.

ut ipse ille daemon, sterilitatis auctor, ἄστυτος appelletur. Verbum εἰςπαίειν usurpavit *Aristoph.* Plut. 805. *Sophocl.* Oed. Tyr. 1275. Simplex παίω reddendum *Libanio* T. IV. p. 819. 7. τοιγαροῦν ἐπταίκαλλον καὶ πάθεσι κέχρηται τοιούτοις ὁ δῆμος, οἵοις μηδέποτε πρότερον ἐχρήσατο. Scr. ἔπταικεν ἅμα καὶ . . . Ibid. p. 826. 3. εἰ καὶ νῦν δυςτυχῶ καὶ τοῖς πολλοῖς ἐπταικέναι. In fr. *Bathonis* ap. *Stobae.* XCVI. p. 530. 9. ἄνθρωπος ὢν ἔπταικας, ἐν δὲ τῷ βίῳ Τέρας ἐστὶν εἴ τις εὐτυχεῖ διὰ βίου. metri vitium, quod alteri horum versuum inhaeret, nemo animadvertisse videtur, ne *Grotius* quidem, p. 403. Lege εὐτύχηκε, ut est Tit. CIII. p. 562. 23. *Philemon* ibid. T. CXIII. p. 584. μέγιστόν ἐστιν ἆρα (ἄρα leg.) τοῖς ἐπταικόσι Παρόντας ἐγγὺς τοὺς συναλγοῦντας βλέπειν. — V. 6. κοὔτε . . . γηγενὴς βολβός, φίλοις Ἐφ-

θὸς βοηθῶν δυνατός ἐστ' ἐπαρκέσαι. non satis commoda est vulgata lectio. Ex initio fragmenti apparet, servum loqui; hunc *dominos* per φίλους significasse parum est probabile. Quare me nondum poenitet conjecisse

γηγενὴς βολβὸς σιφλοῖς
ἐφθὸς βοηθῶν δυνατός ἐστ' ἐπαρκέσαι,

nec bulbus, qui coctus enervibus succurrere solet, huic malo medendo par est. Etym. M. σιφλός, κυρίως ὁ ἐσινωμένος τοὺς ὀφθαλμούς· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλου μέρους σώματος. V. inprimis *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 166. Sed nolim hoc vocabulum obtrudi Tragico in Herc. Fur. 845. τιμὰς δ' ἔχω τάσδ' οὐκ ἀγασθῆναι φίλοις. ubi vitium non est in φίλοις, quod *Musgravius* existimabat, sed in praecedente verbo. Scribendum puto:

οὐχὶ πλασθῆναι φίλοις.

ad amicos non accedere. Aeschyl. Prom. 904. πλασθείην γαμέτᾳ.

P. 67. *D.* I. 259. In *Diphili* Ecloga V. 1. verba non recte inter duos interlocutores distribuuntur. Scribendum potius:

δειπνεῖ δὲ καταδύς, πῶς δοκεῖς, Λακωνικῶς.

Verbis πῶς δοκεῖς non tam ad interrogationem utuntur, quam animandae orationis causa interponunt. Conf. *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 475. *Valcken.* ad Hippol. p. 215. A. *Brunck.* ad *Arist.* Plut. 742. *Herm.* ad Nub. 878 Eleganter καταδύς, de eo, qui ferae ad instar in lustro latet, hominumque consortium fugit. *Liban.* Apol. Socr. T. III. p. 13. καὶ γὰρ οὐ τῷ γε ἔσται ἀναχωρεῖν

σοι, ὅτι ἄρα καταδὺς ὅγε εἰς γωνίαν, καὶ θύρας ἐπιθεὶς, καὶ καταλαβὼν ὅρκοις τοὺς συνόντας, ἦ μὴν κρύψειν τὴν ἀκρόασιν . . . ὕστερον δὲ εἰς φῶς ἐλθεῖν συνέβη τῶν τὴν γλῶτταν ἀκολάστων τινὰς ἐκλελαληκότος. Adscripsi haec emendatiora partim ex *Reiskii*, partim ex meis conjecturis. γωνίᾳ sic est ap. *Themist.* Or. XXIII. p. 284. B. ἐν γωνίαις που καταδεδύκασιν ἢ χηραμοῖς. *Plutarch.* T. II. p. 777. 13. ἐν γωνίᾳ τινὶ καθ' ἡσυχίαν ἀναλύων συλλογισμούς. Etiam alium *Libanii* locum hac opportunitate emendare conabor. T. III. p. 9, 8. de Sophistis a Socrate confutatis: διὰ ταῦτα πάντα αὐτοί τε σωθέντες περιεστήκετε τὸν Σωκράτην ὁπότε τῶν τοιούτων ἐλέγχων ἅπτοιτο· καὶ τοὺς ἐπὶ σοφίᾳ φρονοῦντας ὁρῶντες καταδυομένους . . . ἐγελᾶτε· καὶ ἅμα πρὸς ἐπιμελείαν παιδείας ἀληθινῆς ἐντρέπεσθε· τοῖς δὲ παισὶ παρῃνεῖτε τοῦ ταῦτα ποιοῦντος ἔχεσθαι, νομίζοντες μεῖζον εἶναι κέρδος αὐτοῖς κατὰ μικρὸν τῶν ἐκείνου μετασχεῖν καλῶν, ἢ τὸν ἐπὶ γῆς ἅπαντα χρυσόν. Ibi primum legerim: αὐτοί τε ἡσθέντες περ. tum: κἂν μικρὸν τ. — *Proximum Philonidae* fragm. sic digere:

τὰ καταχύσματα
αὐτοῖσιν ὄξος οὐκ ἔχει.

Quo facto nulla praeterea additione opus est. Sed hoc etiam *Boissonadus* monuit.

P. 68. *C. I.* 263. *Cratini* verba in trochaicos tetrametros digerenda esse recte monuit cl. Editor. Sed articulo addito non est opus. Scribe:

ἦ ποτ' εἶδές μοι τὸν ἄνδρα, παῖ Λαερτίου, φίλου
ἐν Πάρῳ σικυὸν μέγιστον σπερματίαν ὠνούμενον.

Vulgo παῖ Λαέρτα. Illa nominis forma obvia est ap. Tragicos. *Eurip.* Hec. 402. Rhes. 669. Etiam *Arist.* Plut. 312. τὸν Λαρτίου μιμούμενος. — Mox P. 68. D. I. 263. scr. τὰ δὲ σφῦρ' ᾤδει. Et P. 69. C. I. 267. ap. *Amphidem*:

στρέφοιτ' ἂν ὅλην τὴν νύκτα, μηδὲ ἓν πλέον
ὧν βούλεται δρῶν.

τι quod vulgo ante πλέον legitur, ortum ex π. — Tum ap. *Eubulum* V. 4. scr. τὸν Ἄδωνιν ἀποθανόντα προὔθηκεν Κύπρις. non προὔθηκε.

Liber tertius.

P. 75. C. I. 296. In *Antiphanis* fr. V. 4. revocanda est vulgata lectio τασδὶ Φιβάλεως. quamvis contradicente Cod. A. Nulla enim ratione effici potest, ut πάνυ posteriorem syllabam producat. — In *Lyncei* Epistola, quae sequitur, causam satis gravem non video, cur παρατέθεικα mutetur. Coenam suis sumtibus paratam videtur describere. Paulo ante vero: τὰ δὲ ἐρινεὰ τοῖς Λακωνικοῖς ὥστε συκάμινα σύκοις δοκεῖν ἐρίζειν. quum in oratione recta δοκεῖν locum non habeat, vide an scribi possit: δοκεῖ ἀντερίζειν. Simillimi sibi sunt in Codd. ductus literarum ει et α. Apud *Nicostrat. Stobaei.* T. LXVIII. p. 426. 36. lego ταῦτα μὲν οὖν τὰ θρυλλούμενα σὺ οἶσθα. pro ταῦτ' εἰ μ. Ap. *Lysiam* Or. de Arist. p. 399. 5. καὶ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ὁμοπατρίου ἀποκειμένας παρ' αὐτῷ τεσσαράκοντα μνᾶς εἰπὼν κατεχρήσατο. corrigunt λαβὼν κ. quod bonum foret, si corruptelae ratio reperiri posset. Nunc mallem: ἀπιὼν κατεχρήσατο. *quum abiturus esset.* Hoc proximis consentaneum: τῇ δὲ προτεραίᾳ ᾗ ἀνήγετο.

P. 76. A. I. 298. Καύνου τῆς Καρίας. Egit de hujus urbis origine *Antonin. Liber.* Met. c. 30. p. 198. ed. Verh. ubi depravata sunt haec: καὶ ἐγένοντο δίδυμοι παῖδες αὐτῷ (Mileto) Καῦνος καὶ Βυβλίς, ἀφ' οὗ πόλις ἐστὶν ἔτι νῦν ἐν Καρίᾳ,

Καῦνος καὶ Βυβλίς· ταύτης ἐγένοντο πλεῖστοι μνηστῆρες ἐπιχώριοι. Legerim: παῖδες αὐτῷ· Καῦνος, ἀφ' οὗ π. ἐ. ἕ. νῦν ἐν Καρίᾳ· καὶ Βυβλίς· ταύτης . . . . In proximis *Apollodori* versibus V. 1. scr. ut hiatus tollatur: πλὴν τὠνάριων. — Tum *Archilochi* senarium, qui spondeum alit in secunda sede, scr. sine haesitatione:

ἔα Πάρον
καὶ σῦκα κεῖνα καὶ θαλάσσιον βίον.

Epicharmi denique versum P. 76. C. 300. ἀλλ' οὐχ ὅμοιά γ' ἐρίνοις οὐδαμῶς. sic facillime impleveris:

ἀλλ' οὐχ ὅμοια ταῦτά γ' ἐρίνοις οὐδαμῶς.

Sequitur fr. *Alexidis*, in cujus V. 2. revocanda est vulgaris lectio: τοὺς τὰ σῦχ' ἑκάστοτε. licet membranae σῦκα ἑκαστ. exhibent. In talibus Grammaticorum praecepta audienda sunt, non codices, qui saepe, elisionibus neglectis, versus ita exhibent, ut vix versus agnoscas. Ap. *Plutarch*. T. II. p. 718. A. duo laudantur senarii, qui sic scribendi et corrigendi sunt:

πλήθουσι γάρ τοι κἀνέμων διέξοδοι
θήλειαν ὄρνιν, πλὴν ὅταν παρῇ τόκος . . .

Ap. Eund. T. II. p. 457. C. scribe ἄνδρ' ἠδίκησας, ἄνδρ', ἀνεκτέον τόδε. Proxima autem verba non senariorum sunt partes, sed trochaicum tetrametrum constituunt longe perfectissimum:

βαῖνε λὰξ ἐπὶ τραχήλου, βαῖνε καὶ πέλα χθονί.

qui numeri fortiores rapidioresque argumento horum verborum unice conveniunt. *Cratini* versus,

quem *Siebenkees* exhibuit in Schol. Plat. p. 15. ἔδει δὲ παρέχειν ὅ γ' ἄν τις εὔξαιτος ἔμβραχυ. sic concipiendus:

ἔδει δὲ παρέχειν ὅ γ' ἄν τις εὔξαιτ' ἔμβραχυ.

In *Philemonis* loco ap. *Stobae.* T. CVI. p. 569. 38: quod *Bentleji* ingenium nondum persanavit in Em. ad Men. p. 129. ἀπόλωλεν scriptum pro ἀπόλωλ'. Sed totum locum adscribam, ut mihi legendus videtur:

ἐὰν δ' ἀβίωτος ὁ βίος, οὐκ ἔτ' ὄψομαι,
ἀπόλωλ' ἐν ἑαυτῷ τοῦτ' ἐὰν σκοπῇ, κακὰ
πρὸς τοῖς κακοῖσιν οὗτος ἕτερα συλλέγει.

κακά, quod vulgo in ultimo horum versuum legitur, posui in medio, ubi etiam τοῦτ' ἐὰν scripsi, pro τοῦτο ἐάν.

P. 77. *D. I.* 304. *Antiphanes:* ἔστι γὰρ παρ' αὐτὴν τὴν δίφορον συκῆν κάτω. γάρ, quod *Brunckius* fecit, in δὲ mutato, metro succurritur. Fieri tamen possit, ut γὰρ nihil sit aliud, nisi diversa lectio proximi παρ', et ut *Antiphanes* scripserit: ἔστη παρ' αὐτήν . . . *Homer.* Od. α. 333. στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεος. et iterum θ. 458. π. 415. *Plato* Phaedo. c. 65. καὶ ἧκεν ὁ τῶν ἕνδεκα ὑπηρέτης, καὶ στὰς παρ' αὐτόν.

P. 78. *D. I.* 308. in verbis *Herodoti*, εὐτραφῆ λέγων γενέσθαι τὰ νεογνὰ τῶν παιδίων ἐν τῷ χυλῷ τῶν σύκων εἰ διατρέφοιτο. praepositionem ἐν sinceram puto. In *Aeliani* V. H. XIII. 1. p. 200. καὶ ἐτρέφετο ἐν αὐτοῖς ἐν ὀρείῳ τῇ τροφῇ. prius ἐν abundare videtur *T. Hemsterhusio*

ad *Lucian.* T. II. p. 523. ed. Bip. alterum non item. Attigit hanc abundantiam *Munker.* ad *Anton. Liber.* c. XIII. p. 118. — ἐν haud scio, an exciderit ap. *Dion. Chr.* Or. XII. p. 411. 47. μόλις καὶ ὀλίγον προβαῖνον, ἅτε οἶμαι πετρώδει καὶ στερεᾷ κάμνον ὕλῃ. *Reiskius* ἐγκάμνον mallet; equidem legerim: ἐν πετρ. Apud *Stobae.* VI. p. 82. 20. Κάτων τοὺς σπουδάζοντας ἐν τοῖς γελοίοις ἔλεγε τοῖς σπουδαίοις γίγνεσθαι καταγελάστους. Lege: ἔλεγεν ἐν τοῖς σπ. ut est ap. *Plutarch.* T. II. p. 199. A.

P. 81. *B.* 318. *Philotimus:* καθόλου δὲ τὰ μῆλα τῶν ἀπίων δυςπεπτότερα εἶναι· διότι τὰ μὲν .... Fortasse fuit εἶναι δοκεῖ. quod ante διότι facile praeteriri potuit. Verbum δοκεῖν haud scio an restituendum sit *Heliodoro* L. II. p. 160. καὶ ἐστὶ νῦν ἡ παῖς ἐνταῦθα σὺν ἐμοί, παῖς δοκοῦσα ἐμή, καὶ ὄνομα τοὐμὸν ὀνομαζομένη. Vulgo παῖς μὲν οὖσα ... quod a rei veritate alienum. Apud *Xenoph.* Hellen. VI. 1. 10. καὶ ἐὰν μέν σοι, ἔφη, διδῶσιν ὥςτε πείθειν, ἱκανὴν πέμπειν ξυμμαχίαν, ὡς ἐμοὶ πολεμεῖν, ἄγ', ἔφη, καὶ τούτῳ χρώμεθα. Fortasse: καὶ ἐὰν μέν σοι, ἔφη, δοκῶσιν οἷοί τε πείθειν ... *Si Pharsalii tibi videntur efficere posse apud Lacedaemonios, ut copias vobis mittant idoneas* ... His bene respondent proxima: ἐὰν δέ σοι μὴ δοκῶσιν ἱκανῶς βοηθεῖν οὐκ ἤδη ἀνέγκλητος ἂν δικαίως εἴης ἐν τῇ πατρίδι, ἥ σε τιμᾷ, καὶ σὺ πράττεις τὰ κράτιστα. In quibus novissimis verbis *H. Stephanus* mallet καὶ ἐν ᾗ σὺ πρ. Frustra. Saepenumero sic optimi scriptores a pronomine relativo orationem deflectunt. Anab. L. III. 2. 5. Ἀριαῖος δέ, ὃν ἡμεῖς ἠθέλομεν βασιλέα καθιστάναι, καὶ ἐδώκαμεν καὶ ἐλάβομεν πι-

στά. Similis anacoluthia in constructione τοῦ ὅτι *Taylorum* fefellit in *Lysiae* Or. c. Eratosth. p. 206. καὶ ὑμῖν ἐδήλωσαν ὅτι οὐδὲ τὸν Πειραιᾶ Λακεδαιμονίων προσταττόντων περιεῖλον, ἀλλ' οἷς αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν οὕτω βεβαιοτέραν ἐνόμιζον εἶναι. Ille mallet: ἀλλ' ὅτι οἷς . . . Mihi vulgata videtur elegantior.

P. 81. D. I. 319. *Cantharus*: κυδωνίοις μήλοισιν εἰς τὰ τιτθία. Non me poenitet conjecisse:

κυδωνίοις μήλοισιν ἶσα τιτθία.

Pomis enim papillae comparari solent.

P. 82. A. I. 321. in versu *Euphorionis*: μῆλον . . πορφύρεον ἐλαχείη ἐνιτρέφεται Σιδόεντι. fortasse rectius scripseris: ἐνὶ τρέφεται. — In proximis *Antigoni Carystii* versibus P. 322. pro φησίν· ἤχί μοι ὡραίων πολὺ φίλτερος ἠδ' ἀριμήλων. legerim: φησί·

ναιχί μοι ὡραίων πολὺ φίλτερος ἢ λασιμήλων.

novissimam vocem ex nostra emendatione in ordinem recepit cl. Editor. Abundat hoc loco, ut saepius, comparandi particula. *Xenoph.* Hellen. II. 1. 8. ἡ δὲ κόρη ἐστὶ μακρότερον ἢ χειρός, ἐν ᾗ τὴν χεῖρα ἔχων οὐδὲν ἂν δύναιτο ποιῆσαι. *)

*) In postremis his verbis τὶς subaudiendum, non addendum. Sic *Sophocl.* Oed. Tyr. 314. ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν ἔχοι τε καὶ δύναιτο κάλλιστος πόνων. Vide *Hermann.* ad *Viger.* p. 725. nr. 111. Sic etiam ap. *Xenoph.* l. c. II. 3. 14. τῶν δὲ φρουρῶν (τινὰς scil.) τούτου ξυμπέμποντος αὐτοῖς,

Lysias Or. XVIII. p. 349. ἐλέγετο εἶναι πλέον ἢ πεντήκοντα ταλάντων. ubi *Reiskius* aut ἢ delendum, aut τάλαντα legendum censet. Neutrum necessarium. Conf. *Koen.* ad *Gregor.* p. 36. *Abresch.* in Auct. Diluc. p. 414. et alii.

P. 84. C. I. 330. *Eriphi* V. 6. ὡς εὐγενεῖς· τὴν γὰρ Ἀφροδίτην ἐν Κύπρῳ. . . . Metro claudicanti facillime consules leni transpositione admissa:

τὴν Ἀφροδίτην γὰρ ἐν Κύπρῳ . . .

Sic dactylus tertiam sedem legitime occupat. — P. 85. E. I. 335. pro ἀντὶ τοῦ κόγχος cl. Editor recepit *Casauboni* emendationem ἐντί, deleto τοῦ. Fuit, ni fallor: ἐντὶ δ' αὖ K. — Mox P. 86. A. I. 337. *Sophron*: μελαινίδες γάρ τοι νησοῦντι ἐμὶν ἐκ τοῦ μικροῦ λιμένος, haec verba olim a me violentiore, quam par erat, manu tractata, nunc correxerim hac emendatione aut certa, aut valde probabili:

μελαινίδες γάρ τοι νευσεῦντι ἐμὶν ἐκ τοῦ μικροῦ λιμένος.

melaenides mihi annabunt (ut heredipetae illi ap. *Horat.* II. Serm. V. 43.) *ex minore portu.* νευσεῦντι doricum pro νεύσουσι. Sic fere *Eubul.* L. VII. p. 300. C. μετὰ ταῦτα θύννων μεγαλόπλουτ' ἐπεισέπλει Ὑπογάστρι' ὀπτῶν. Plura similia dabimus ad L. IV. p. 157. A.

οὓς ἐβούλοντο ξυνελάμβανον, οὐκέτι τοὺς πονηρούς τε καὶ ὀλίγου ἀξίους, ἀλλ' ἤδη οὓς ἂν ἐνόμιζον ἥκιστα μὲν παρωθουμένους ἀνέχεσθαι. Sic h. l. distinguendum et corrigendum existimo. Apud *Euripidem* vero Herc. Fur. 1337. θεοὶ δ' ὅταν τιμῶσιν, οὐδὲν δεῖ φίλων. subaudire quidem possis τινά, sed Tragicus fortasse scripsit: θεοὶ δ' ὃν ἂν τιμῶσιν . . .

P. 85. *D.* *I.* 338. In versu *Sophoclis* ex Καμικοῖς, sive, quod alii malunt, Καμικίοις, vulgarem distinctionem tueor, quae τέκνον cum praecedentibus genitivis jungit. Quum tamen τινὰ cum τέκνον conjunctum soloecum sit, legerim:

ἀλίας στραβήλου τῆςδε τέκνον εἴ τι γὰρ
δυναίμεθ' εὑρεῖν.

i. e. εἰ γάρ τι τέκν. *utinam* V. *Abresch.* ad *Aesch.* T. I. p. 97. *Brunck.* ad *Soph.* Electr. 1412. In *Euripid.* Electra v. 1120. de Aegistho Electra: Φρονεῖ μέγ'· ἐν γὰρ τοῖς ἐμοῖς ναίῃ δόμοις. scribendum videtur: εἰ γὰρ τοῖς ἐμοῖς ναίοι δόμοις, quod, ut res postulat, ambigue dictum. Sine ἐν verbo ναίειν utitur *Euripid.* Med. 307. μυχοῖς ναίουσαν ἑστίας ἐμῆς. Et passim praepositio in talibus omittitur; de qua Ellipsi v. *Schaefer.* ad *L. Bos.* p. 697. sq. In loco *Phavorini* ap. *Stobae.* LXIII. p. 407. 47. τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τῷ στόματι ψαύοντες· συνάπτουσι τὰς ψυχάς· εἰ γὰρ θέμις ὢν τὸ σῶμα ὑπερβῆναι· νῦν δὲ ἐοίκασιν περὶ τὸ σῶμα λιπαρεῖν ὥς περὶ θύρας. qui me saepius frustra exercuit, nihil mutandum, nisi: εἰ γὰρ θέμις ἦν... *utinam corpus quoque transire possent!*

P. 90. *B.* *I.* 352. *Philippidis* versus una syllaba adjecta sic implebitur:

ὁ δ' ὄστρε', ἀναλήφας, λεπάδας παρέθηκέ μοι.

P. 92. *D.* *I.* 361. *Nicander* in Georg. v. 2. γλίσχραι ταλλὰ σύνεστε καὶ αὐτῆς φωλεὰ πίννης. *Casaubonus*: τελλῖναί τε. Fortasse, quod etiam propius accedit:

γλίσχραι τέλλινές τε ...

Formam *τέλλις* offert *Epicharmus* P. 85. E. *κόγχος ἂν τέλλιν καλέομες;* eaque *Nicandrum*, omnis antiquitatis sectatorem ipsum esse, non improbabile videri debet. Ex *τέλλινες* autem *ταλλασυνες* fecerunt librarii, qui sic saepe notiora reconditioribus substituunt, litterisque et syllabis temere additis verba extendunt et corrumpunt. Hujus generis aliud exemplum est in *Axiónici* Ecloga P. 95. C. I. 371. quam tetrametris trochaicis conscriptam esse primus animadvertit cl. Editor. Ejus tres primos versus in hunc modum legerim:

ζωμοποιῶ θερμὸν ἰχθὺν ἐπαναπλάττων, λείψανα
ἡμίβρωτα συντιθεὶς καὶ τἀκροκώλια σιλφίῳ
σφενδονῶν ἀλλᾶντα τέμνω· παραφέρω χορδῆς τόμον.

Memorabile est monstrum lectionis *ται ἄνω ἑτεράλικα*. in quibus nihil latet aliud nisi *τὰ ἀκροκώλια*. Plura hujus generis loca, syllabis et distractis et temere auctis depravata, hîc per lancem saturam adponam. Modo gravior est corruptela, modo lenior. Incipiamus a lenioribus. Apud *Liban.* T. IV. p. 959. 21. in descriptione boum: *τοὺς μὲν Φοινικοῦς, τοὺς δὲ λευκούς, τοὺς δὲ ἱματίοις ἐοικότας.* bene emendavit *Reiskius*: *τοὺς δὲ ἴοις.* Non minus feliciter idem ap. *Dion. Chr.* Or. IV. p. 174. 15. emendavit: *δαιμονίων φιλόψων καὶ φιλοίνων.* pro *φιλοψύχων.* Or. LXVI. p. 347. *φιλόψους καὶ οἰνόφλυγας.* *) In loco de Deabus *ἀοίνοις* ap. *Suid.* T. II. p. 619. ad *Sophocl.* Oed.

*) Ap. *Liban.* T. IV. p. 219. 16. orator juvenem describit κατὰ τὸν βίον ἥδιστον φιλόγελών τε καὶ φιλόπονον. ubi, ut characterismus sibi constet, lege aut φίλοινον, aut φιλοπότην.

Col. 99. πρὸς τὰς Εὐμενίδας λέγων, αἳ ἄοινοι λέγονται, ὡς ἀεὶ νήφουσαι καὶ μὴ μέθην παρέχουσαι. Lege: πάσχουσαι. quod certe lenius est quam *Toupii*, (Em. in Suid. p. 274.) μὴ μέθῃ χαίρουσαι. Glossa *Hesychii*: σφηκῶν. ποικίλων. non ad σφὴξ videtur referenda, sed ad σφηκόω; quare fortasse legendum: σφηκῶν. πυκνῶν. *Christodori* Ecphr. v. 238. εὐρέες ἐσφηκῶντο βραχίονες. *Heliodor.* L. X. 31. de Theagene in luctatoris statum composito, τὸ δὲ ὅλον σῶμα σφηκώσας. *Lucian.* Gall. §. 13. τὰς κόμας ὅτι χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφηκῶντο. Aliter illam *Hesychii* Glossam tentavit *Coray* ad *Heliodor.* T. II. p. 300. — *Teles* ap. *Stobae.* CVI. p. 577. 8. stultos esse docet, qui in amici funere tristitia se macerent, δέον ἵνα καί τις μᾶλλον φιλόσοφος δόξῃ παρὰ τοῖς ἀποπλήκτοις, πρὸ τοῦ τελευτῆσαι τὸν φίλον οὐ δύνασθαι κλαίειν, ἐνθυμούμενον, ὅτι αὐτῷ ὁ φίλος θνητὸς ἐγένετο καὶ ἄνθρωπος. Lege sine haesitatione: ὀδυνᾶσθαι καὶ κλαίειν. Vocis perperam diductae et interpolatae exemplum supra dedimus in loco Xenophonteo ad L. II. p. 36. E. emendato, ubi pro παρά τι ποιήσῃ legendum diximus παρακμάσῃ. Etiam alia sunt in promtu in eundem modum insigniter depravata. In *Xenoph.* L. III. 2. 14. ὡς δ' ἤκουσεν ὁ Δερκυλλίδας, ὅτι πάλιν πεπερακότες εἰσὶ τὸν Μαίανδρον, εἰπὼν τῷ Φάρακι, ὡς ὅτι ὀκνοίη μὴ ὁ Τισσαφέρνης καὶ ὁ Φαρνάβαζος ἐρήμην οὖσαν καταθέοντες φέρωσι καὶ ἄγωσι τὴν χώραν, διέβαινε καὶ αὐτός. Πορευόμενοι δὲ καὶ οὗτοι οὐδέν τι συντεταγμένῳ τῷ στρατεύματι . . . . Trepidant interpretes in vocabulis δὲ καὶ οὗτοι, quae *Weiskius* merito damnat ut inepta. Alii aliter. Mihi *Xenophon* videtur scripsisse: πορευόμενοι δ' ἑκάτεροι. *Dercyllidas* et *Pharax* scilicet.

Apud *Liban.* Tom. III. p. 35. 4. in Apologia Socratis: τούτων οὐδεὶς οὐδένα ἀκήκοε τῶν λόγων, οὐδὲ τολμήσει Ἄνυτος καὶ τοῦτο ψεύσασθαι, καίτοι κατὰ τῶν λόγων τῶν μεγίστων δόξαν ἐχόντων ἐπὶ σοφίᾳ. Lege certa emendatione: καίτοι κατατολμῶν τῶν μ. δ. ἐ. *nec hoc quoque mentiri audebit Anytus, licet eos, qui summam sapientiae famam habeant,* (Apollinem puta et Pythiam) *impudenter aggrediatur.* Sic loquitur *Polybius* L. XII. 9. κατατετολμηκέναι τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως. Idem L. XL. 6. 9. ὅπερ ἔδει καὶ τοὺς τοιούτους ἱστοριογράφους, ἵνα μὴ κατετόλμων τοῦ καλῶς ἔχοντος. Cf. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 175. Contra ap. *Eund.* in Apol. Demosth. T. IV. p. 286. 10. separanda sunt, quae librarii male junxerunt: πῶς γὰρ ὅστις μὴ τηλικαῦτα μαρτυρεῖ, δικαιοσύνη δὲ τἄλλα κατηγορεῖν; Tu scribe: δίκαιος ἂν ᾖ δὴ (Cod. Monac. διά.) τἄλλα κατηγορεῖν. Usum vocis δίκαιος cum infinitivo illustratum dedit *Wessel.* ad *Herodot.* p. 720. 55. *Abresch.* Lectt. Aristaen. p. 189. *Brunck.* ad Arist. Plut. 1030. Sic et ap. *Xenoph.* in Hier. c. 8. 10. οὐ γὰρ τυράννοις ἰσοτίμους, ἀλλὰ πλεονεξίας ἕνεκα νομίζουσι τούτους τρέφεσθαι. inepta lectio fortasse sic tollenda, ut temere juncta solvantur: οὐ γὰρ τυράννοις εἰς ὁτιοῦν ἄλλο ἢ πλ. ἕν. *existimant enim mercenarios a tyrannis nullam aliam ob causam quamcunque, sed unius* πλεονεξίας *causa nutriri.* Ut hic εἰς in ις transiisse videtur, sic et ap. *Dion. Chr.* Or. IV. p. 158. 33. καὶ ὅς ὁρῶν αὐτὸν φλεγόμενον ὑπὸ τῆς φιλοτιμίας κακίστῃ ψυχῇ ὅλον τεταμένον καὶ φερόμενον. *legendum suspicor:* καὶ εἰς τὴν τύχην ὅλον τετ. *et totum in fortunae opus intentum.* De crebra admodum confusione verborum τύχη et ψυχὴ multi egerunt, et nuper etiam

Schaefer. in Melet. p. 114. Quod olim in *Euripide* legendum esse conjeci:

> σκιὰ γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸς ἂν γένοιο σὺ
> κακοὺς ταράσσειν, οἳ τέκνα κτείνουσι σά.

in Hercul. Fur. 485. pro κακοὶ γὰρ εἴς σε... etiam nunc tueor; ut et emendationem Epigr. *Meleagri* LXXXIX. 5. τρισσάκις εὐδαίμων ἇς καὶ Κύπρις ὤπλισεν εὐνάν. pro eo, quod membranae exhibent: τρισσακι σεῦ δὲ μόνας καὶ Κύπριδος... Sed tandem ad *Athenaeum* revertendum.

P. 95. D. I. 371. *Aristophanes* ἐν Προαγῶνι· ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύστηνος, τέκνον· Πῶς εἰςίδω ῥύγχος περικεκαυμένον. Membr. pretiosissimae τέκνων et ἐςίδω exhibent. Unde lego:

> ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύστηνος κύων·
> πῶς οὖν ἐςίδω ᾿γὼ ῥύγχος περικεκαυμένον;

Respicitur proverbium: χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι. ap. *Theocr.* Eid. X. 10. cujus comparanda verba Eid. XIV. 51. νῦν δέ ποθ᾽, ὡς μῦς, φαντί, Θυώνιχε γεύμεθα πίσσης. Ut autem Comicus ἐγευσάμην κύων dixit pro ὡς κύων. Syracusanus poëta in eodem Eid. 48. ἄμμες δ᾽ οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ᾽ ἀριθματοί, Δύστανοι Μεγαρῆες. — Quod in altero versu posui ᾿γώ, id facile post δω excidere potuit. — Sequitur aliud fr. *Aristophanis* ex Αἰολοσίκωνι· καὶ μὴν, τὸ δεῖν᾽, ἀκροκώλια δέ σοι τέτταρα Ἥψησα τακερά. Recte tuetur cl. Editor lectionem τὸ δεῖνα, quod interjectionis vim habet, ut *malum!* minus recte idem δέ σοι, quod Cod. habet, in γέ σοι mutavit. Quanto vividior erit oratio, si scripseris:

καὶ μὴν, τὸ δεῖν', ἀκροκώλια δυσὶ τέτταρα
ἥψησα τακερά.

duobus convivis quatuor elixavi trunculos. Proximum *Aristophanis* fr. sic digere, ut hiatus tollatur:

ἀκροκώλια,
ἄρτοι, κάραβοι.

P. 99. *A. I.* 385. In *Antiphanis* Ecloga v. 14. Cod. lectio εἴη πόθεν amphimacrum efficit in quarta sede. Quare aliud circumspiciendum est remedium. — Mox P. 99. F. 388. in *Sophoclis* fr. οἳ τοῖσι παγχόρτοισιν ἐξενίζομεν — verum existimo:

σίτοισι παγχόρτοισιν ἐξενίζομεν.

P. 100. *A.* 389. *Sophili* Eclogam mutilam laceramque sic fere restitui posse arbitror:

γαστρισμὸς ἔσται δαψιλής· τὰ προοίμια
ὁρῶ παρόντα· κάρτα χορτασθήσομαι.

κάρτα, quod cl. Editori in mentem venit, probum est et Atticum. V. *Koen.* ad *Gregor.* p. 220. *Aeschyl.* Suppl. 465. ὅπως δ' ὅμαιμον αἷμα μὴ γενήσεται, Δεῖ κάρτα θύειν, καὶ πεσεῖν χρηστήρια Θεοῖσι πολλοῖς πολλὰ πημονῆς ἄκη. Scr. πολλῆς i. e. μεγάλης. Vide *Valcken* ad Hipp. p. 160. B. ad *Jo. Chrys.* Or. p. 111. *Wessel.* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 436.

P. 100. *E.* 391. In *Dioxippi* fr. verba ἤνυστρα, μήτρας, χόλικας, in senarii exitu posita locum non habent. Scripserim:

ἤνυστρα, μήτρας, χολίκια.

In eadem de μήτραις disputatione P. 101. A. 393. vitiosus est *Sopatri* locus: ἀλλ' οἷα μήτρα καλλίκαρπος ἐκβολὰς Δίεφθα, λευκανθεῖσα, τυροῦται δέμας. Suam hujus loci correctionem cl. Editor ipse repudiavit in Animadversionibus. Existimabam equidem, barbaram lectionem unius Syllabae transpositione emendari posse:

ἑφθή, διπλευκανθεῖσα . . .

ἑφθὴ μήτρα est in fr. *Archestrati* V. 7. P. 101. C. Quae initio illius Eclogae de convivantium moribus dicuntur: αἰεὶ δὲ στεφάνοισι κάρα παρὰ δαῖτα πύκαζου Παντοδαποῖς κ. τ. λ. in mentem mihi revocant locum *Aristophanis* ap. *Stobae.* CXX. p. 609. 11. quem frustra quaesivi apud *Brunckium.* Ibi poëta docere conatur, Plutonis regnum Jovis regno praeferendum esse: οὐ γὰρ ἄν ποτε οὕτως ἐστεφανωμένοι Προὐκείμεθα, οὐδ' ἂν κατακεκριμένοι, Εἰ μὴ καταβάντας εὐθέως πίνειν ἔδει. In quo loco emendando *Hugoni Grotio* p. 499. sq. Critica parum favit. Tu vide an ille dederit:

οὐδ' ἄρα ποθ' οὕτως ἐστεφανωμένοι νεκροὶ
προὐκείμεθ' ἄν, οὐδ' αὖ κάρα κεχρισμένοι.

νεκροὶ ad sensum fere necessarium, quum sine hac voce oppositio quodammodo manca sit et debilis. Quamquam non ignoro jam verbo προκεῖσθαι *mortis* significationem contineri, ut ap. *Arist.* Eccles. 537. ἀλλ' ἔμ' ἀποδύσασα . . . . Ὤχου καταλιποῦσ' ὡςπερεὶ προκείμενον, Μόνον οὐ στεφανώσας, οὐδ' ἐπιθεῖσα λήκυθον. — Vox κάρα posteriorem syllabam producit, ut in versu *Archestrati*, quem modo laudavi, et in *Arist.* Acharn. 1218. ἰλιγγιῶ κάρα λίθῳ πεπληγμένος. in fr. *Sophoclis* ap. *Hero-*

dianum de metris *in Villois.* Anecd. T. II. p. 94 quod sic scribendum:

ἐγὼ δ' ἐρῶ σοι δεινὸν οὐδὲν, ἀλλ' ὅπως
φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασται χθονός·
οὐδ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενοῦς
κτείνας, ἐν Ἄργει, ξεῖνος ὢν, οἰκίζεται·
οὐδ' ὡς πρὸ Θηβῶν ὠμοβρῶς ἐδαίσατο
τὸν Ἀστάκειον παῖδα διὰ κάρα τεμών.

P. 102. *B. I.* 397. In *Damoxeni* Ecloga V. 14. membranae sic habent: μᾶλλον δὲ κατέχοντα καταγέλα ὡς κένου. unde mutata vocabulorum sede legerim:

μᾶλλον δὲ κατέχονθ' ὡς κενοῦ σὺ καταγέλα.

ubi σὺ ob similitudinem praecedentis Syllabae omissum esse apparet. — V. 22. scribe: ἀλλοίωμά τε. V. 40. pro ὥς μοι κέχρησαι. Scribo

ὀσμῇ κέχρησαι;

quod refertur ad V. 36. ubi coquus philosophus vituperat imperitos ὀσμὴν ἐξ ἰχθύων ὑπεναντίων αὐτοῖσι ποιοῦντας μίαν. — V. 49. ἐπίτεινον τὸ πῦρ· Ὁμάλιζέ τ' ἴσοις τάχεσιν· ἡ πρώτη λοπὰς Ζεῖ ταῖς ἐφεξῆς οὐχὶ συμφώνως. Difficilis hic locus sic fortasse scribendus:

ὁμαλιζέτω τις ὡς τάχος·

τὸ πῦρ scilicet. *Jam ignis vim auge; alius quis quantocyus eam aequalem facito; prima enim patina haud pariter fervet cum reliquis.* ὡς τάχος non minus probum quam ὡς τάχιστα. — V. 52. veterem distinctionem restituerim: καὶ τί φαίνεται τέχνη; *et qualis tibi haec ars esse videtur?* Quod

non minus bene dictum quam ap. *Aristoph.* 1115. πότερον ἀκρίδες ἥδιον ἐστὶν ἢ κίχλαι; et multa, quae his sunt similia. — Iterum laborat distinctio V. 55. πῶς ἐστιν αὐτοῖς· ἃ διὰ τεττάρων ἔχει Κοινωνίαν διὰ πέντε... Scribe:

β. πῶς; α. ἔστιν αὐτοῖς ἃ διὰ τεττάρων ἔχει ..

'*Sunt cibi nonnulli, qui relationem habeant ad systema* διὰ τεττάρων.. Dixerat ille, omnes cibos miscendos esse κατὰ σημφωνίαν.

P. 103. *C. I.* 401. in *Platonis* Ecloga v. 8 — 10. omnes paedagogo soli tribuerim, majore distinctione post καλῶς posita. Mox v. 12. adoptanda videtur *Brunckii* emendatio una cum antiqua lectione:

ὥρακας οὖν συ Φιλόσοφον, εἰπέ μοι τινά,
μεθύοντα, τούτοις θ' οἷς λέγεις κηλούμενον.

P. 104. *B. I.* 404. In *Theognetis* fr. quum senarius in ἐκ τούτων exire nequeat, scribendum suspicor:

ἐκ τούτων ἀεί,
ἄνθρωπ', ἀπολεῖς με.

P. 107. *B. I.* 415. In *Alexidis* V. 1. hiatum facile sustuleris legendo:

πρῶτον μὲν ὄστρεα παρά τινι Νηρεῖ 'σιδών.

εἰσιδεῖν in scena Attica saepenumero ponitur pro simplici ἰδεῖν. Cf. *Aristoph.* fr. p. 95. D. modo a nobis tractatum; et infra ad P. 224. F. P. 387. D.

P. 108. *A. I.* 418. *Eubulus:* οὐκ ᾤου με Χολὴν ἔχειν. Fortasse ad versum implendum scripseris:

οὐκ ᾤου δέ με . . .

Mox ap. Eund. P. 108. B. 419. V. 6. πηδᾷ, χορεύει, πῶλος ὡς ὑπὸ ζυγοῦ. scribe sine haesitatione

πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ.

quod ductum ex *Eurip.* Orest. 45. ποτὲ δὲ δεμνίων ἄπο Πηδᾷ δρομαῖος, πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ. qui ipse *Homerum* ante oculos habuisse videtur Ιλ. ζ. 506. ὡς δ᾽ ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, Δεσμὸν ἀπποῤῥήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων. Haec mihi revocant locum *Libanii* T. IV. p. 395. ubi γενναίων πώλων esse ait, ὅτι σκιρτῶσι, πηδῶσι, δυσχεραίνουσι τὸ ζεῦγλον. Tum pergit: εἶτ᾽ ἐπὶ τῶν ἵππων τοῦτο ποιοῦντες εὖ φρονεῖν δόξομεν· τοῖς δ᾽ υἱέσιν, ἂν ὑπὸ τῆς εὐφυΐας ἐκτείνωνται, τὴν οἰκίαν ἀλλοτρίαν καταστήσομεν; scr. ἀκταίνωνται. Sed hoc jam vidit *Wyttenb.* in Ep. crit. p. 59. ubi tamen, vitio typothetae, ἀκταίνονται scribitur. Alius est de equis locus ap. *Dion. Chr.* Or. XII. p. 380. 41. qui interpretes valde exercuit: ἀφικόμην εἰς ἄνδρας οὐ νόθους (νωθεῖς corr. *Casaub.*) οὐδὲ σχολὴν ἄγοντας ἀκροᾶσθαι λόγων, ἀλλὰ ὑ μ ε τ έ ρ ο υ ς καὶ ἀγωνιῶντας, ὥσπερ ἵππους ἀγωνιστὰς ἐπὶ τῶν ὑσπλήγγων, οὐκ ἀνεχομένους τὸν χρόνον, ὑπὸ σπουδῆς δὲ καὶ προθυμίας κόπτοντας τὸ ἔδαφος ταῖς ὁπλαῖς. Alii aliter. Mihi dubium non est, quin scribendum sit: ἀλλὰ μετεώρους καὶ ἀγωνιῶντας. De equo *Xenoph.* de re Equ. c. XI. 1. ἢν δέ τις ἄρα βουληθῇ καὶ πομπικῷ καὶ μετεώρῳ καὶ λαμπρῷ ἵππῳ χρήσασθαι. Passim usurpatur de iis, qui desiderio aliquo aut expectatione tenentur. *Lucian.* Dem. Enc. §. 28. καὶ δὴ καὶ μετέωρος ὁ Ἀντίπατρος ἐπὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος. *Jupiter* Trag. §. 4. καὶ νῦν μετέωροι

πάντες εἰσὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν. *Themist.* Or. IV. p. 56. A. tota civitas ὀρθὴ ἦν καὶ μετέωρος πρὸς τὸ μέλλον. *Alciphr.* L. II. 4. πάντα μετέωρα νῦν ἐστι βουλόμενα ἰδεῖν Μένανδρον. ubi vide *Berglerum.* Adde *Ritterhus.* ad *Oppiani* Cyneg. IV. 240. De equa, cujus spiritus detonsa juba deprimitur, *Aelian.* H. A. XI. 18. αἰδεῖται γὰρ καὶ οὐκ ἔτι ἀτακτήσει, καὶ παύσεται τῆς ὕβρεως καὶ τοῦ σκιρτήματος. ut haec olim emendanda esse docui in Epist. ad *Schneiderum.* p. 22. pro οὐκ ἀγανακτήσει. Quod verum esse apparet ex lectione Cod. Paris. καὶ οὐκ ἀτακτεῖ καὶ παύεται... ut monuit *Boisson.* ad Philostr. Her. p. 457. — In *Eubuli* fr. unde deflexit oratio, V. 7. ῥιπὶς δ' ἐγείρει φύλακας Ἡφαίστου κύνας Θερμῇ παροξύνουσα τηγάνου πνοῇ. putabam Θέρμην fuisse: *sartaginis calorem suo motu adaugens et incendens.* Verbis κύνας Ἡφαίστου, quod de *scintillis,* flabelli motu excitatio, accipiendum esse, dubitari nequit, tragicorum sermonum ridet et lyricorum, qui, quos comites Diis Deabusque jungunt, eos *canes* apellare solent. V. *Aeschyl.* Agam. 135. Prom. 1030. *Pindar.* ap. Aristot. Rhet. II. 24. *Ruhnk.* Ep. crit. p. 93. *Brunck.* ad Soph. Electr. 1388.

P. 108. C. I. 402. *Hegemonis* ex Φιλίννῃ versus sic fortasse restitueris:

μάλα ταχέως αὐτῷ πρίω πόλυπον νέον,
καὶ δὸς καταφαγεῖν κἀπὸ τηγάνου γόνον.

In secundo horum versuum ad metri integritatem nihil desideratur. — Mox cl. Editor emendavit verissime: ὡς ἐπυνθανόμην αὐτοῦ, πῶς εἰς τὸν Μυρτίλον νέον ἐνέπεσεν. pro νέον ἔπεσεν. Eundem errorem ex *Aeliani* V. H. III. 42. ταῖς Λακεδαιμο-

νίων γυναιξὶν ἐνέπεσέν (vulg. ἔπεσεν) τις οἶστρος. sustulit *Jensius*, quod novissimi Editoris diligentiam fugit. *Liban.* T. IV. p. 34. 7. οὕτω πολὺς ἔρως τοῖς Ἕλλησιν ἐνέπεσεν ὑπὲρ τῶν δικαίων μάχεσθαι. ubi proxima καὶ τίς ἂν ἐξαριθμήσαιτο τοὺς καθ' ἕκαστον; ὅπου γε καὶ τοὺς ἑκάστων βασιλεῖς οὐκ εὐχερές. ducta videntur ex *Xenoph.* Hellen. VI. 1. 15. πελταστικόν γε μὴν ἱκανὸν πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἀντιταχθῆναι· ἔργον γὰρ ἐκείνων γε καὶ τὰς πόλεις ἀριθμῆσαι. — In versu *Cratini*, quem exhibent Scholia ad *Platon.* p. 42. ed. *Siebenk.* pro εἰς ἐγγύας τρεῖς πεσὼν ἀνηρέθην, scribendum procul dubio ἐμπεσών.

P. 110. *F.* *I.* 430. *Phylilli* versus jambici sunt tetrametri, et sic digerendi:

αὐτὸς φέρων πάρειμι πυρῶν ἐκγόνους τριμήκων
γαλακτοχρῶτας κολλάβους θερμούς . . .

P. 112. *D.* *I.* 436. Θεαρίων... καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος. Conf. ad h. l. *Heindorf.* ad Platon. T. II. p. 246. In *Dion. Chrys.* Or. IV. p. 172. 15. *Reiskius* auscultare debuisset *Casaubono* corruptissima Ἐρόμωνα καὶ Σάραβον, in Θεαρίωνα mutanti. In eodem loco scribendum videtur: Δαρεῖον δὲ... ὅτι ἐν Βαβύλωνι καὶ Σούσοις ἐκαπήλευε, καὶ Πέρσαι αὐτὸν ἔτι καὶ νῦν καλοῦσι κάπηλον, οἴει ὡς οὐ δίκαιος κεκλῆσθαι. Vulgo οὐ δικαίως. Sed αὐτὸν non sollicitandum. Sic loquitur *Xenoph.* K. II. III. 1. 38. ποῦ δὴ ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀνήρ, ὃς συνεθήρα ἡμῖν, καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις θαυμάζειν αὐτόν. Ibid. VIII. 1. 46. *Hiero.* c. 6. 1. indicabo voluptates ὅσαις ἐγὼ χρώμενος, ὅτ' ἦν ἰδιώτης, νῦν... αἰσθάνομαι στερόμενος αὐτῶν. *Dio. Chr.* Or. III.

p. 140. 17. ὧ γὰρ... ὑπάρχει, καὶ σχεδὸν οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐκ ἂν ἄσμενος ὑπακούσειεν αὐτῷ.

P. 112. *F. I.* 437. *Ephippi* verba: παρ' Ἀλεξάνδρου δ' ἐκ Θετταλίας Κόλλικα φαγὼν κρίβανος ἄρτων. per anapaestos decurrere animadvertit Editor. Reliqua emendatione egere dubito. Homo, de quo agitur κρίβανος ἄρτων appellatus esse videtur, quod *tanquam furnus* plurimos panes deglutiret.

P. 113. *A. I.* 437. Verba sermoni intertexta ἡμεῖς γὰρ οὔτ' ἀλφίτοισι χαίρομεν, πλήρης γὰρ ἄρτων ἡ πόλις. ex poëta esse depromta, non fugit *Casaubonum*. Priori succurres, si scripseris:

ἡμεῖς γὰρ οὔτ' ἐν ἀλφίτοισι χαίρομεν.

Eleganter sic ἐν abundat in multis locutionibus. Cf. *Heind.* ad *Platon.* T. III. p. 71. *Brunck.* ad Oed. T. 1112. *Porson.* ad Orest. 1018. ad Med. 629. Quare recte legitur ap. *Liban.* T. IV. p. 99. 3. λέγεται γὰρ ἐν ἀφορήτῳ ποτὲ τῆς Ἕλλαδος λιμῷ τρυχομένης. ubi sunt, qui ἐν deletum malint. Ut in illo *Athenaei* loco, sic passim ap. veteres poëtarum fragmenta, reliquo orationis corpori intertexta, latent. Ap. *Plutarchum* T. II. p. 603. C. αἱρήσεται καὶ νῆσον οἰκεῖν φυγὰς γενόμενος, Τύαρον ἢ Κίναρον, σκληράν, ἄκαρπον καὶ φυτεύεσθαι κακήν. (cujus loci memores esse debuerant *Interpretes Juvenalis* Sat. I. 73. X. 170.) senarium habes omnibus numeris perfectum:

σκληράν, ἄκαρπον καὶ φυτεύεσθαι κακήν.

quem casu natum esse nemo facile existimabit, qui *Plutarchum* noverit. Apud *Eund.* T. II. p. 503.

D. μανία γὰρ ὁμόστοιχος μὲν ἡ ὀργὴ κατ' ἐνίους, ἡ δὲ μέθη σύνοικος. noli dubitare, quin verum viderit *Meziriacus*, ὁμότοιχος scribens. Nam ducta sunt haec ex *Antiphane*:

λύπη μανίας ὁμότοιχος εἶναί μοι δοκεῖ,

ap. *Stobae.* XCVII. p. 539. 8. In *Themistii* Or. XIII. p. 169. C. ἔνθ' ἔνι μὲν λέων, ἔνι δὲ κάπρος· ἔνθ' ἔνι δ' ἄλλος ὅμαδος πολλῶν καὶ πολυκεφάλων θρεμμάτων. poëtae latere vestigia, nemo est, quin videat. Fuisse videtur:

ἔνθ' ἔνι μουνολέων, ἔνι δ' αὖ κάπρος, ἔνθ' ἔνι δ' ἄλλος . . . . .

Voce μουνολέων utitur *Leonid. Alex.* Ep. XII. Simile est μονόλυκος ap. *Aelian.* H. A. VII. 47. Conf. Anim. ad Anth. T. I. P. II. p. 64. Multa ex poëtarum fontibus ducta sunt ap. *Heliodorum*, quos plurimis in locis aperuit diligentia et incomparabilis sagacitas novissimi Editoris Parisini. Apud illum L. I. 21. p. 58. ed. Bip. ex Tragico ducta videntur haec:

πρὸς τὰς παρούσας οὐ πέπτωκε συμφοράς.

Item L. II. 4. in verbis: οἴμοι, σιωπᾷς καὶ τὸ μαντικὸν ἐκεῖνο καὶ θεηγόρον στόμα σιγὴ κατέχει. has agnoscimus Tragoediae voces:

οἴμοι, σιωπᾷς καὶ τὸ μαντικὸν στόμα
σιγὴ κατεῖχε sive κατέσχε.

Etiam L. VIII. 5. verba μίαν θεραπείαν καὶ δάκρυον Ἀρσάκειον ἓν οὐχ ὑποστήσεται... ex imitatione Comici poëtae fluxisse, dubitare nos non patitur *Terentianum* hoc in Eunucho I. 1. 22. *haec verba una mehercle falsa lacrimula Quam oculos terendo*

misera vix vi expresserit, Restinguet. Etiam in proximis: μεγάλην εἰς πειθὼ κέκτηται πρὸς ἄνδρας ἴϋγγα τὰ γυναικεῖα καὶ σύνοικα βλέμματα. manifesta sunt imitationis poëticae vestigia. *)

In illis autem scriptoribus, qui orationem suam poëticis ejusmodi stellulis distinxerunt, imitationis observatio plurimum valet ad veram lectionem aut investigandam, aut stabiliendam. Ap. *Phlegont. Trall.* p. 32. ed. Franz. οὐδ᾽ ἀναπαύλησις κακοῦ ἔσσεται οὐδ᾽ ἠβαιόν. cl. *Bastius* Lettre à Boissonade p. 46. suspicatur: ἀνάπαυλή τις. Sed scribendum procul dubio:

οὐδ᾽ ἀνάβλησις . . .

quod me monuit cl. *Lenzius*, qui haec ducta esse vidit ex *Homeri* Ιλ. β. 380. Temere olim sollicitavi *Libanium* T. IV. p. 143. πότερον ἧττον εἰς συμφορὰν εἰςάπαξ ἀποθανεῖν ἢ πολλάκις ἐγγὺς ἰέναι τοῦ θανάτου. Salvam praestat vulgatam locus *Aeschyli* Prom. 749. κρεῖσσον γὰρ εἰςάπαξ θανεῖν Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς. Ap. *Dion. Chr.* autem Or. XXIX. p. 545. 10. οὐδ᾽ ἂν Ὅμηρον ἐπαινέσαιμι, ὅτι φησὶ δουλεύεσθαι τάς τε ψαμάθους καὶ τὰ ὅπλα τοῖς δάκρυσι τῶν Ἀχαιῶν. scribe sine haesitatione: ὅτι φησὶ δεύεσθαι τάς τε Ψ. ex

*) In *Valerio Flacco* L. VI. p. 313. *Juveni sors pulchrior omni; Et certare manu decet, et caruisse sepulcro;* de verborum obscuritate non questus fuisset *Burmannus*, si fontem novisset, unde haec profluxerunt. Est is *Tyrtaeus* Eleg. I. 21. αἰσχρὸν γὰρ δὴ τοῦτα . . . κεῖσθαι πρόσθε νεῶν ἄνδρα παλαιότερον . . . . νέοισι δὲ πάντ᾽ ἐπέοικεν, ὄφρ᾽ ἔτι τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ· Ἀνδράσι μὲν θηητὸς ἰδεῖν, ἐρατός τε γυναιξί, ζωὸς ἐών, καλὸς δ᾽ ἐν προμάχοισι πεσών.

Homeri Ιλ. XXIII. 15. δεύοντο Ψάμαθοι, δεύοντο δὲ τεύχεα φωτῶν Δάκρυσι. Ex eodem fonte fluxerunt haec ap. *Eund.* Or. XXXV. p. 68. 20. χώραν μυρία φέρουσαν πυρούς τε καὶ ζείας τ' ἠδ' εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν. ubi scribendum πυρούς τε ζ. ex Odyss. δ. 604. Gravius vitium latet ap. *Eund.* Or. XI. p. 343. 34. καὶ τὸν Ἕκτορα ὑπάγειν αὐτόν.. — σχεδὸν δὲ καὶ ἐφιστάμενον, ὥσπερ αὐτός φησιν Ὅμηρος. Bene *Reiskius* ἐφιστάμενον interpretatur, insistentem saepiusque morantem, si forte hostium aliquis dimicare audeat. Sed de Hectore tale quid ap. *Homerum* occurrere non memini. *Dioni* fortasse obversabatur nobilissimus locus de Ajace Ιλ. λ. 556. ubi in comparatione cum asino: σπουδῇ δ' ἐξήλασσαν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο φορβῆς. et de Ajace ipso: Αἴας δ' ἄλλοτε μὲν μνησάσκετο θούριδος ἀλκῆς Αὖτις ὑποστρεφθείς. Hinc noli dubitare *Dionem* scripsisse: σχέδην δὲ καὶ ἐφιστάμενον. i. e. μόλις. Quo vocabulo rhetor Homericum σπουδῇ exprimere potuit. *Apollon. Soph.* Lex. Hom. σπουδῇ. μόλις καὶ δυσέργως. et ad Ιλ. β. 99. σπουδῇ· μόλις. δυσχερῶς. *Hesych.* σχέδην. ἡσυχῇ. βάδην. *Machon.* ap. Nostr. L. VIII. p. 349. B. ἐπ' ἄκρων ἐβάδιζε τῶν ὀνύχων ἐν τῇ πόλει σχέδην. L. XIV. p. 622. A. σχέδην ἐπέραινον ῥήσεις. Ad illum de Ajace locum spectant verba *Antithenis* in Orat. Ulyssis. Or. Gr. T. VIII. p. 63. ἐμὲ μὲν ποιήσει πολύτλαν, καὶ πολύμητιν, καὶ πολυμήχανον, καὶ πτολιπόρθον, καὶ μόνον τὴν Τροίαν ἑλόντα· σὲ δέ, ὡς ἐγῷμαι, τὴν φύσιν ἀπεικάζων τοῖς τε νωθέσιν ὄνοις, καὶ βουσὶ ταῖς φορβάσιν, οἳ ἄλλοις π α ρ έ χ ο υ σ ι δεσμεύειν καὶ ζευγνύειν αὑτούς. Sic haec, praeeunte *Reiskio* legenda existimo.

P. 113. *A.* 438. ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλῳ Χρυσίππου τοῦ Τυανέως συγγράμματι ἐνέτυχον Ἀρτοποιϊκῷ... Locus variis modis tentatus sic fortasse poterit legi: ἐπεὶ δὲ καλῷ Χρυσίππου... Saepenumero Larensii convivae libros, unde doctrinam expromunt suam, cum laude commemorant. Simile vitium P. 114. B. sustulit acutissimus *Coray*, ubi pro ἄρτοι τινὲς καὶ δηλοῦνται legit: καλοῦνται. Plura hujus generis passim reperiuntur, ubi καὶ alius vocabuli locum occupavit. In *Fabula Aesopi* ap. *Hauptm.* nr. CLXXXIII. quae incipit a verbis: καί τις ἄμπελος πλησίον εἶχε ποταμοῦ τὸν φραγμόν... scribendum videtur: καλή τις ἄμπελος. *pulcra vinea.* Ap. *Philostr.* V. Apoll. IV. 34. p. 174. Apollonius per quietem mulierem vidisse narratur, quae se Jovis nutricem esse dicebat, corona instructam. Cretam insulam significari intelligebat: ὁ δὲ στέφανος καὶ ἄλλην ἴσως νῆσον δηλώσει. Quod verum esse nequit. Nam de veritate interpretationis suae in universum Apollonius non dubitabat, de singularum rerum significatione tantum ambigebat. Quare corrigendum existimo: ὁ δὲ στέφανος καλὴν ἴσως νῆσον δηλώσει. *Coronae* enim symbolum diversis modis accipi poterat. *Dio Chr.* Or. XXXVII. p. 104. 34. scripsisse videtur: ἡμᾶς δὲ δεῦρο (vulg. δὶς) ἐπιδημήσαντας, οὕτως ἀσμένως ἐπείδετε (sic *Reisk.* pro ἐπειδή γε), ὡς ἂν μάλιστά με ἐπειρᾶσθε κατέχειν· ὁρῶντες δὲ ἀδύνατον ὄν, ἀλλὰ καλήν γε εἰκὼ τοῦ σώματος ἐποιήσασθε. Vulgo ἀλλὰ τὴν εἰκώ... *) — In

*) Obiter tentabo locum *Xenoph.* Hellen. IV. I. 39. ὁ δὲ ἐκ τῆς Παραπίτας υἱὸς αὐτοῦ, καλὸς ἔτι ὤν, ὑπολειφθεὶς καὶ προςδραμών, ξένον σε, ἔφη, ὦ Ἀγησίλαε, ποιοῦμαι. ubi vide *Schneiderum.* Post καλὸς suspicatus sum excidisse καὶ

fr. ex *Euripidis* Phryxo. nr. IV. ex *Etym. M.* V. σιροί· καὶ μῶν ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου. ubi καὶ ante interrogandi particulam locum non habet, legerim:

καρπῶν ἀνοῖξαι μὲν σιροὺς οὐκ ἠξίου.

Cf. *Schneider* Ind. ad Scr. Rei R. V. Σειροί. et Animadverss. in Anth. Gr. T. I. P. II. p. 314. Aliter hunc versum sanare studuit *Valcken.* in Diatr. p. 217 C. Praecipue vero saepissime factum est, ut finales verborum syllabae, modo aliquam cum καὶ haberent similitudinem, in hanc copulam abirent. Ap. *Aelian.* V. H. III. 32. vulgo legitur: τοῦ δὲ διδάσκοντος κροῦσαι κελεύσαντος χορδήν τινα σὺν μέλει καὶ ἣν ἀπήτει τὰ κιθαρίσματα, καὶ τί διοίσει, ἔφη, ἐὰν ταύτην κρούσω; Ad haec *Perizonius:* „Cod. Lugd. σὺν μέλει καὶ ἁρμονίᾳ ἣν.. Sed nihil addiderim, quin potius deleverim insuper καὶ, si quid in his foret mutandum." Recte ille quod καὶ in vulgata lectione abundare intellexit; minus vero, quod ἁρμονίᾳ a Codice oblatum sprevit. Legendum enim, ni fallor: σὺν μελικῇ ἁρμονίᾳ, ἣν ἀπήτει... Apud *Heliodor.* X. 11. p. 488. ed. Bip. μεγίστη δὲ οἱ καὶ τῷ λέγοντι πίστις. aut legendum cum acutissimo *Coray:* μ. δ' ἔοικε. aut quod mihi olim in mentem venerat: μ. δ' οἶμαι, τῷ λ. π. In *Plutarchi* Consol. ad Apoll. T. II. p. 108. E. οὐκ ἀπᾳδειν δὲ τούτων ἔοικεν οὐδ' ὁ εἰπών

λεῖος, quod ob similitudinem praecedentium syllabarum facile praeteriri potuit: καλὸς καὶ λεῖος ἔτι ὤν. *Lucian.* T. VIII. p. 228. ἀλλὰ καλὸς καὶ ἀγένειος. et ibid. paulo ante p. 227. λεῖός μοι Χαιρέας. Cf. *Ruhnk.* in Epist. cr. p. 66.

μηδεὶς φοβείσθω θάνατον ἀπόλυσιν πόνων

ἀλλὰ καὶ κακῶν τῶν μεγίστων. novissima verba, in ἴαμά τ' αὖ κακ. μεγίστων mutata cum praecedentibus continuari vellet cl. *Wyttenbach*. At mihi *Plutarchus* hoc loco, ut multis aliis, laudatis poëtae verbis sua videtur addidisse, quae illius sententiam et explicarent et amplificarent. Quare legerim: ἀπαλλαγὴν κακῶν τῶν μεγίστων. Sic paulo post: ἀναισθησία. — πάσης ἀπαλλαγὴ λύπης καὶ φροντίδος· *Eurip*. Heraclid. 586. κἂν ἀπαλλαγὴ πόνων εὑρεθῇ V. 811. εἰς ἀπαλλαγὰς πόνων. *Plut*. T. II. p. 114. B. τὸν θάνατον οὐκ ὀλίγους ἀπαλλάττειν μεγάλων καὶ χαλεπῶν κακῶν. In *Lysiae* Or. c. Agor. p. 270. ἀποδέδεικται δ' ὑμῖν ἅ π α ν τ α κ α ὶ ἐκ τῶν ψηφισμάτων καὶ ἐκ τῶν ἀπογραφῶν, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων Ἀγόρατος ὢν αὐτοῖς αἴτιος τοῦ θανάτου. *Taylor* ἅπαντα delet; *Reiskius* ἁπανταχόθεν legit. Propius etiam ad vulgatae ductus accesseris, scribendo: ἁπανταχῇ. Similiter depravatus *Dio Chr*. Or. III. p. 127. 37. ἐπεὶ δὲ αὖ πόλιν π ο λ λ ὰ κ α ὶ ἡμεῖς ἐν χρείᾳ γινόμεθα τῆς ἐναντίας κράσεως. ubi πολλαχῇ videtur fuisse. Alia est ratio, ubi verba πολλὰ καὶ aliud adjectivum sequitur, ut ap. *Xenoph*. K. II. IV. 5. 15. ὁ μὲν θεὸς προφαίνει πολλὰ καὶ ἀγαθά. quam lectionem a Cod. Guelph. oblatam *Weiskius* non debebat spernere. Cf. *Brunck*. ad *Aristoph*. Thesm. v. 351. *Sluiter* Lectt. Andoc. p. 143.

P. 113. F. I. 440. οὗτοι ἀνιπτόποδες, χαμαιευνάδες, ἀερίοικοι. Cynici, quod certum larem non habebant, *sub divo habitare* dicuntur. Unde saepe etiam ἄνοικοι sive ἄοικοι, et ἀνέστιοι. Ut in *Aeliani* V. H. III. 29. Cynicus has diras sibi accommodat:

πλάνης, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος;
πτωχός, δυςείμων, βίον ἔχων ἐφήμερον.

nam haec, quae ex Tragoedia ducta esse dubitari nequit, sic ab *Aeliani* oratione separanda sunt. Noster L. XIII. p. 611. C. de Cynicis: ἄοικοι καὶ ἀνέστιοι βιοῦντες ἔξω ἁπάντων. *Dio Chr.* Or. LXIV. p. 335. 4. Σωκράτης γοῦν ἐπὶ πολλοῖς αὑτὸν ἐμακάριζε, καὶ ὅτι ζῶον λογικόν, καὶ ὅτι Ἀθηναῖος· Διογένης δὲ ὁ κύων ἄ ν ο ι κ ο ς καὶ τέλεον οὐ πολιτικός, εὐτύχει. Sic scribendum videtur pro ἄγροικος. *Teles* ap. *Stobae.* XCIII. p. 516. de molestiis, quas divitiae creant, cum in aliis rebus, tum in servis alendis: ἐπεὶ καὶ τῶν τοιούτων φροντίδων μοι δοκεῖ ὁ ἄσιος λελυμένος πολὺ εὐχολώτερος εἶναι τῷ μηδὲν ὑπάρχειν. legerim: ὁ ἄοικος λ. πολὺ εὐσχολώτερος εἶναι. *Plutarch.* T. II. p. 831. B. ἄδουλος οὖν γένωμαι καὶ ἀνέστιος καὶ ἄοικος. Ib. 956. F. ἀνθρώπων γένη... ἄοικα καὶ ἀνέστια καὶ ὑπαίθρια. In eadem ex *Telete* Ecloga p. 515. 46. legitur: πόσους γὰρ οἴει δι' εὐπορίαν ἢ δι' ἔνδειαν κωλυθῆναι σχολάζειν. ubi *Gesnerus* μᾶλλον desiderat. Frustra. Cf. *Homer.* Ιλ. α. 117. *Wessel.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 412. 28. Tum. p. 516. 20. lege: πλείω γὰρ ὁρῶ σοι προςάρχοντα. pro ὁρῶσι.

P. 117. B. *I.* 453. *Cratetis* tetrametri V. 1. 2. sic fortasse corrigendi sunt:

σκυτίνη ποτ' ἐν χύτρᾳ τάριχος ἦν ἐλεφάντινον·
ἦν τε κοντιὰς χελώνη πευκίναις ἐν κ ο ι λ ά σ ι.

Pro ἦψε et ἐν κύμασι. Tenendum in Codd. ψ scribi ⊥, ut modo literae T, modo X sit simillimum. Hinc olim recte mihi emendasse videor in

Epigr. *Phaniae* VI. T. II. p. 53. ἔπτυσε δὲ Ψάλιδας, ξύρα καὶ θρόνον. pro eo quod est in membr. Vat. ἔπτυσε δ' Ἰταλίας. Fortasse etiam ap. *Anton. Liber.* c. 39. p. 264. καθ' ὑπερβολὴν πάθους καὶ ὑποψίαν τὴν πρὸς τὸν γάμον ἑκὼν ἀποθνήσκει. scribendum: καὶ ἀποτυχίαν τὴν πρ. τ. γ. Ex hoc fonte locos quosdam veterum correxit *Schaefer.* Meletem. p. 46. et 117. — κοιλάδες πεύκιναι *vasa* sunt *abiegna.* Cf. ad L. VII. p. 310. D. Reliqua, quae in hoc fragm. corruptissima sunt, acutioribus emendanda relinquo. Hoc video, jonicam formam ἄνδρεσσι locum non habere.

Proximum *Aristophanis* fragm. ubi poësis dramatica cum dulci quodam cibo comparatur: ἢνὶ Κράτητί τε τάριχος ἐλεφάντινον λαμπρὸν ἐνόμιζεν. sic correxerim:

ἣν Κράτης γε τάριχος ἐλεφάντινον λαμπρὸν ἐνόμιζεν.

quam Crates pro salsamento elephantino habuit. — Versus *Alexidis*, qui sequitur, fulcro indiget:

ὅμως λογίσασθαι πρός γ' ἐμαυτὸν βούλομαι.

Mox in *Ejusdem* Ecloga P. 117. F. 455. Vers. 7. ἆρ' ἦν μετὰ ταῦθ' ἡ ῥάφανος ἣν ἐβοᾶτ' εἶναι. vitiosus est in capite et in exitu. Scribo:

παρῆν μετὰ ταῦθ' ἡ ῥάφανος ἣν ἐβοᾶτ' ἀεί.

Conf. ad L. I. p. 28. E. *Aderat* in coena, cujus sumtus hic computantur, brassica, quam convivae *iteratis* clamoribus postulaverant. — Mox V. 11. quum ille, qui rationem subducit, alterum fraudis

insimulasset, hic respondet: οὐκ οἶσθά γ', ὦ μακάριε, τὴν ἀγοράν· ὅτι Κατεδηδόκασιν τὰ λάχανα τρωξάλλιδες. ubi quum ὅτι sensum non habeat, scribendum arbitror:

οὐκ οἶσθά γ', ὦ μακάριε, τὴν ἀγορὰν ὅπῃ;

forumne ubi sit ignoras, ubi rerum venalium pretia ipse possis cognoscere? Sic mox, iterata fraudis insimulatione: ὁ ταριχοπώλης ἔστιν· ἐλθὼν πυνθάνου. — Tum. V. 17. ubi vulgo legitur: ὥςπερ πυρετὸς ἀνῆκεν, εἶτ' ἐπιτέλει. editoris vestigia premens corrigo:

ὥςπερ πυρετὸς ἀνῆκεν, εἶτ' ἐπέτεινε δή.

Vers. ultimus mutilus est, sed non in fine, si quid video. Fortasse scripserat Comicus:

ὑμῶν, χόας τρεῖς· ἦν δὲ δέκ' ὀβολῶν ὁ χοῦς.

P. 118. E. 458. Τάριχος.. Γαδειρικόν, Βυζαντίας τε (sic scr. pro δὲ) Θυννίδος Ὀσμαῖσι χαίρει. Has luxuriosorum hominum delicias commemorat *Libanius* T. IV. p. 834. 17. quem locum et male distinctum, et lectionis vitiis laborantem, sic correxerim: Εἰωθὼς δὲ ἐνίοτε τοῦ Βυζαντίου ταρίχους ἐσθίειν... ἴστε δὲ ὡς καὶ χρηστὸν ὄψον οἱ σκόμβροι καὶ εὔωνον... τοῦ Γαδειρικοῦ τότ' ἂν ἐπεθύμησα, καὶ στένων μέν, ἐπριάμην δὲ ὅμως· εἶτ' ἐλθὼν οἴκαδε ὀπτήσας οὐκ ἔφαγον (vulg. οὐκ ὀπτήσας ἔφαγον) ἄρτον ξηρόν, ὅ μοι δεῖπνον ἀεὶ ἥδιστον ἦν, ἀλλ' ἐπέσταξα ἂν ἐλαίου, καὶ ὄξους, καὶ ἐλαίας τυχὸν (vulg. ἐλαίου ἐνέτυχον) καὶ ῥαφανίδας συνέφαγον. Salsamenta *assa* fuisse apparet ex Nostro P. 119. E.

P. 119. *C. I.* 461. *Sophoclis* versus ex *Phineo* sic fortasse distinguendus:

νεκρός, τάριχος εἰσορᾷν Αἰγύπτιος.

quod de Phineo, longa fame confecto, dictum esse videtur. Is enim cadaveri quam homini videbatur similior. *Apollon. Rhod.* L. II. 197. ὀρθωθεὶς εὐνῆθεν, ἀκήριον ἠΰτ' ὄνειρον, Βάκτρῳ σκηπτόμενος... πίνῳ τε οἱ αὐσταλέος χρὼς Ἐσκλήκει, ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον. Hinc *Sophocles* eum cum cadavere Aegyptio, condito et siccato, comparat. Conf. *Intrpp. Hesychii* T. II. p. 1349. 2. *Sophron* ap. *Stobae.* T. CXIV. p. 591. 51. τὸ γὰρ ἀπεχθόμενον γῆρας ἅμα μαραῖνον ταριχεύει. i. e. ξηραίνει. Scripserim: γῆρας σῶμα μαραῖνον τ. Corpus *rugosum* et senectute morbisque confectum ῥάκος appellat *Antiphil.* Epigr. XLI. de piscatore, ἁλίοιο βίου ῥάκος. et *Lucian.* Tim. §. 32. ubi v. *T. Hemsterh.* T. I. p. 398. ed. Bip. Fortasse etiam *Plutarch.* T. II. p. 100. D. ὡς γὰρ ἀρώματα τρίβωνας εὐώδεις καὶ ῥάκια ποιεῖ, τοῦ δὲ Ἀγχίσου τὸ ῥάκος ἰχῶρα πονηρὸν ἐξεδίδου. ubi alii τὸ σῶμα, unus ἕλκος habet. Diadema regium Antigonus rex ῥάκος appellabat per contemtum ap. *Stobae.* XLVII. p. 344. ad cujus dictum respicit *Dio Chrys.* Or. LXVI. p. 349. κἂν μὲν ἕτερός τις μὴ κατεαγὼς τὴν κεφαλὴν δήσηται, καταγελᾶται· τοῖς δὲ βασιλεῦσι πρέπειν δοκεῖ· καὶ πολλαὶ μυριάδες τεθνήκασιν ὑπὲρ τούτου τοῦ ῥάκους. — Mox ap. Nostrum *P.* 119. *C.* 462. in *Pherecratis* fr. ἡ γυνὴ δ' ἡμῶν ἑκάστῳ λέκιθον ἕψουση φακῆν Ἀναμένει. Merito cl. Editor haeret in jonico ἑψούσῃ, quod scena attica respuit. Scribe:

λέκιθον ἕψουσ' ἢ φακῆν.

In paroemia, quae sequitur, τάριχος ὀπτὸς εὐθύς, ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ. Scribe ἐάν.

P. 122. *A. I.* 471. οὐδὲ γὰρ ἐπίστασαι... εἴρηταί τινα καὶ φαῦλα. Cum his egregie conspirant haec *Libanii* in Apol. Socr. Tom. III. p. 41. 25. ταῦτα δὲ ἦν μανθάνειν μὲν ἅττα λέγουσιν οἱ ποιηταί· μιμεῖσθαι δὲ τοὺς κυβερνήτας, καὶ τὰ πολλὰ φυλάττεσθαι τῶν ἐπῶν, ὥςπερ ἐκεῖνοι τὰς ὑφάλους. Hic *Reiskius*, qui τἀπατηλὰ φυλ. conjicit, rectius fortasse scripsisset, ut est apud Nostrum, τὰ φαῦλα φ. Sed equidem vix dubito *Libanium* scripsisse: καὶ τὰ ὕπουλα φυλ. τῶν ἐπῶν. quo nihil melius respondet ταῖς ὑφάλοις. Utrumque junctim illustrat *Etymol. M.* p. 784. Cf. *Pierson.* ad *Philetaer.* p. 447. sq. Vide an idem vocabulum lateat in *Plutarch.* Amor. T. II. p. 752. F. χρήματα τρυφὰς ἐμποιοῦντα καὶ χαυνότητας ἀβεβαίους καὶ ὑπούλους. Vulgo ἐκβεβαίους καὶ κιλίους sive κελίους. ὄγκος ὕπουλος est ap. Eund. T. II. p. 59. C. — Ap. *Dion. Chrys.* Or.IX. p. 288. καὶ τὰ νοσήματα τοῦ σώματος, ὅταν ἔκδηλα ᾖ, ῥᾷον θεραπεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ἢ μέχρις ὑποστέλλῃ. Sic ante *Morellum* legebatur, qui unde ὑποστέλλεται acceperit, non constat. Suspicabar: ἢ μέχρις ἂν ὕπουλα ᾖ. Eodem fere sensu τὰ κοῖλα dicuntur ap. *Philostr.* V. Apoll. III. 44. p. 132. ubi bene Schol. τὰ διὰ βάθους χωροῦντα.

P. 123. *E. I.* 447. *Amphis* ἐν βαλανείῳ. Deleta syllaba abundante, scribe ut tetrameter fiat trochaicus:

ἀνεβόησ' ὕδωρ ἐνεγκεῖν θερμόν, ἄλλος μετακέρας.

Cf. ad L. VI. p. 225. D.

P. 124. *D. I.* 481. *Lysippus* in Bacchis. Quae vulgo sic leguntur:

τί δ' ἄλλο γ' ἢ
ὁ πατὴρ ἄνωθεν ἐς τὸ φρέαρ, μοι δοκεῖ,
ὥςπερ τὸν οἶνον τοῦ θέρους καθεικέναι.

minima mutatione sic videntur posse restitui:

ὁ πατὴρ ἄνωθεν σφ' ἐς τὸ φρέαρ ἐμοὶ δοκεῖ,
ὥςπερ τὸν οἶνον τοῦ θέρους, καθεικέναι.

pater se videtur, ut lagenam vini aestivo tempore, in puteo suspendisse. Nemo videt, quam facile in his σφὲ excidere potuerit. Cf. infra ad L. X. p. 416. C.

P. 127. *D. I.* 491. *Strattis:* ἐν τῷ αὐτῷ δράματι οὕτως· τῶν διδύμων ἐκγόνων σεμιδάλιδος. Facile implebis versum mutilum:

τούτων δὲ διδύμων ἐκγόνων . . . .

Perperam τούτων impugnatur ap. *Liban.* T. IV. p. 500. 16. εἰσί μοι παῖδες, ὦ δικασταί, παιδευόμενοι κατὰ τοὺς ὑμετέρους νόμους, καὶ τούτων ἀκούοντες ἀεὶ παρ' ἐμοῦ, ζῆν ὡς ἐκεῖνοι κελεύουσι. Recte pluralis ponitur, licet de una tantum re agatur. Quem usum caeteris praeivit *Homer.* Ιλ. ε. 564. τὰ φρονέων, ἵνα χερσὶν ὑπ' Αἰνείαο δαμείη. *Xenoph.* Mem. III. 6. 6. οὐκοῦν τὸ μὲν πλουσιωτέραν τὴν πόλιν ποιεῖν ἀναβαλούμεθα· πῶς γὰρ οἷόν τε, μὴ εἰδότα γε τὰ ἀναλώματα καὶ τὰς προςόδους ἐπιμεληθῆναι τούτων. ubi τούτων referendum ad verba τὸ πλ. τὴν πόλιν ποιεῖν. *Teles* ap. *Stobae* XCIII. p. 515. ἡ πενία κωλύει πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν, ὁ δὲ πλοῦτος πρὸς ταῦτα χρήσι-

μος. *Euripid.* Herc. F. 744. Hercules πάλιν ἔμολεν, ἃ πάρος Οὔποτε διὰ φρενὸς ἤλπισα (Vulg. ἤλπισε) Παθεῖν, γᾶς ἄναξ. Sic haec scribenda et distinguenda videntur. Conf. *Heind.* ad *Platon.* T. III. p. 281. *Schaefer* ad Dion. Hal. p. 11. et *Ind.* V. *Pluralis.*

Liber quartus.

P. 129. B. T. II. p. 7. πίναξ ἀργυροῦς, ἐπὶ πάχος οὐκ ὀλίγον περίχρυσος, ὅσος ὥςτε δέξασθαι μέγεθος χοίρου. Sic Cod. A. At Epitome ὥςτε omittit; et saepenumero ὅσος sic ponitur, ut per ὥςτε explicari debeat. V. *Matthiae* Gram. Gr. §. 479. not. P. 663. Passim vero in veteribus libris glossa juxta veram et genuinam scripturam repetitur; passim etiam corrupta lectio juxta sinceram. Sic in fr. *Josippi* ap. *Stobae.* XXXVII. p. 226. 8. οὐδὲν οὕτως τῶν ἀγαθῶν παθῶν ἰσχυρόν, ὃ τῷ φθόνῳ μέχρι παντὸς ἀντέχει. *Gesnerus* τῶν ἀγ. πάντων. mallet. At παθῶν depravatio praecedentis vocabuli videtur esse. Ap. *Liban.* T. IV. p. 11. 20. οὐ γὰρ ἔνεστι τηνικαῦτα τοὺς ἀναιτίους καὶ τοὺς φαυλοτέρους κρίνειν. in marg. Cod. August. legitur: γρ. τοὺς ἀναιτίους ἐξετάζειν φιλοκρινεῖν. Prius verum videtur; nisi fuit: ἐξετάζοντα φιλοκρινεῖν. Fortasse duae lectiones confusae ap. *Xenoph.* K. II. VI. 1. 38. εἰ γὰρ γένοιτο . . . ὅτι ἐγὼ σοὶ ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην αὖ χρήσιμος. altera: ὅτι ἐγὼ σοὶ ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην. altera ὅτι ἐγὼ σοὶ γενοίμην ἂν χρήσιμος.

P. 129. F. II. 9. ἐπεὶ πρῶτος ἔπιες, ἔχε πρῶτος καὶ τὸν σκῦφον· τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις,

ὅσοι ἐὰν πίωσιν, ἔσται γέρας. Malles fere: τοιοῦ-το . . . γέρας. Praeterea notandum ἐὰν pro ἂν positum. Sic etiam L. XII. p. 517. E. οὐ παρὰ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἑαυτῶν, ἀλλὰ παρ' οἷς ἐὰν τύχωσι τῶν παρόντων, καὶ προπίνουσιν, οἷς ἐὰν βούληθῶσιν. Ib. p. 547. B. τῶν νεανίσκων ὅσοι ἐὰν ἁλίσκωνται. *Xenoph.* Mem. IV. 2. 29. ὅτι ὅσαι ἐὰν ἀγνοήσασαι. Hiero I. 14. καὶ ὅσα ἐὰν λέγητε, καὶ ὅσα ἂν ποιῆτε. Et sunt alia praeterea, quae tamen omnia, si *Hermannum* audias ad Viger. p. 795. nr. 313. pro depravatis habenda sunt.

P. 130. *E. II.* 13. *Antiphanis* anapaesti sic fortasse digerendi sunt:

τί δ' ἂν Ἕλληνες μικροτράπεζοι,
φυλλότρωγές τε δράσειαν, ὅπου
τέτταρα λήψη κρέα μίκρ' ὀβολοῦ·
παρὰ δ' ἡμετέροις προγόνοισιν ὅλους
βοῦς ὤπτων, σῦς, ἐλάφους, ἄρνας·
τὸ τελευταῖον δ' ὁ μάγειρος ὅλον
τέρας ὀπτήσας, μεγάλῳ βασιλεῖ
θερμὴν παρέθηκε κάμηλον.

V. 5. recte mihi emendasse videor ὤπτων, σῦς. pro ὀπτῶσιν. quod nec metrum implet, et rem, quae olim solebat fieri, perperam ut praesentem ponit. Bene autem *aper* commemoratur inter eas feras, quae totae apponebantur. *Juvenal* I. Sat. 140. *quanta est gula, quae sibi totos Ponit apros!* ubi vide *Interprett.* Noster supra p. 129. B. Saepe junguntur *apri* cum *cervis.* *Themist.* Or. XXII. p. 273. B. τό τε θηρευόμενον οὐ λαγωός, οὐδὲ σῦς, οὐδὲ ἔλαφος. *Dio Chr.* Or. VII. p. 245. 10. ἔγωγε, εἶπεν ὁ νεάνισκος, καὶ ἔλαφον καταπονῶ, καὶ

σῦν ὑφίσταμαι. Sic enim lege pro συνεφίσταμαι. Ibidem p. 235. 34. ὁ δὲ ἠρώτα με, εἰ τάλαντον ἑκάτερος Ἀττικὸν δοῦναι θέλοιμεν; ἐγὼ δὲ εἶπον, οὐχ ἥκιστα μὲν τὰ κρέα ἡμεῖς· ἃ δ' ἂν ᾖ δίδομεν: ἔστι δὲ ὀλίγα ἐν ἁλσί, τἄλλα ἐν τῷ καπνῷ, ξηρά, οὐ πολὺ ἐκείνων χείρω, σκελίδες ὑῶν καὶ ἐλάφειοι καὶ ἄλλα γενναῖα κρέα. Tolle turpissimum vitium certa emendatione: ἐγὼ δὲ εἶπον, οὐχ εἱλκύσαμεν τὰ κρέα. quod simplicissimi hominis responsum ad delatorum illorum interrogationem unice quadrat. Nam quum illi pondus auri poposcissent, hic, de ea re, quam solam habebat, solam noverat, de carne ferina, agi existimans, carnes, quas habemus, ait, non pependimus, nec scimus itaque, an talentum earum dare possimus. ἕλκειν sic usurpatum nemo ignorat. *Diophilus* L. VI. p. 226. F. γόγγρον μέν . . . ὅσον εἵλκυσεν, τοσοῦτο καταθεὶς ἐπριάμην. — *Sues* cum *cervis* iterum junguntur ap. Eund. p. 226. 7. ubi de canibus agitur: γευόμενοι δὲ τοῦ αἵματος, καὶ συῶν καὶ ἐλάφων, καὶ τῶν κρεῶν πολλάκις ἐσθίοντες· ὀψὲ μεταμαθόντες κρέασιν ἀντὶ μάζης ἥδεσθαι· τῶν μὲν ἐμπιμπλάμενοι, εἴ ποτε ἁλῴη τις σίτου, ὁπότε δὲ μή, πεινῶντες μᾶλλον ἤδη τῷ τοιούτῳ προσεῖχον. ubi scribendum, ni me omnia fallunt, εἴ ποτε ἁλῴη τι, ἐσιτοῦντο, ὅτε δὲ μή . . . Sic infra p. 244. ὁπηνίκα τι θηραθῇ. ut pro τὶς recte emendavit *Casaubonus*.

P. 131. *A. II.* 14. In *Anaxandridis* descriptione nuptiarum Cotyis V. 2. metri causa videtur scribendum:

λαμπραῖς δείπνοις δέξονθ' ὑμᾶς.

pro δέξεθ' ὑμᾶς. Tum V. 3. scr. οὐδὲν ὁμοίοις τοῖς Ἰφικράτους. pro ὁμοίως. — V. 57. versus claudi

cat: πίνναι, λεπάδες, μῦες, ὄστρεα. cui vitio cl. Editor mederi conatur, τ᾽ post μῦες inserto. Dubito an recte; nam in hoc tam longo recensu inde a V. 37. ne semel quidem copula utitur. Quare aliud remedium circumspiciendum esse puto. — V. 68. verba sic fortasse in anapaestos digesseris:

οἶνος δ᾽ ἔσται, λευκός, ...
γλυκύς, εὐθιγενής, ἡδύς, καπνίας.

Vulgo οἶνοι δέ σοι. Conf. V. 31. τούτων δ᾽ ἔσται πολὺ σεμνότερον. . . . Post λευκὸς vini epitheton quoddam excidit, fortasse μαλακός.

P. 132. *A. II.* 19. *Lynceus.* V. 11. praeclara est Editoris correctio: βούλομαι δέ γ᾽, ὦ βέλτιστε σύ, κἀκεῖνο καὶ τοῦτ᾽. pro: βέλτιστε συγκαμεῖν καὶ τοῦτο. Ejusmodi lectionum monstra ap. *Athenaeum* occurrunt plurima; nec in aliis scriptoribus penitus sublata et profligata sunt. In *Eurip.* Herc. Fur. 1414. ζῶ σοι ταπεινός· ἀλλὰ προσθεῖναι δοκῶ. legendum videtur:

ζῶ δὴ ταπεινός· ἀλλὰ πρόσθεν οὐ 'δόκουν.

jam humilis vivo i. e. sum: at olim superbus videbar elatique animi. Ad quae Theseus respondet:

ἄγαν γ᾽ ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς π ο ν ε ῖ ν ο σ ῶ ν.

nam sic haec scribenda videntur pro: ποῦ κεῖνος ὤν. In Or. *Lysiae* c. Theomn. p. 183. 10. ὅσῳ μείζους εἰσὶ καὶ νεανίαι τὰς ὄψεις, τοσούτῳ μᾶλλον ὀργῆς ἄξιοί εἰσι. Δῆλον γὰρ ὅτι τοῖς μὲν σώμασι δύνανται, τὰς δὲ ψυχὰς οὐκ ἔχουσιν. Nisi adjectivum in fine excidit, legerim: τὰς δὲ

ψυχὰς οὐδέν εἰσιν. *animo autem non valent:* τῷ οὐδὲν εἶναι opponitur τὸ τὶ εἶναι. Vide *Locella* ad *Xenoph. Eph.* p. 143. et *Valcken.* ad *Herodot.* IX. 58. p. 719. 19. Saepe sic ουσιν, εισιν, εστιν, quae in Codd. sibi simillima sunt, confunduntur. Sic iterum ap. *Lysiam* Or. c. Agorat. p. 239. 8. τοῦ δὲ ἕνεκα ταῦτα λέγω ὑμῖν; ἵν' εἰδῆτε ὅτι τὰ ψηφίσματα ἐξ ἐκείνης τῆς βουλῆς οὐκέτι εὐνοίᾳ τῇ ὑμετέρᾳ, ἀλλ' ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου τοῦ ὑμετέρου ἅπαντα ἐλέγετο, καὶ ὡς τοιούτοις οὐκ οὖσιν αὐτοῖς τὸν νοῦν προσείχετε. Primum lege ex Cod. Coisl. προσέχητε. Tum vero praeterea corrigendum fortasse: καί, ὡς τοιούτοις εἰκός ἐστιν, αὐτοῖς τὸν νοῦν προσέχητε. *utque illis animum ita advertatis, ut ejusmodi rebus par est* i. e. ne plus illis tribuatis ac merentur. Gravior etiam corruptela obsidet *Dion. Chrys.* Or. LXX. p. 374. 47. ἐπὶ παντὶ ἄρα, τὸν μὲν λόγον, εἰ καθ' αὑτὸν λέγοιτο, μηδὲν ἔχων περὶ τοῦ προσόντος, ἄκυρον ἡγήσῃ καὶ οὐ πιστόν. Locum depravatissimum sic fere correxerim: μηδενὸς ἔργου προσόντος. *mera verba, nullo comitante facto, irrita existimabis, nec fide digna.* Quem sensum contextus totius loci exigit, et verba proxima: τὸ δ' ἔργον αὐτὸ πιστὸν καὶ ἀληθές, ἐὰν καὶ μὴ προσάγῃ λόγους· ex quibus abunde apparet, vocabulum ἔργον in praecedente enuntiatione occurrisse. — In *Aeschyli* Suppl. 89. εἰ θείη Διὸς εὖ παναληθῶς. legerim:

εἰδείην Διὸς αἶσαν ἀληθῶς.

Utinam Jovis consilium recte noverim. Apud *Heliodor.* L. IX. 21. p. 316. καὶ ὁ Ὑδάσπης, ὑποπεσὼν τοίνυν, τίνα σαυτῷ τιμωρίαν ὁρίζεις, πάλιν ἠρώτα. Καὶ ὅσην ἄν, ἔφη, βασιλεὺς ὁ ἐμὸς τῶν σῶν τι-

να στρατηγῶν φυλάττοντά σοι πίστιν λαβὼν ἀπήτησεν. Scribe: καὶ ὅς, ἣν ἄν, ἔφη, . . . et ille respondit, quam poenam meus rex expetivisset. . . . Doctissimus *Coray*, καὶ ὅς, ὅσην, ἔφη, . . . minus, ut mihi quidem videtur, probabiliter. — Sed in viam redeo.

P. 133. *D. II.* 25. *Nicander* in Georgicis V. 7. ἠελίῳ δὲ Λὐήνας ἐπὶ τυτθόν, ὅτ' ἐν ζεστῷ ἀποβάπτων Ὕδατι. Puto fuisse:

ἔτ' ἐν ζεστῷ ἀποβάπτων.

praeterea s. *posthac.* v. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 259. *Locella* ad *Xen. Ephes.* p. 257. Hoc sensu ap. *Theodect. Stobaei* T. LXVII. p. 422. 40. scribendum existimo:

ὁμοῦ δὲ τῇ δ' ἔτ' εἰςκομίζεται λαβὼν
καὶ δαίμον', εἴτε χρηστόν, ἢ τοὐναντίον.

simul cum ea inferet sibi praeterea daemonem. Vulgo: τῇ δέ τ' εἰς. quod ab attico sermone alienum. *Libanius* T. III. p. 61. 3. ποῦ γὰρ ἔτι (vulgo εἴτι) φανοῦνται; ποῦ φθέγξονται. *Idem* T. IV. p. 850. ὁ τοῦ πατρὸς φονευτὴς . . . τοῦτον δεῖ εἰς ἱερὰ φοιτᾷν; τοῦτον δὲ ἀγορᾶς ἐπιβαίνειν. scripserim: τοῦτον δι' ἀγορᾶς ἔτι βαίνειν; *hunc adhuc forum transire!* Depravatissimus est *Dion. Chr.* locus Or. LXX. p. 374. quem sic fortasse correxeris: πότερον οὖν γεωργίας ἂν εἴη (vulg. εἶναι) τινὰ ἔργα καὶ παρασκευή (vulg. περὶ σκεύη.), ἢ ναυτιλίας, καὶ τῷ κυνηγέτῃ προςήκοντα, καὶ τῷ ἀστρονόμῳ, καὶ ἔτι (vulg. καὶ ἐπὶ) τοῖς ἄλλοις ἅπασι. *Juncus* ap. *Stobae* CXVI. p. 597. 38. φράσω δέ τι σα-

φέστερον. Scribe: Φρ. δ' ἔτι σ. — Ap. *Lysiam* Or. c. Agorat. p. 266. ἢ ἐπ' αὐτοφώρῳ τὶ ποιεῖται. Rectius puto: ἔτι ποιεῖται. Mox scripserim: αὐτῷ δὲ τῷ πράγματι οὔπω πιστεύει. Ap. *Eund.* Or. περὶ προν. p. 96. 7. ἔτι δὲ τοὺς μὲν τούτου οἰκέτας, ἰδίους ὄντας τούτου, εἰ ἐβασανίζομεν, ἀνοήτως ἄν τι τούτῳ χαριζόμενοι καὶ παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἐμοῦ κατεψεύσαντο. Obscurissima verba sic corrigenda arbitror: εἰ ἐβασανίζομεν ἀνοήτως, τάχ' ἄν τι τούτῳ χαρ. Haec certe perspicua sunt. Quae autem sequuntur, sollicitari non debent.

P. 134. *A. II.* 26. In fr. *Alexidis* de Atheniensium in compotationibus saltandi consuetudine:

ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθὺς ἂν οἴνου μόνον
ὀσμὴν ἴδωσιν· β. συμφορὰν λέγεις. α. ἀρ' ἂν
φαίης ἂν εἰς συμπόσιον εἰσελθὼν ἄφνω.

Vulgo ἂν οἴνου. et ἄρ' ἄν. De quavis re mala et tantum non diris deorumque irae imputanda veteres ἀρὰν usurpasse videntur. *Homer* Ιλ. XVIII. 100. ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι. Cf. *Hesiod.* Scut. Herc. 29. 128. Ιλ. XXIV. 489. καὶ μέν που κεῖνον περιναίεται ἀμφὶς ἐόντες Τείρουσ', οὐδέ τις ἐστὶν ἀρὴν καὶ λοιγὸν ἀμῦναι. *Liban.* T. IV. p. 356. 5. τοσαύτης ἀρᾶς εἰσι καὶ ποινῆς μεστοί. Plura dedit *Heynius* ad Ιλ. XII. 344. T. VI. p. 332. — V. 9. lego:

βαυκιζόμενον, τὰ λευκά τ' ἀναβάλλουθ' ἅμα . .

pro τὸν ἀβάλλουθ' ἅμα. τὰ λευκὰ calceamenti est genus. *Pollux* VII. 92. λευκὸν ὑπόδημα. Noster L. V. p. 215. C. ὑποδούμενος λευκὰς Λακωνικάς.

— V. 10. ἥδιστον ἀναπήξαιμ' ἂν αὐτὸν ἐπὶ ξύλου λαβών. Quod olim conjeci, dubito an locum suum tueri possit. Melius fuerit:

ἥδιστ' ἂν ἀπάγξαιμ' αὐτὸν ἐνὶ ξύλῳ λαβών.

Agitur de *ligno*, cui noxiorum cervices inseruntur. *Aristoph.* Eqq. 367. οἷον σε δήσω τῷ ξύλῳ. Ib. 393. στάχυς ἐκείνους, οὓς ἐκεῖθεν ἤγαγεν, Ἐν ξύλῳ δήσας ἀφαύει. Ib. 705. ἐν τῷ ξύλῳ δήσω σε, νὴ τὸν οὐρανόν. Nubes 588. ἢν Κλέωνα τὸν λάρον δώρων ἑλόντες καὶ κλοπῆς, Εἶτα φιμώσητε τούτου τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα.

P. 134. *B. T. II.* 30. In *Matronis* descriptione coenae V. 28. de τρίγλῃ. Τῇδ' ἐγὼ ἐν πρώτοις ἐπέχον κρατερώνυχα χεῖρα, Οὐ δ' ἔφθην τρώσας, ἵνα εἴασε Φοῖβος Ἀπόλλων. Sic membranae. *Scaliger* et cum eo *Brunckius*, τρώγειν μιν, ἄασε δὲ Φ. Lenius fuerit:

Οὐ δ' ἔφθην τρώσας, ἀνένευσε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων.

ut est ap. *Homer* Ιλ. ζ. 311. π. 250. — V. 116. ὡς δὲ ἴδον ξανθὸν γλυκερὸν μέγαν ἔγκυκλον, ἄνδρες, Δήμητρος παῖδ', ὀπτὸν ἐπεισελθόντα πλακοῦντα. Quum in aliis hujus carminis partibus *Matro* auditores non alloquatur, dubitare licet, an vera sit lectio ἄνδρες. Fortasse scripsit:

μέγαν ἔγκυκλον, ἁδρὸν
Δήμητρος παῖδ', ὀπτὸν ἐπεισελθόντα πλακοῦντα.

Passim jungitur μέγας et ἁδρός. *Alciphr.* III. Ep. 36. τῷ δὲ ἐγκανάξας κύλικα εὐμεγέθη, φλυαρίας φάρμακον ὤρεγον· ὁ δὲ καὶ ταύτην καὶ πλεί-

ονας ἐπὶ ταύτῃ καὶ ἁδροτέρας ἐκπιὼν, οὐκ ἐπαύσατο ἀδολεσχίας.

P. 138. F. II. 43. *Eupolis*: καὶ γένηται τοῖσδε σάμερον κοπίς. Habemus hic tetrametri trochaici exitum longe perfectissimum. Nam depravatam esse lectionem, et καλὴ scribendum, quo admisso senarius existeret jambicus, minus est probabile. De voce κόπις, quae *coenam* significat ap. Lacedaemonios, sequitur alius locus p. 140. A. *Epilyci*, dorica dialecto scriptus: πότ' ἂν κοπίδ' οἴσωμαι ἐν Ἀμυκλαῖον, Παραγγέλλωσι βάρακες πολλοί. Corruptissima verba sic emendari posse putabam:

ποττὰν κοπίδ' ἐσσύμαι ἐν Ἀμυκλαῖον·
παντᾶ γελάοντι βάρακες πολλοί.

festino ad copidem in templum Amyclaeum; ubique plurimi baraces rident. Doricum ἐν Ἀμυκλαῖον pro εἰς Ἀ. ex hoc loco, aliisque haud paucis illustravit *Maittaire* de Dial. p. 250. sq. 330. ed. *Sturz* *). Deinde γελάοντι sive γελῶντι verum puto. De rebus jucundis quaeque *arrident* nobis Graeci eleganter γελᾶν et προσγελᾶν usurpare solent. V. *Ruhnk.* H. in Cerer. p. 7. *Achill. Tat.* VI. 7. de lacrymarum, quas pulcrae mulieres fundunt, effectu: κυμαινομένης δὲ τῆς τῶν δακρύων ἅλμης

*) Praepositionem ἐν cum verbis motus jungi interdum, satis constat, ut ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ ap. *Thucyd.* VII. 17. ubi vid. Interpp. *Apoll. Rhod.* I. 506. ἔπεσον δ' ἐνὶ κύμασιν Ὠκεανοῖο. Id. I. 638. δῦν' ἐνὶ τεύχεσι πατρός. Quare non audiendus *Reiskius* ad *Liban.* T. IV. p. 441. 19. qui pro ἥκειν ἐν Κορίνθῳ Λαΐδα mallet οἰκεῖν.

περὶ τὸν κύκλον, τὸ μὲν πιαίνεται, τὸ δὲ μέλαν πορφύρεται . . . τὰ δὲ δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἔνδον εἰλουμένα γελᾷ. Sic mutavi vulgatum καιομένης. *Heliodor.* L. VI. 9. ὡς εἶδε τῆς τε κόμης τὸ ἄτακτον . . . καὶ ὄμμα ἔτι κυμαῖνον.

P. 140. *E. II.* 50. In corruptissimo *Calliae* sive *Dioclis* loco, qui laudatur, ut appareat, veteres φύλλα δάφνης manducasse, fortasse scribendum:

φύλλα σὺ δειπνῶν καταλέσεις.

pro δείπνων καταλύσεις. Καταλεῖν pro καταμασᾶσθαι videtur esse positum.

P. 144 *A. II.* 63. Persis οὐκ ἐμέσαι ἔξεστιν, οὐκ οὐρῆσαι ἀντίον ἄλλου. Nec exspuere licuisse Persis, nec emungi coram aliis tradit *Herodotus* L. I. 99. γελᾷν τε καὶ πτύειν ἀντίον . . . αἰσχρόν. et *Xenoph.* K. Π. I. 2. 16. αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἔστι Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν, καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, καὶ τὸ φύσης μεστοὺς φαίνεσθαι. ubi V. *Intrpp.* Et iterum L. VIII. 1. 42. ἐμελέτησε δὲ καὶ ὡς μηδὲ πτύοντες, μηδὲ ἀπομυττόμενοι φανεροὶ εἶεν. et VIII. 8. 8. νόμιμον γὰρ δὴ ἦν αὐτοῖς, μήτε πτύειν, μήτε ἀπομύττεσθαι. Jam multis verbis opus non est, ut appareat, quam inepte legatur ap. *Dion. Chrys.* Or. XIII. p. 429. de Persis: ἀλλὰ τοξεύειν τε καὶ ἱππεύειν καὶ θηρᾷν μεμελετηκότες, καὶ τὸ γυμνοῦσθαι τὸ σῶμα, αἴσχιστον αὐτοῖς ἐδόκει, καὶ τὸ ὀπυίειν ἐν τῷ φανερῷ. Scribe sine haesitatione: καὶ τὸ πτύειν ἐν τῷ φανερῷ.

P. 152. *E. II.* 95. παρασκευάζειν δὲ τοσοῦτο βρωμάτων πλῆθος, ὥστε ἐφ' ἡμέρας πλείονας

τοῖς βουλομένοις, εἰσερχομένοις τῶν παρασκευασθέντων ἀπολαύειν, ἀδιαλείπτως διακονουμένους. cl. Editor διακονουμένοις, ut omnia sibi respondeant. Fortasse recte. Tamen haud scio, an manum injiciat numerus exemplorum, ubi *accusativus* participii alium casum, praesertim *dativum* sequitur. V. *Ducker.* ad *Thucyd.* IV. p. 238. 31. *Koen.* ad *Greg.* p. 33. *Brunck.* ad *Aeschyli* Prom. 216. ad *Sophocl.* Electr. 480. *Markl.* ad *Lysiam* p. 556. et 579. Quare nihil mutandum censeo ap. *Plutarch.* V. Pyrrh. c. 16. εἰ φίλον ἐστὶν αὐτοῖς πρὸ πολέμου δίκας λαβεῖν . . . αὐτῷ δικαστῇ καὶ διαλλακτῇ χρησαμένους, ubi *Reiskius* χρησαμένοις mallet. Eundem hic dicendi usus fefellit ad *Dion. Chrys.* Or. XIV. p. 443. 19. εἰ χρὴ πιστεύειν Ἡσιόδῳ τε καὶ Ὁμήρῳ, καὶ ἄλλοις σοφοῖς ἀνδράσιν, οἳ περὶ Κρόνου ταῦτα λέγουσι· καὶ μὰ Δία, οὐχ ὑπ' ἐχθροῦ ἀδίκως π α θ ό ν τ α τοῦτο. ubi nihil nec excidit, nec subaudiendum videtur; et iterum ad Orat. LXIV. p. 332. τῶν αὐτοχθόνων καὶ πρώτων Ἀθηναίων, μητέρα μὲν τὴν γῆν αὐχοῦντας. Nec quidquam novandum ap. *Xen.* Hellen. I. 7. 36. μὴ τοίνυν . . . ἀντὶ τῶν ἐκ θεοῦ ἀναγκαίων ἀγνωμονεῖν δόξητε, προδοσίαν καταγνόντες ἀντὶ τῆς ἀδυναμίας, οὐχ ἱκανοὺς γ ε ν ο μ έ ν ο υ ς διὰ τὸν χειμῶνα πρᾶξαι τὰ προσταχθέντα. Recte apud *Lysiam* Or. c. Eratosth. p. 223. 3. ὧν ἀμφοτέρων ἄξιον ἐπιμεληθῆναι, ἐνθυμουμένοις ὅτι οὐκ ἄν.... *Scaliger*: ἐνθυμουμένους. Sic enim ille loqui solet. Apud *Liban.* T. IV. p. 202. τούτῳ δὲ ἑκάστην ἡμέραν ἀργύριον φέρειν; τί τὴν πόλιν ἀδικοῦντι, βέλτιστε. verior videtur lectio Morelliana ἀδικοῦντα. Frequenter autem librarii participia proximis verbis accommodant, cum magno interdum sensus detrimento. In Decl. *Libanii* T. IV. p. 287. ubi multi

apud Athenienses tum belli duces, tum oratores accusati esse dicuntur, alii ob alias causas: ὅτι ναῦς ἀπέβαλεν . . . ἢ τοὺς συμμάχους ἐκ πλειόνων ἐλάττους ἐποίησεν, ἡγουμένους. Frustra *Reiskius* aliquid excidisse putat. Scr. ἐποίησεν ἡγούμενος. *dum rebus praeesset.*

P. 157. *A. II.* III. *Diphilus* V. 3. ἐπὶ ταύτῃ Φέρων Εἰς τὸ μέσον ἐπεχόρευσε σαπέρδης μέγας Ὑπό τι δυσώδης· οὗτος ἧρος ἀνθίαν, Ὃν πολλὰ ταῖς κίχλαις ἤδη λέγειν. Difficillimus hic locus planissimus fiet, si legeris:

ἐπεχόρευσε σαπέρδης μέγας,
ὑπό τι δυςώδης· εἶτ' εἰςήῤῥησ' ἀνθίας·
ὡς πολλὰ χαίρειν ταῖς κίχλαις ἤδη λέγειν.

Postremi versus emendatio *Casauboni* sagacitati debetur. Quod posui εἰςήῤῥησε, bene respondet τῷ ἐπεχόρευσε prioris versus; quo sic utitur *Lycophr.* L. II. p. 55. D. et L. X. p. 420. B. ἐπεχόρευσε δαψιλὴς Θέρμος, πενήτων καὶ τρικλίνου συμπότης. *Diphilus* L. VI. p. 230. F. ἄριστον ἐπεχόρευσεν ἐκλελεγμένον . . . ὀπτῶν ἐπῄει σωρός. ut h. l. praeclare emendavit *Valckenaerius. Sophocles* L. VII. p. 277. B. χορὸς δ' ἀπαύδων ἰχθύων ἐπεῤῥόθει. *Eubulus* L. VII. p. 300. C. μετὰ ταῦτα θύννων μεγαλόπλουτ' ἐπειςέπλει Ὑπογάστρι' ὀπτῶν. *Nicostrat.* L. III. p. 118. E. Βυζάντιον δὲ τέμαχος ἐπιβακχευσάτω, Γαδειρικόν θ' ὑπογάστριον παρειςίτω. Ipsum verbum quod reposuimus, satis tuetur. *Aristoph.* Eqq. v. 4. ἐξ οὗ γὰρ εἰςήῤῥησεν ἐς τὴν οἰκίαν. *Menander* in Except. Hoeschelii p. 133. ὁ δὲ προτερήσας εἰςήῤῥησεν αὐτόθι. Cf. *Bergler* ad *Alciphr.* L. III. Ep. 55. — Primus

autem hujus Eclogae versus sic fortasse, verbis duobus transpositis, emendari debet:

δειπνάριον ἦν γλαφυρόν τε κἀνθηρὸν σφόδρα.

P. 158. *A. II.* 114. Ante fr. *Sophili* Editor voculas ἧς καὶ ex Èpitome addidit, quae fortasse, paululum immutatae, cum sequentibus conjungi debent:

ἧς καταῤῥοφοῦντ' Ὀρέστην τῆς νόσου πεπαυμένον.

Tum in *Timonis Phliasii* versu turbata videntur verba, non interpolata. Minime enim verisimile est, vocem Ζηνώνειον spuriam esse. Scribendum fortasse:

καὶ Ζηνώνειόν γε Φακῆν ὃς μὴ μεμάθηκεν
ἕψειν εὖ φρονίμως.

Mox in Fr. *Antiphanis* p. 158. C. 116. quod sic est in Cod. Venet. εὖ δὲ γίνεθη Φακῆν ἕψει η μεδίδασκε τῶν ἐπιχωρίων τισεις. cum sensus sit obscurissimus, difficile fuerit veram lectionem eruere. Hoc tamen video, verba, sine ulla interpolatione, sic digeri posse:

εὖ δὲ γίνεθ' ἡ Φακῆν
ἕψειν μ' ἐδίδασκε . . .

Hic etiam verum puto, quod posui ἕψειν pro ἕψείη, ubi litterae in Codd. sibi simillimae ν eu η confusae sunt. Conf. *Alberti* ad *Hesych.* T. I. p. 1171. 3. *Wyttenb.* in Select. Histor. p. 378. *Schaefer.* Meletem. p. 11. Apud *Aelian.* V. H. III. 6. de Cratete Cynico: ἀπαλλαττόμενος τῶν Θηβῶν,

οἰκισθεισῶν πάλιν, ἔφη, οὐ δέομαι πόλεως, ἣν Ἀλέξανδρος κατασκάψει ἢ ἄλλος. Sunt, qui ἢ deleant. Quod si hoc *Cratetis* dictum comparaveris ap. *Diogen. Laërt.* L. VI. 93. — πάλιν γὰρ ἴσως Ἀλέξανδρος ἄλλος αὐτὴν κατασκάψει — Facile concedes, legi posse commode: ἣν Ἀλέξανδρος κατασκάψειεν ἂν ἄλλος. In *Lysiae* Or. Olymp. p. 521. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐνορῶν ἐν τῷ πρὸς ἀλλήλους πολέμῳ μεγάλους αὐτοὺς γεγενημένους. vere emendavit *Stephanus* ἐνορῴη. Haec optativi forma obliterata est ap. *Themist.* Or. XIII. p. 166. C. ἐγὼ δέ εἰμι μὲν καὶ τῆς ζώνης καὶ τῶν βασιλέων ἐπαινέτης καὶ ἐραστής· καὶ μάλιστα εἰ καὶ ξὺν δίκῃ ζωννυμένην αὐτὴν καθορῷην· πολὺ δὲ μᾶλλον ἐπαινοίην ἂν καὶ ῥώμην τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀμμάτων. Aliena ab h. l. et ῥώμης commemoratio, et καὶ quod praecedit; quare nullus dubito, quin legendum sit: ἐπαινοίην ἂν καὶ ἐρῴην τῆς κεφ. quod praecedentibus ἐπαινέτης καὶ ἐραστὴς unice respondet. Etiam ap. *Libanium* forma attica optativi in infinitivum abiit in Apol. Socr. p. 41. 3. σὺ δὲ παραπλήσιον ποιεῖς, ὥσπερ εἴ τις τοῖς (vulg. εἰ τοῖς) ἀνέμοις ἐγκαλοίη (vulg. ἐγκαλεῖν.) ὑπὲρ τῶν πλεῖν οὐ βουλομένων· ἢ νὴ δίαγε ταῖς κρήναις, ὑπὲρ τῶν οὐχ ὑδρευομένων. Ap. Eund. T. IV. p. 827. 13. ἵν' οὖν μὴ τοῦτο παθὼν τοῦ γε θανάτου διαμάρτοιμι, καὶ χρήματα προσθεὶς ζωήν, βίον θανάτου πολὺ χαλεπώτερον. Scribe: ζώην βίον θ. χ. Iterum ν in η abiisse videtur in *Dion. Chr.* Or. XXXI. p. 600. 3. οὐκοῦν αὐτὸς λόγος καὶ ἡ πόλις ἤ τι τῶν ἰδιωτῶν τινι δεδωκυῖα πρὸς τὸν ἀφαιρούμενον τοῦτο. ubi legerim equidem: ὁ αὐτὸς λόγος κἂν ἡ πόλις ᾖ τι τῶν ἰδιωτῶν τινι δεδωκυῖα, πρὸς τὸν ἀφαιρούμενον. οὗτος ἄρ' ὑμεῖς . . . τὴν δεδωκυῖαν

ἀδικεῖτε, τουτέστιν ἑαυτούς. Passim etiam ἢ excidit ob praecedens ν. Sic ap. *Dion. Chr.* Or. XLI. p. 178. 5. οὐδε ἐσμοὶ μελιττῶν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν νεμόμενοι λειμῶνα, τῶν ἔργων ἀμελήσαντες, περὶ τῶν ἀνθῶν τῆς δρόσου διαφέρονται. Scribe: τῶν ἀνθῶν ἢ τῆς δρόσου. Idem Or. III. p. 121. 6. κατέχει δὲ τοῦ βίου τὸ πλεῖστον ἡ μνήμη τῶν προγεγονότων. Vulgo articulus ante μνήμη desideratur. In *Philostr.* V. Apoll. III. 20. p. 111. ὅθεν γῆ ζῶντι μὲν ἄφθονα ἔφερε. Scr. ἡ γῆ. Contrario errore ἢ interdum perperam ponitur ex praecedente ν ortum; ut ap. *Xenoph.* Anab. IV. 1. 28. εἴτις καὶ τῶν γυμνητῶν ἢ ταξιαρχῶν ἐθέλοι συμπορεύεσθαι . . . recte monuit *Halbkart* ἢ delendum esse; suffragatur *Schneiderus*, cui tamen operae non paruerunt. Intricatum locum in *Dion. Chr.* Or. XXXIX. p. 152. 40. ὥςπερ Ἕλληνες πρὸς Βαρβάρους μαχόμεθα· ἤ τι ἔτι τούτων γιγνομένων ὑφ᾽ ὑμῶν, ὁμοιότερον ἢ ὥςπερ ἄνθρωποι πρὸς θηρία. sic concinnaverim: ἢ ὅ, τι ἔτι, τούτων γιγνομένων ὑφ᾽ ὑμῶν, ὁμοιότερον, ὥςπερ ἄνθρ. πρ. θηρ. *aut quod, his a vobis patratis, propius ad veritatem accedit, sicut homines contra feras.* Nisi fuit: ὅ, τι ἔτι . . . ὁμοιότερον ἂν ᾖ. Ap. *Liban.* T. IV. p. 264. 24. καί τοι μεῖζόν τι ἠδίκησαν τὴν πόλιν ἢ τύραννον ἐπάγοντες τοῖς νόμοις. dele ἤ, et nihil amplius ad sensus integritatem desiderabis. At minus recte ἢ delet *Reiskius* apud *Dion. Chr.* Or. LXIX. p. 367. 25. οὐ μὴν ἐπιθυμοῦσι μᾶλλον πάντων ἢ ἀγαθοὶ γενέσθαι· καὶ πράττουσι πάντα πρότερον ἢ ὅπως σωφρονήσωσι. ubi addiderim potius particulam: οὐ μὴν ἀλλὰ ἐπιθυμοῦσι μ. *at omnia magis cupiunt, quam ut boni viri evadant.* (σωφρονήσουσι.) Unum obiter tangam locum *Menandri* ap. *Stobae.* T. LI. p. 358. στρατιώτην σμικρὸν

ἢ σωτηρίας Ἔστ' ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρου δ' εὔπορον. Nec *Salmasius* hîc verum vidit, nec *Bentlejus*, qui Σμικρίνης nomen inseruit. Lenissima mutatione corrigo:

. . . . . στρατιώτην αὖ μικρὸν σωτηρίας
Ἔστ' ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρου δ' εὔπορον.

haud leve est negotium, militem salutis reperire opportunitatem, facile autem interitus causam reperiet. Hîc primum ου, ut saepe, abiit in σ, tum ἢ ex praecedente ν enatum. Quod ibi praecedit *Apollodori* fragm. *Grotius* corrupit, spondeum in secundam sedem immittens. Nihil mutandum:

. . . . στρατιώτην ἔργον ἄχρι γήρως λαβεῖν
ἐστὶν διευτυχηκότ', ἂν μὴ δειλὸς ᾖ.

P. 160. *C. II.* 123. in *Sopatri* fr. scribe: τοὐπὶ τῇ φακῇ μύρον, pro τὸ ἐπί. Tum ap. *Eund.* p. 160. E. II. 125. V. 2. dele comma post κἀγώ, quod vocabulum cum ηὐξάμην cohaeret.

P. 161. *B. II.* 127. In fr. *Alexidis* dixerat aliquis, Pythagoreos nihil quod vivat, comedere. Tum alius, ni fallor, objicit V. 4.

β. Ἐπιχαρίδης μέν τοι κύνας κατεσθίει,
τῶν Πυθαγορείων εἷς.

Epicharides tamen, Pythagoreus, canes comedit. Ad quod prior respondet: ἀποκτείνας μὲν οὖν. Nunc demum voculae μὲν οὖν, quae *Casauboni* acumen restituit pro γενοῦ, vim suam exserunt. Scripsi μέν τοι pro μὲν τάς. Nam articulus in hoc contextu locum habere non videtur. — In proxima

Ejusdem Ecloga V. 7. vulgatam distinctionem tueor: καὶ τοιαῦτα κακοπαθοῦσί που. Nam που cum τοιαῦτα cohaeret. Tum V. 8. lege: τρυφῶσι δ' ἕτεροι πρ. — Quae sequuntur de philosophorum sordibus, comparari debent cum *Arist.* Nub. 103. τοὺς ἀλάζονας, Τοὺς ὠχριῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις. quod expressit *Alciphr.* L. III. Ep. XIV. cf. *Bergler.* ad Ej. L. I. Ep. 3. Eundem locum spectavit *Libanius* T. IV. p. 223. ubi parasitus in philosophos invehitur: οἷς ἔργον οὐδὲν ἢ τὸ τιμωρεῖσθαι σφᾶς αὐτούς, ὡς ἀδικοῦντας, καὶ πιέζειν ἀγρυπνίᾳ, καὶ λιμῷ, καὶ πόνοις, τοὺς ὠχριῶντας λέγω (sic lego pro τοὺς ὠχρ. γε), τοὺς ἀνυποδήτους, τοὺς γυμνοὺς ἐξ ἡμισείας.

P. 161. *B. II.* 129. Verba *Antiphanis* in Θομβυκίῳ paucis immutatis numeros suos implebunt:

τὰς προςφόρους
ἡμῖν τροφάς, σκορόδια, τυρόν, κρόμμυα,
καὶ κάππαρίν γ'· ἅπαντα ταῦτ' ἐστιν δραχμῆς.

σκόροδα et σκορόδια iterum sunt confusa p. 170. B. in fr. *Alexidis.*

P. 164. *B. II.* 188. In *Alexidis* Lino Linus Herculem, qui ipsi erudiendus est traditus, librum sumere jubet ex pluribus: βιβλίον Ἐντεῦθεν ὅ τι βούλει προςελθὼν γὰρ λάβε. Illud γὰρ tam alieno loco positum, tolli debet; fortasse sic:

ἐντεῦθεν ὅ τι βούλει προςελθών, παῖ, λάβε.

V. 6. Χοίριλος, Ὅμηρος, Ἐπίχαρμος, συγγράμματα . . . depravatus est, quippe qui spondeum

in quarta sede alat. Fortasse nomina Χοίριλος et Ἐπίχαρμος loca sua inter se permutare debent. In exitu hujus Eclogae dubito, an omnia sana sint et integra. Ad ea enim, quae Linus de *Simo* praedicaverat, Hercules non potuit respondere, illum esse *meram famem*; nec, quae sequuntur, ὅ τι βούλει λέγε cum praecedentibus satis conspirant. Herculis quaedam verba, quibus se fame laborare significasse videtur, periisse suspicor. Tum Linus videtur dixisse:

Βούλιμος ἔστ' ἄνθρωπος.

sive ἔσθ' ὤνθρωπος . . . voracitatem miratus discipuli. Hic autem magistri de se judicium nihil curans, respondet jam satis apte:

ὅ τι βούλει λέγε·
πεινῶ γάρ, εὖ τοῦτ' ἴσθι.

P. 164. F. II. 140. *Alexis* v. 4. ὁ τοῖς μαγείροις, εὐθέως ἐξ ἑωθινοῦ . . . nisi forte novissima vox τρισυλλαβῶς pronuntiari debet, εὐθέως permutandum cum εὐθύς. Hoc vocabulum haud scio an *Xenophonti* sit reddendum in Anabasi L. VI. 6. 13. εἰ οὖν οὗτος πρῶτον μὲν ἡμᾶς Βυζαντίου ἀποκλείσει, ἔπειτα δὲ ἄλλοις ἁρμοσταῖς παραγγελεῖ, εἰς τὰς πόλεις μὴ δέχεσθαι . . . ὥστε χαλεπὸν εἶναι καὶ μένειν καὶ ἀποπλεῖν. ubi si scripseris: εὐθὺς οὖν οὗτος . . . ἀποκλείσει. omnem hujus loci difficultatem videbis sublatam. Quod Cod. Eton. offert. χαλεπόν ἐστι καὶ μ. emendantis librarii esse videtur. In eodem *Xenophontis* capite §. 28. depravata sunt verba Cleandri ad militem, qui rixae auctor fuerat: ἐπεὶ τοίνυν τοιοῦτος εἶ,

κατάμενε, ἵνα καὶ περὶ σοῦ βουλευσώμεθα. In lectione Cod. Guelph. ἐπεί τοινυν τορὸς εἶ. latere videtur: ἐπεί τοι συνήγορος εἶ. *quum defensoris partes agas.* Quod contextui aptissimum.

P. 165. *B. II.* 141. In *Theopompi* fr. *Musgravius* nonnisi alterum horum versuum pro Euripideo habendum esse, recte monuit. Prior autem

Εὐριπίδου τ' ἄριστον· οὐ κακῶς ἔχον

varie tentatus mihi sic videtur corrigendus:

Εὐριπίδου τ' ἆρ' ἴστε τόδ' οὐ κακῶς ἔχον·

Syllabas, quae temere coaluerunt, solvere et distinguere saepe certissimum est corruptelarum remedium. Praeclarum est hujusmodi emendationis exemplum in fr. *Hipponactis* ap. *Stobae.* T. XCV. p. 519. 31. ubi pro γνώη σχάσοντας σῦκα τοῦ χρυσοῦ κρέσσω . . . *Grotius* egregie scripsit γνώη γ' ὅσον τὰ σ. Rectius etiam

γνώης χ' ὅσον τὰ σῦκα τοῦ χρυσοῦ κρέσσω.

Conf. Nostr. L. III. p. 78. F. cum *Schweigh.* Animadversionibus. Simile remedium adhibendum est *Menandri* fragmento ap. Eund. T. CXX. p. 608. 23.

τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν ἀστέρα, ὕδωρ, νέφη,
πῦρ· ταῦτα ἔτη κἂν ἑκατὸν βιώσεται
ὄψει παρόντα.

Tractavit h. l. *Bentleius* in Em. in Menandr. p. 64. nonnulla, ut solet, egregie corrigens, alia minus. Mihi nullum est dubium, quin poëta scripserit:

τὸν ἥλιον τὸν κοινόν, ἄστρ', ὕδωρ, νέφη,
πῦρ· ταῦτα γὰρ ἔτη κἂν ἑκατὸν βιῷς ἔτι
ὄψει παρόντα.

Adscribam hujus generis nonnulla ex latinis scriptoribus. Unum est, idque insigne ap. *Livium* L. XXXII. 21. §. 6. *nulline venit in mentem, cur, qui nondum socii sunt, plus petant, quam qui socius? Non fit hoc neque modestia Philippi, neque impudentia Romanorum. Achaei portus et dant fiduciam postulantibus et demunt.* Quum in *Achaei portus* explicando Interpretes trepident, nec quidquam expediant, *Gronovius* monuit, sensum aliud quid requirere, ut *sui exercitus* vel *suae vires.* At ejusmodi quid jejunum foret. Tu scribe sine haesitatione: *Achaei po. rtns* i. e. *Achaei populi rationes et dant fiduciam postulantibus et demunt.* Hoc et reliqua Aristaeni oratio unice flagitat. *) *Portus*

*) Vox *populus* perperam legitur ap. *Hygin.* Fab. LXI, de Salmoneo: *quum . . . faces ardentes in pôpulum mitteret et cives.* Scribe: *in polum mitteret et cives.* Similis impietatis reus, Capaneus, eodem mortis genere periit. De eo *Philostr.* I. Imagg. XXVII. p. 802. Καπανεὺς δὲ λέγεται κεραυνῷ βεβλῆσθαι, πρότερος μὲν οἶμαι κόμπῳ βαλὼν τὸν Δία. de quo loco docta prostat, sed minime necessaria conjectura *Ruhnkenii* in *Wyttenb.* Comm. ad Plut. de S. N. V. p. 6. De eodem L. II. 30. p. 854. πρὸς γὰρ τῷ μεγέθει βέβληται ὑπὸ τοῦ Διός, καὶ ἐπιτύφεται. Fortasse ἔτι τύφεται. — Ut ap. *Hyginum polum* restituimus, sic in fr. *Heracliti* ap. *Stobae.* Flor. III. p. 48. 19. (quod attigit nuper admodum *Schleyermacher im Museum der Alterthumsw.* I. 3. p. 478.) legerim: ξὺν νόῳ λέγοντας ἰσχυρίζεσθαι χρὴ τῷ ξυνῷ πάντων, ὅκωσπερ νόμῳ πόλις καὶ πόλος ἔτ' ἰσχυροτέρῳ (ἰσχυρίζεται scil.) Vulgo καὶ πόλις ἰσχυροτέρως. Obiter

iterum male legitur ap. *Valer. Flaccum* L. III. 257. *Ecce levi primos jam spargere lumine portus Orta dies; notaeque, nefas, albescere, turres.* Hic primum lego *portas*; tum junctis, quae sejuncta sunt: *En coeli primas . . . portas . . .* Sed luculentius est exemplum depravationis ex eodem fonte tollendae ap. eundem poëtam L. III. 667. *ast egomet quocunque voces, qua tegmina ferro Plura metam: tibi dicta manus.* ubi jam olim scribendum esse docui:

ast egomet quocunque voces sequar: agmina ferro plura metam; tibi dicta manus.

cui multa similia laudavi in Matthiae Misc. phil. T. I. 1. p. 75. Plura habeo hujus generis in *Valerio Flacco* emendata et aliis, quae in alium locum reservo; unum attingam locum *Dion. Chrys.* Or. XL. p. 166. ubi adversariorum ineptas spes ridet: καὶ νὴ δία ὡς ἄλλου τινὸς διαλεχθέντος μυρίους μὲν αὐτῷ συνεχώρησε βουλευτάς· χρυσίου δὲ ἐκέλευσε ποταμὸν εἰς τὴν πόλιν τραπῆναι, καὶ μυριάδες ἄπειροί τινες ἐδόθησαν· ὧν οὐδὲν ἦν ἀληθές, ὡς ἐβουλόμην ἂν ἔγωγε. Jejuna haec et subabsurda. Fortasse legendum: ὧν οὐδὲν ἦν. ἀλλ' ἡδέως ἐβουλόμην ἂν ἐγώ. *Liban.* T. IV. p. 834. ἐπῄνεσα δέ τι αὐτῶν (vulgo τε αὐτῷ), καὶ ἡδέως ἂν ἔφην, φαγεῖν.

moneo, in alio *Heracliti* fr. ap. *Galen.* Hist. Phil. IV. p. 427. ed. Basil. (v. *Schleyermacher* l. c. p. 363.) legendum videri: τῶν τεσσάρων στοιχείων κατάγματα, οἷον στοιχεῖα ἀπὸ στοιχείων ἢ ψήγματα νομίζουσιν εἶναί τινες τὸ λεγόμενον ἐλάχιστα. Vulgo στοιχ. πράγματα. quod in θραύσματα mutat novissimus Heracliteorum interpres. Sed nostrum verius est. Cf. inprimis *Valcken.* ad *Ammon.* p. 117. *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 153.

P. 165. *E. II.* 143. Ctesippus, Chabriae filius, homo nequam, saxa vendebat monimenti, quod Athenienses patri suo exstruxerant, εἰς ὃ Ἀθηναῖοι χιλίας ἀνήλωσαν δραχμάς. Lege: εἰς ὃ οἱ Ἀθηναῖοι. Versus *Diphili*, quibus illud Ctesippi flagitium narratur, passim depravatos et mutilos sic refingo:

Εἰ μὴ συνήθης Φαιδίμῳ γ᾽ ἐτύγχανεν
ὁ Χαβρίου Κτήσιππος, εἰσηγησάμην
νόμον τιν᾽ ἂν οὐκ ἄχρηστον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
ὥστ᾽ ἐπιτελεσθῆναί ποτ᾽ αὐτῷ τοῦ πατρὸς
τὸ μνῆμα, κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἕν᾽ ἐμφαγεῖν λίθον
ἁμαξιαῖον.

V. 5. vulgo legitur ἕνα λίθον, omisso infinitivo, quem sententia requirebat. Fabula *Diphili* fingitur agi illo tempore, quo Chabriae monimentum exstruebatur; sed filius jam tum saxa inde venditabat. Quare ille, qui loquitur, legem proponit, ut illi liceat, unum quotannis inde lapidem vendere, nec plura. Quod facetum est et perspicuum. Accedit *Menandri* auctoritas in fragm. proximo:

καὶ γενήσομαι
Κτήσιππος οὐκ ἄνθρωπος· ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ,
καθὼς ἐκεῖνος κατέδομαι καὶ τοὺς λίθους
ἁπαξάπαντας, οὐ γὰρ οὖν τὴν γῆν μόνην.

Recte autem me scripsisse existimo ἐμφαγεῖν λίθον, ut *Eubulus* ap. Nostr. L. IX. p. 371. F. οὐκ ἂν δυναίμην ἐμφαγεῖν ἄρτον τινά. — *Timoclis* de eodem Ctesippo versus P. 165. F. II. 144. sic fortasse scribendi sunt et distinguendi:

οὐχ ὁ Χαβρίου Κτήσιππος ἔτι τρὶς κείρεται,
ἐν ταῖς γυναιξὶ λαμπρός, οὐκ ἐν ἀνδράσι;

P. 166. *C. II.* 145. *Axionicus* de Pythodelo, homine Ctesippi simillimo N. 3. μεθύουσα δ' ἐξόπισθεν ἡ σοφωτάτη Ἀποτυμπανισχας κατὰ πόδας πορεύεται. Emendationes hujus loci a doctissimis viris propositae, hiatum efficiunt. Epitheton mulieri illi tributum ἡ σοφωτάτη satis indicat, in coruptis syllabis, quae sequuntur, artis qualiscunque latere mentionem. Unde scribendum suspicabar:

ἡ σοφωτάτη
παρατίλτρι' Ἴσχας κατὰ πόδας πορεύεται.

Nulla comes homini luxu diffluenti addi potuit aptior. Cum tali comitatu incedebat Cleomachus secundum *Cratinum* L. XIV. p. 638. F. ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας Ὁ Κλεόμαχος διδάσκαλος παρατιλτριῶν Ἔχων χορόν, Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη. Qui locus nostrae conjecturae unice favet. De arte corpora depilandi locus est insignis ap. Nostr. L. XII. p. 518. A. B. *Philostr.* Vit. Apoll. IV. 27. p. 166. λακωνικὸν δὲ οὐδὲν περὶ αὐτοὺς ἐφαίνετο, ἀλλ' ἁβρότερον Λυδῶν (sic *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. Fragm. p. 233. pro αὐτῶν.) εἶχον, καὶ Συβάριδος μεστοὶ ἦσαν· ἰδὼν δὲ ἄνδρας λείους τὰ σκέλη, λιπαροὺς τὰς κόμας, καὶ μηδὲ γενείοις χρωμένους, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐσθῆτα μαλακούς, τοιαῦτα πρὸς τοὺς Ἐφόρους ἀπέστειλεν· ὡς ἐκείνους κήρυγμα ποιήσασθαι δημοσίᾳ, τὴν δὲ πίτταν τῶν βαλανείων ἐξαιροῦντας, καὶ τὰς παρατιλτρίας ἐξελαύνοντας. Idem Vit. Sophist. I. 5. p. 536. ἐνδεδωκότα ἑαυτὸν πίττῃ καὶ παρατιλτρίαις. *Olearii* de hac voce somnia iam alii satis refutaverunt. Graviter in hanc hominum luxuriam et mollitiem invehitur *Dio Chrys.* Or. XXXIII.

p. 31. in loco pluribus vitiis inquinato; ubi primum scribendum: οὔκουν ἡμῶν ὄφελος οὐδὲν... ἀλλὰ μᾶλλον Στέντορός τινος χρεία... ὃς ἐμοῦ βοήσεται μεῖζον καὶ σαφέστερον. pro ὅστις ἐμβοήσεται. Tum legitur: εἶτα ἐξύρων μέχρι τῶν παρειῶν... πλὴν εἶχον εὐειδῆ τὰ πρόσωπα καὶ παιδικὰ παρ' ἡλικίαν, καὶ τῆς λάχνης ταύτης ἀπηλλαγμένων. Εἶτα, τοῦτο λοιπόν, ἐπὶ τὰ σκέλη καὶ τὸ στέρνον.... εἶτα μέχρι τῶν βραχιόνων, εἶτα ἐπὶ τὰ αἰδοῖα μεταβάν, ἢ καὶ τὸ ἡβᾶν δοκεῖ περιττόν. Scribe: καὶ τῆς λάχνης ταύτης ἀπηλλαγμένα· εἶτα, τοῦτο λοιπὸν ἔτι, τὰ σκέλη (ἐξύρων scil.). Apud *Lucian.* adv. Indoct. §. 23. T. VIII. p. 23. ed. Bip. λεαίνεσθαι καὶ παρατίλλεσθαι jungitur, ut recte mihi emendasse videor pro μαίνεσθαι in Anim. ad Anth. Gr. T. II. 3. p. 62. Tyrrheni τρυφερῶς διαιτώμενοι καὶ λεαινόμενοι τὰ σώματα· πάντες δὲ οἱ πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦντες βάρβαροι πιττοῦνται καὶ ξυροῦνται τὰ σώματα. *Athen.* L. XII. p. 518. A. Vir fortis et ab omni luxu et mollitie alienus ap. *Aristoph.* Lys. 278. σμικρὸν ἔχων πάνυ τριβώνιον, Πινῶν, ῥυπῶν, ἀπαράτιλτος, Ἓξ ἐτῶν ἄλουτος *).

*) Quantopere Dionysius major cultrum tonsorium timuerit, satis notum ex *Ciceron.* Tusc. Disp. L. V. 20. §. 58. Sed quod munus ibi Filiabus Dionysii commissum fuisse traditur, id *Plutarch.* in Vit. Dionis. c. 9. alii hominum generi committit, nescio cui: οὕτω γὰρ ἦν ἄπιστος... ὥστε μήτε τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας ἀφελεῖν κουρικαῖς μαχαίραις, ἀλλὰ τῶν πλαστῶν τις ἐπιφοιτῶν ἄνθρακι τὴν κόμην περιέκαιεν. Vocem depravatam πλαστῶν alii in πελαστῶν mutant, alii in πελατῶν. Perperam. Scr. τῶν παλλακῶν. *puerorum meritoriorum. Hesych.* παλλακός. ὁ ἐρώμενος. *Spanh.* ad *Callim.* H. in Dian. v. 247. p. 350.

P. 169. B. II. 156. *Anaxippus* V. 2. τυροκνῆστιν παιδικήν. Etiamnum mihi probabile videtur, quod olim conjeci:

τυροκνῆστιν, δοίδυκα.

Aristoph. Vesp. p. 937. τρυβλίον, Δοίδυκα, τυρόκνηστιν, ἐσχάραν, χύτραν. Tum V. 4. herus servum increpat, quod maxime necessaria neglexerit. Verba passim depravata sic emendaverim:

οὐ μὴ πρότερον θήσεις, θεοῖσιν ἐχθρὲ σύ,
τὸ λεβήτιον, καὶ τὸν χύτρον; — πάλιν ὑστερεῖς; —
καὶ τὴν κύβηλιν τὴν ἀγωνιστηρίαν;

pro πρότ. νεύσεις, cui verbo ν adhaesit ex praecedente vocabulo; et κἀκ τοῦ χύτρου. In membran. lectione λήτρου nihil aliud latere puto, quam χύτρου vel χύτρον.

P. 170. C. II. 161. *Alexis.* V. 1. pro vulgato τῆς ὀριγάνου Πρώτιστον ὑποτιθεὶς εἰς λοπάδα νεανικήν. Scribendum puto:

πρώτισθ' ὑποτιθεὶς εἰς λοπάδα νεανικήν.

Proximum *Eupolidis* fr. sic digere:

ἐπιφαγεῖν
μηδὲν ἄλλ' ἢ κρόμμυον βλέποντα καὶ τρεῖς ἁλμάδας.

Caesura neglecta me non moratur. Frequens haec apud Comicos negligentia.

P. 171. D. II. 162. *Antiphanis* fr. V. 2. carere possumus in fine Senarii copula θ'. Per ἀσύνδετον enim

haec longe decurrent elegantius: ὃς πλυνεῖ σκεύη, λύχνους Ἑτοιμάσει, σπονδὰς ποιήσει. — P. 171. A. II. 163. *Menandri* versus nec interpolatione eget, nec verborum transpositione. Nam haec verba, sic ut vulgo leguntur,

. . . . . Φειδωλὸς ἦν καὶ μέτριος ἀγοραστής.

jambici tetrametri exitum efficiunt longe perfectissimum. Qui sequitur versus *Aristophanis* ex Ταγηνισταῖς anapaesticus est tetrameter, et sic fortasse resarciendus:

ἄλλως ὀυψώνης διατρίβειν ἡμῖν τ'ὥριστον ἔοικεν.

pro ὡς οὐψώνης, et τὸ ἄριστον, quod non solum hiatum efficit intolerabilem, sed etiam in metrum peccat. Nam ἄριστον *prandium* primam constanter producit.

P. 173. *C. II.* 172. *Criton* in Φιλοπράγμονι. Parasitus mercatorem quendam Phoenicem bonis exuerat, ναύκληρον ἐν τῷ λιμένι ποιήσας ἄπλουν Καὶ Φορμιῶσαι ναῦς ἀναγκάσας δύο. Versum corruptissimum sic corrigi posse existimabam:

καὶ Φορτίοισι ναῦς ἅμ' ἀνακάψας δύο..

i. e. ναῦς δύο ἅμα Φορτίοις. Sic *Hermippus* in Schol. *Arist.* Av. 1550. ἐγὼ δ' ἀνέκαψα λαθὼν γε τὴν διφρηφόρον. ut vere hunc versum emendavit *Valckenarius*, verbum ἀνακάπτειν illustrans ad *Herodot.* L. II. p. 145. 49. *Anaxilas* de Phryne, notae rapacitatis scorto, L. XIII. p. 558. D. ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόῤῥω που ποιεῖ; Τὸν δὲ ναύκληρον λαβοῦσα καταπέπωκ' αὐτῷ σκάφει.

Conf. quae dicemus ad L. XIII. p. 582. E. — V. 4. notanda est correptio mediae syllabae in Πειραιῶς, cuius et aliud est exemplum in fr. *Alexidis* L. XIII. p. 562. A. πορευομένῳ δ' ἐκ Πειραιῶς ὑπὸ τῶν κακῶν. Idem fit in δείλαιος ap. *Eubulum* L. XIII. p. 559. C. *Aristoph.* Vesp. 41. 165. 202. in Ἕρμαιος ap. *Archippum* P. 227. A. *Archestatrus* L. VII. p. 306. B. εἰς ἅλμην καθαρὰν βαιὰ φύλλα καθέντα. Hinc scribe in *Apollonidae* Epigr. XVIII. Anal. T. II. p. 136. Θρηϊκίης φάτνης παλαιὸς λόγος εἰς ἐμὸν ὄμμα Ἤλυθε. ubi membr. Vat. παλεὸς exhibent; plane ut in *Niciae* Ep. VIII. Anal. T. I. p. 249. χεῖρα γὰρ εἰς ἀρεὰν παιδὸς πέσον. pro ἀραιάν, ut vulgo rectissime legitur. Cf. *Musgr.* ad *Eurip.* Electr. 497. *Porson* ad Phoen. 1302. *Böckh* ad *Platon.* Min. p. 191.

P. 173. *D. II.* 173. *Aristophanis* fr. quod, ut cl. Editor monuit, à *Brunckio* praetermissum est, tetrametris anapaesticis est conceptum, in quorum priore pes unus desideratur:

. . ἀλλ' ὦ Δελφῶν πλείστας ἀκονῶν, ὦ Φοῖβε, μαχαίρας.

Addidi ὦ ante Φοῖβε. — Verba *Achaei*, quae sequuntur, sic digerenda sunt:

τίδ' ὑποκεκρυμμένος
μένεις, σαραμβικῶν κοπίδων συνομώνυμε;

P. 178. *A. II.* 178. *Amphis.* V. 1. vereor, ut aposiopesis locum habeat. Verbum ex praecedentibus subaudiendum. Pro τε mallem γε·

ἐγὼ δὲ τὸν γίγγραν γε τὸν σοφώτατον...

Tum V. 5. in quarta sede non ferendus dactylus. Scribe:

ὃ θεάτρῳ μὲν οὐδὲ πώποτε
'δείχθη, 'ν Ἀθήνησιν δὲ κατακεχρημένον
ἐν συμποσίοις ἥδιστα· β. διὰ τί....

P. 175. *C. II.* 179. In *Sopatri* fr. recte tuetur Editor vulgatam: *λαρυγγόφωνος τύπος*, contra conjecturam nescio cujus, qui *κτύπος* malebat. Saepe sic *τύπος* facit periphrasin: *forma nablae resonantis.* Cf. *Markland.* ad *Max. Tyr.* p. 434. ed. R. — Ejusdem Poëtae fr. quod sequitur, sic emendandum esse suspicabar:

νάβλας ἐν ἄρθροις κρουμάτων οἰκεῖ μέλος·
ᾧ λωτὸς ἐν πλευροῖσιν ἄψυχος παγεὶς
ἔμπνουν ἀνίει μοῦσαν· ἐγρέτω δέ τις
τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν εὐάζων χορόν.

In nablae artubus cantus habitat musicus. In ejus latere fixa est lotus inanima, quae tamen animatum reddit sonum. Age, excitet aliquis chorum canorum voluptatis musicae. V. 1. vulgo *γραμμάτων οὐκ εὐμελής*. Vocem *κρουμάτων* fusius illustravi ad Anth. Gr. T. I. P. II. p. 253. V. 3. *ἐγρέτω* debetur *Valckenario*, sic corrigenti ad *Callim.* Eleg. fr. p. 18. — *Philemonis* versus, qui proximum locum occupant, sic sunt emendandi et digerendi:

ἔδει παρεῖναι, Παρμένων,
αὐλητρίδ' ἢ νάβλαν τιν' β. ὁ δὲ νάβλας τί δή;

pro *ὁ δὲ νάβλας τί ἐστιν;* Tum post unum versum interjectum ea, quae depravata sunt, unius vocis transpositione sanari posse puto:

οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν σῦν ἀγαθὸν σύ γε
οἶσθ', οὐδὲ σαμβυκίστριαν.

pro οὐδὲν οὖν οἶσθ' ἀγαθὸν σύ γε.

P. 176. *A. II.* 182. *Sopater.* Dubito an his verbis agatur de instrumento, quod μόναυλον vocabant. Adjectivum potius esse putaverim, verbis scilicet sic scriptis et dispositis:

καὶ τὸ μόναυλον ἤχησεν μέλος

i. e. *nullis aliis instrumentis accinentibus.* Hoc sensu haud scio an voce μόναυλος usus sit *Euripides* in Electra v. 124. ἴθι μόναυλον ἐγείρω γόον, pro τὸν αὐτόν, quod depravatum videtur.

P. 184. *D. II.* 195. Λακεδαιμονίους... πάντας αὐλεῖν μανθάνειν. De studio musices ap. Lacedaemonios inprimis florente, vide *Davisium* ad *Cicer.* Tusc. Qu. I. 2. p. 5. *Xenophon.* V. Agesil. c. 2, 15. descripta pugna ad Coroneam: τότε μὲν οὖν... συνελκυσάντων τοὺς τῶν πολεμίων νεκροὺς εἴσω φάλαγγος, ἐδειπνοποιήσαντο καὶ ἐκοιμήθησαν· πρωῒ δὲ... ἐκέλευσε... στεφανοῦσθαι πάντας τῷ θεῷ, καὶ τοὺς αὐλητὰς πάντας αὐλεῖν. ubi vitium verborum τῶν πολεμίων primus notavit *Schneiderus* ad Hellen. IV. 3. 20. Suspicor illum scripsisse: τοὺς τῶν ἀπολομένων νεκρούς. *cadavera interfectorum.*

P. 184. *E. II.* 196. *Aristophanis* versus ἐν τοῖς Δαιταλεῦσι vulgo sic scribuntur, ὅστις δ' αὐτὴν αὐλοῖς καὶ λύραις κατατέτριμμαι χρώμενος. Cl. Editor *Brunckii* lectiones admisit, fortasse nimis calide. Suspicatus sum equidem:

ὃς τέως
αἰὲν αὐλοῖς καὶ λύραισι κατατέτριμμαι χρώμενος.

qui hucusque tibiis semper et lyra usus vitam meam contrivi. τέως fortasse scriptum fuit ap. *Heliodorum* L. I. 12. p. 32. ὦ τέκνον, ἐπίσχες μικρόν, ἔλεγεν· οἴκτειρον τὸν γεννήσαντα· φεῖσαι πολιῶν, αἵ τέως σε ἀνέθρεψαν. pro αἵτε σε ἀνέθρεψαν. Ap. *Dion. Chr.* XXXIII. p. 12. 4. de Macedonibus, luxuria perditis, οἱ τέως μὲν τὰ ῥάκη περιηρτημένοι... τοὺς Ἕλληνας ἐκράτησαν. Sed hoc occupavit *Casaubonus.* Recte etiam Reiskius περιηρτημένοι. *Heliodor.* IX. 15. κοπίδα δὲ ὑπὸ τὴν πλευρὰν παρηρτημένος. Ib. p. 305. τὸν οὐρίαχον δὲ βρόχῳ πρὸς τοῖς ἱππείοις μηροῖς ἐξήρτηται. *Achill. Tat.* L. I. p. 8. Ἔρως ἤρτητο φαρετράν. *Machon* L. XIII. p. 582. C. πινακίδα καὶ γραφεῖον ἐξηρτημένον ἔχων.

Liber quintus.

P. 186. F. II. 203. Hesiodus vituperatur, quod dixerit, *vicinos maxime ad coenam vocandos esse*: τοῦτο γὰρ ὡς ἀληθῶς βρωτικῆς ἐστιν αναισθησίας συμπόσιον. Sic edd. veteres et Msc. A. quod in ἀροτικῆς mutarunt. Temere. Legendum enim procul dubio: Βοιωτικῆς ἀναισθησίας. quo Hesiodo exprobratur patria hominibus ἀναισθήτοις referta. *Demosth.* Or. de Pace. p. 60. 27. Θηβαίους... εἰ καὶ πάνυ φήσειέ τις αὐτοὺς ἀναισθήτους εἶναι. Id. Or. pro Coron. p. 240. 9. οἱ μὲν κατάπτυστοι Θετταλοί, καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι. *Dio Chr.* Or. LXIV. p. 332. 27. νῦν Βοιωτοὺς ἔδει φέρειν καὶ τὴν Θηβαίων ἀναισθησίαν. Ap. Eund. Or. X. p. 306. 21. ἀνθρώπων ἀμαθέστατοι appellantur. Quae ibi sequuntur: τοὺς μὲν οὖν ἄλλους κ. τ. λ. integerrima sunt, modo recte interpreteris. Exemplum Βοιωτικῆς ἀναισθησίας infra videbimus in fr. *Mnesimachi* L. X. p. 417. E. Caeterum ἀναισθησία tribuitur illis, qui ad pulcri et boni sensum occalluerunt. *) Quare *Hierax* ap. *Stobae.* Tit. X. p.

*) *Stobaei* Flor. IV. p. 57. 9. Στίλπων ἐρωτηθείς, τί ἰσχυρότερον ἀνδριάντος, ἄνθρωπος, εἶπεν, ἀναίσθητος. Vulgata vera esse nequit. Fortasse scribendum: τί σκληρότερον ἀνδριάντος.

133. 38. quum dixisset, injuriam illi maxime nocere, qui eam intulisset, addit: μὴ γὰρ οὕτως ἀναισθητεῖν εἰ ἦν μηδενὶ τῶν ἀνεκτῶν, εἰ δυνατὸν δὲ μηδὲ τῶν πονηρῶν.., ὥς δι' ἀναισθησίαν νομίζειν τοὺς ἀδικουμένους μᾶλλον τῶν ἀδικούντων βλάπτεσθαι. ubi scribendum: οὕτως ἀναισθητεῖν εἴη, μηδὲ... *nulli enim eorum, qui tolerabiliter boni sunt, si fieri possit, eorum, qui prorsus mali sunt, eveniat, ut tantopere ad omnem boni sensum occalleant...* Similis est sententia *Antiphontis* ap. *Stobae.* T. XX. p. 175. 18. ὅστις δὲ δράσειν μὲν οἴεται τοὺς πέλας κακῶς, πείσεσθαι δι' ἃ οὐ σωφρονεῖ. Male *Nic. Schow* πείσεται dedit. Tu scribe sine haesitatione: πείσεσθαι δ' οὔ, οὐ σωφρονεῖ. Illam sententiam, quae ex *Platone* derivata est, illustravit *Lennep.* ad *Phalar.* p. 199.

P. 177. *B. II.* 205. πολλῷ τοίνυν κάλλιον Ὅμηρος ἐποίησε, καὶ διάφορα παρατιθέμενος συμπόσια. Πάλιν γὰρ ἐξ ἀντιπαραβολῆς ὁρᾶται μᾶλλον. Alii aliter. Mihi videbatur scribendum esse: πάντα γὰρ ἐξ ἀ. ὁρᾶται μᾶλλον. Pusillum quid interest inter ΠΑΝΤΑ et ΠΑΛΙΝ.

P. 187. *C. II.* 223. τὸν μὲν ὑπὸ τῆς λυγγὸς ὀχλούμενον καὶ θεραπευόμενον ἀνακογχυλιασμοῖς ὕδατος, ἐν δὲ ταῖς ὑποθήκαις τοῦ κάρφους... παρίημι. Nihil eorum, quae Viri docti ad hunc locum sanandum attulerunt, eximie placet. Legendum, ni fallor: ὕδατος, ἢ ν ὴ δ ί α ταῖς ὑπ. Eadem medicina adhibenda videtur *Libanio* T. IV. p. 280. 8. ἄκων μὲν οὖν καὶ νὴ δία σφόδρα ἀχθόμενος τῶν λόγων ἅπτομαι. Vulgo καὶ νῦν. Ibid. p. 699. 30. τοὺς πολεμίους μισῶν, οἷς πολλάκις μεθ' ὑμῶν ἐσπείσατο, σὺν ὅπλοις ἐπελθοῦσιν

ἤλιε (marg. Morell. ἤδη) καὶ πολὺ τῶν πολιτῶν ἀναλωκόσι. scribendum videtur: ἐπελθοῦσιν ἡ δία καὶ...

P. 193. D. II. 246. οὗ τύχοι τῆς πόλεως ἀλύων. Eximia haec *Casauboni* emendatio pro αὐτῶν, in mentem mihi revocat locum *Plutarchi* T. II. p. 515. F. ὥςπερ ἐν τῷ μύθῳ τὴν Λαμίαν λέγουσιν οἴκοι μὲν ᾄδειν τυφλήν, ἐν ἀγγείῳ τινὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσαν ἀποκειμένους, ἔξω δὲ προϊοῦσαν ἐπιτίθεσθαι καὶ βλέπειν... ubi ᾄδειν non cum *Xylandro* in εὕδειν, sed, si quid video, in ἀλύειν mutandum est. *Dio Chr.* Or. VII. p. 248. οὐ σύ γε, εἶπεν, ἀλλὰ περιεπάτεις ἀλύων. *Philostr.* Vit. Apoll. VI. p. 233. ἀνδρὶ ἐντυχόντες... ἀλύοντι μᾶλλον ἢ ξυντείνοντι, ἤροντό οἱ περὶ τὸν Δάμιν, ὅςτις εἴη, καὶ ὅτῳ πλανῷτο. Verbum ᾄδειν perperam legitur ap. *Liban.* T. IV. p. 321. ἀλλά μοι σιωπᾶται μᾶλλον ἢ ταῖς ἀδούσαις ἀηδόσιν. Ad hunc locum *Reiskius*: „Si constaret, luscinias captas conticescere, suaderem ἁλούσαις legi. Sed constat captas quoque canere.“ Sic vir doctissimus, qui tot falsas conjecturas commendare conatus est, optimam et verissimam emendationem temere sprevit. Conf. modo *Aelian.* in H. A. III. 40. nec ἁλούσαις verum esse dubitabis.

P. 198. *A.* II. 263. in descriptione pompae Bacchicae: μεθ' οὓς Σιληνοὶ δύο, ἐν πορφυραῖς χλανίσι καὶ κρηπῖσι λευκαῖς. Εἶχε δ' ὁ μὲν αὐτῶν πέτασον καὶ κηρύκιον χρυσοῦν... Quum alter horum Silenorum Mercurii gestaret insignia, cui propria est χλαμύς, non χλανίς, ocyus rescribe ex membranis: ἐν πορφυραῖς χλαμύσι. Noster

L. VII. p. 289. C. de duobus servis, qui sequebantur Menecratem: ὁ μὲν Ἡρακλέους σκευὴν ἔχων... ἄλλος δέ τις ὡς Ἑρμῆς, χλαμύδ' ἔχων καὶ κηρύκειον, πρὸς δὲ τούτοις πτερά. Sic etiam ephebi Mercurii habitum imitantes cum chlamyde gestabant petasum. Vid. Anim. ad Anth. Gr. T. I. 1. p. 24.

P. 204. *C. II.* 287. de magna Ptolemaei Philopatoris nave: καθειλκύσθη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ ἐσχαρίου τινός.... ὕστερον δὲ τῶν ἀπὸ Φοινίκης τις ἐπενόησε τὴν καθολκήν. sensus videtur postulare, ut legatur: ἐπενόησεν ἑ τ έ ρ α ν καθ. eam scilicet, quae proximis verbis describitur. — De eadem nave mox E. p. 288. nulli alii simili haec leguntur: ἀλλὰ παρηλλαγμένον τε καὶ πρὸς τὴν χρείαν τοῦ ποταμοῦ τὸ βάθος. ubi si καὶ inserueris post χρείαν, nihil amplius ad integritatem desiderabis. Est breviloquentia in verbis πρὸς τὴν χρείαν, ubi subaudiri potest participium κατασκευασθέν. Nam παρηλλαγμένον nihil est aliud nisi παρηλλαγμένως ἐσκευασμένον. Nec opus est in altera enuntiatione iterum πρὸς addatur, quod semel positum vim suam etiam in altero membro exserit.

P. 206. *D. II.* 294. πᾶς δὲ ὁ τοῦ βασιλέως τοῦ Φιλαδέλφου πλοῦτος φυλαχθεὶς κατελύθη ὑπὸ τοῦ τελευταίου Πτολεμαίου, τοῦ καὶ τὸν Γαβινιακὸν συστησαμένου πόλεμον· οὐκ ἀνδρὸς γενομένου, ἀλλ' αὐλητοῦ καὶ μάγου. Novissimum vocabulum quo sensu accipi debeat, addubitabat, cl. Editor. Mihi nec *magus*, nec *magicis artibus deditus* huic loco videtur convenire. Quid enim hoc ad mollem et muliebrem regis habitum? Tu scribe emen-

datione certe probabili: ἀλλ' αὐλητοῦ καὶ μαγῳδοῦ. Similia de Ptolemaeo Philopatore *Justin.* L. XXX. 1. *adduntur instrumenta nequitiae, tympana et crepundia; nec jam Spectator rex, sed magister nequitiae, nervorum oblectamenta modulatur.* De μαγῳδοῖς vide L. XIV. p. 620. E. μαγῳδός· οὗτος δέ ἐστιν ὁ αὐτὸς τῷ λυσιῳδῷ. Hoc genus hominum, quod libidini et lasciviae inprimis favebat, apud illos principes floruisse, apparet etiam ex L. VI. p. 252. E. Ποσειδώνιος... Ἱέρακά φησι τὸν Ἀντιοχέα, πρότερον λυσιῳδοῖς ὑπαυλοῦντα, ὕστερον γενέσθαι κόλακα δεινὸν Πτολεμαίου. Eosdem homines revocandos existimo in locum *Philostrati* Vit. Apoll. IV. 20. p. 157. μειράκιον τῶν ἁβρῶν, οὕτως ἀσελγὲς νομιζόμενον, ὡς γενέσθαί ποτε καὶ μαγῳδῶν, ᾆσμα. Vulgo μαζονόμων ᾆσμα legitur, quod nemo explicare potuit. Narratio quae sequitur apud *Philostratum* de juvene a daemone quodam exagitato, levi vitio vehementer turbatur. Fertur Apollonius oculos convertisse in juvenem daemoniacum: ὁρῶντος δὲ εἰς αὐτὸ (τὸ μειράκιον) τοῦ Ἀπολλωνίου, δεδοικότως τε καὶ ὀργίλως φωνὰς ἠφίει τὸ δαιμόνιον, ὁπόσαι κλαομένων τε καὶ στρεβλουμένων εἰσίν, ἀφέξεσθαι δὲ τοῦ μειρακίου.... ὄμνυ. Nihil vidi ineptius. Nam ne reliqua tangam, quis unquam audivit tortos et ejulantes *iracundas* voces edere; aut quo modo δεδοικότως et ὀργίλως inter se conspirare possunt. Tu scribe et distingue: ὁρῶντος δὲ εἰς αὐτὸ τοῦ Ἀπολλωνίου δεδορκότως τε καὶ ὀργίλως, φωνὰς ἠφίει τὸ δαιμόνιον... dum Apollonius *acres et iracundos oculos* in illum juvenem dirigebat, daemon perterrefactus et excruciatus *flebiles miserabilesque* edebat *voces.* δεδορκότως βλέπουσα est apud *Gellium* N. A. II. 4.

cum interpretatione *luminibus oculorum acribus.* *) *Philostrat.* V. Apoll. III. 8. p. 100. de draconibus: κατωφρύωνται μᾶλλον ἢ οἱ πεδινοί· ὄμμα δὲ ὑποκάθηται τῇ ὀφρύϊ, δεινὸν καὶ ἀναιδὲς δεδορκός. Sic haec distingueuda. Paulo post lege: τὸν αὐχένα ὑπεκβαλὼν τῆς χειᾶς. pro ὑποβαλών. Frequentius obvium δεινὸν βλέπειν, ut ap. *Plutarch.* T. II. p. 412. F. τὰ δ' ἄλλα ἔξεστι τὰς ὀφρῦς κατὰ χώραν ἔχοντας φιλοσοφεῖν, καὶ ζητεῖν ἀτρέμα, (sic haec distinguenda) μὴ δεινὸν βλέποντας, μηδὲ χαλεπαίνοντας τοῖς παροῦσιν, ubi τοῖς ἀντεροῦσιν contextui fortasse aptius. Torvis aliquem oculis intueri uno vocabulo exprimitur ὑποβλέπειν, quod olim, ni fallor, lectum fuit in Vit. Apollon. III. 22. p. 112. de puero philosophiae infesto: καὶ καθεῖρκται μέν, ὑποβλέπει δέ, ὑμῶν τιθασσευόντων αὐτὸν καὶ καταψώντων. Vulgata lectio ἀποβλέπει aliena est. Conf. *Boisson.* ad *Philostr.* Her. p. 499.

P. 210. *A. II.* 308. ἄλλο ἔτι μέγεθος τὸ αὐτό. Sensum esse puto, quem indicavit cl. Editor; sed legendum, ni fallor: ἄλλο ἔτ' ἦν, μέγεθος τὸ αὐτό. *etiam aliud erat, eadem magnitudine.*

P. 215. *D. II.* 329. De Socratis virtute in pugna ad Delium praestita, praeter *Platonem* in Lach. p. 181. B. Conviv. p. 221. A. *Ciceron.* de

*) Sequentia quoque verba, ubi Apollonius dicitur daemonem σὺν ὀργῇ allocutus esse, male vulgo accipiuntur. Verba sic distinguenda: τοῦ δὲ οἷον δεσπότου πρὸς ἀνδράποδον, ποικίλον, πανοῦργόν τε καὶ ἀναιδές, καὶ τὰ τοιαῦτα ξὺν ὀργῇ λέγοντος.

Divin. I. 54. *Aelian.* V. H. III. 17. VII. 14., dixit etiam *Libanius* in Apol. Socr. T. III. p. 45. ubi legendum suspicor: τῆς ἀργίας Σωκράτους εἰλήφατε τέκμαρ, ὦ Ἀθηναῖοι, τοῦτο μὲν ἐπὶ Δηλίῳ, τοῦτο δ' αὖ ἐν Ἀμφιπόλει. Vulgo deest τέκμαρ. Tum scribe: κἂν (vulg. καί.) τῇ περὶ τὸ Δήλιον τύχῃ φεύγων μετὰ τῶν ἄλλων, μόνος ἦν τοῖς πολεμίοις κἂν τῇ φυγῇ φοβερός.

P. 220. *E. II.* 348. ἀλλὰ Σωκράτης, ὁ μετὰ τῶν Ἀσπασίας αὐλητρίδων ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων συνδιατρίβων, καὶ Πίστωνι τῷ θωρακοποιῷ διαλεγόμενος, καὶ Θεοδότην διδάσκων τὴν ἑταίραν, ὡς δεῖ τοὺς ἐραστὰς ἀπολαύειν. Verbum ἀπολαύειν semper requirit genitivum rei, unde fructus capitur; ipsius fructus conditio interdum per accusativum significatur *). Quare hoc loco si verbo ἀπολαύειν usus esset Auctor, τῶν ἐραστῶν adjecisset. At aliud quid latet. Scribe sine haesitatione: ὡς δεῖ τοὺς ἐραστὰς παλεύειν. *Hesych.* παλεύεται. θηρεύεται. ἀγρεύεται. Παλεύσας. τὰ αὐτά. καὶ ὑπαγαγόμενος παρανόμον γάμον παλεύσας· μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν περιστερῶν· λέγονται γὰρ παλεύτριαι αὗται, αἳ ἐξαπατῶσαι, καὶ ὑπάγουσαι πρὸς ἑαυτά, ἤγουν ἐνεδρεύουσαι. *Aristophanis* Aves v. 1183. et 1187. sensu proprio utitur, quem etiam illustravit *Andr.*

*) Sic *Aristoph.* Plut. 236. ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε. *Dio Chr.* Or. X. p. 301. 30. ἢ ὅςτις οὐκ ἐστὶν ἔμπειρος ἵππου χρήσεως, δοκεῖ σοι οὗτος χρῆσθαι ἂν ἵπποις; οὐκ ἔγωγε· εἰ δ' αὖ βιάζοιτο, κακόν ἄν τι ἀπολαῦσαι πρότερον ἢ ἀγαθόν; ubi *Reiskius* sine dubio οὐκ ἔμοιγε legendum censens sine dubio fallitur. Ponitur nominativus, quasi praecessisset νομίζεις, ἡγῇ, vel simile quid. Talia passim ap. Platonem reperiuntur et alios.

Schottus ad Proverb. Vat. Cod. II. 4. p. 280. Passim etiam in alium sensum transfertur, ut ap. Nostr. L. XIII. p. 568. E. meretrices vocantur φειδωλοὶ κερμάτων παλεύτριαι. *Plutarch.* T. II. p. 52. B. ὁ κόλαξ αὐτὸς ἑτέρους ἐπάγεται καὶ παλεύει, μιμούμενος οὐχ ὁμοίως ἅπαντας. Id. p. 638. D. ἡ γὰρ πάλη μοι δοκεῖ τῷ παλεύειν, ὅπερ ἐστὶ δι' ἀπάτης καὶ δόλου καταβάλλειν κεκλῆσθαι. Conf. *Intrpp.* ad *Hesych.* in Ἀφροδισία ἄγρα. Illud autem vocabulum unice respondet ei, quo Socrates utitur in illo colloquio cum Theodota in *Xenoph.* Mem. III. 11. 6 — 10. θηρᾶν et θήρατρα ὑφαίνειν... et ipsi scribentis consilio, qui sapientissimi viri dicta factaque in contemtum adducere conabatur. Verbum ἀπολαύειν cum accusativo rei conjunctum reperiebatur olim etiam in *Xenoph.* Conviv. III. 3. p. 169. ἐγὼ μὲν τοίνυν, ἔφη, ἥδιστ' ἂν ἀπολαύοιμι παρὰ Καλλίου τὴν ὑπόσχεσιν. nunc *Schneiderus*, Vir cl. ἀπολάβοιμι in textu posuit. Aliud etiam hujus constructionis exemplum eripiemus accusativi defensoribus ad L. VI. p. 227. F. — Apud *Xenophont.* de Rep. Laced. II. 5. σῖτόν γε μὴν ἔταξε τοσοῦτον ἔχοντα συμβουλεύειν τὸν ἀῤῥένα, ὡς ὑπὸ πλησμονῆς μὲν μή ποτε βαρύνεσθαι, τοῦ δὲ ἐνδεεστέρως διάγειν μὴ ἀπείρως ἔχειν. *Weiskius* tentabat ἔχοντα ἀπολαύειν. Mihi scribendum videtur: τοσοῦτον ἔχοντα συμβάλλειν. *tantum cibi unumquemque afferre secum et ad coenam conferre jussit...* Levi negotio emendabitur *Liban.* T. IV. p. 22. 11. καλῶν γ' ἂν εἴην ἀπολαύσων ξενίων. Vulgo ἀπολαύειν. In Cod. August. ἀπολαύων.

P. 220. F. II. 349. ἐπιλείποι δ' ἄν με πᾶς χρόνος. Epitome omisso πᾶς habet ὁ χρόνος.

Tu scribe, utraque lectione juncta ὁ πᾶς χρόνος. Sic veteres loquuntur. V. *Wyttenb.* Bibl. crit. III. 2. p. 45. *Boissonade* ad *Philostr.* Her. p. 440. At sic jam nuper admodum emendavit *Schaefer* ad *Dion. Halic.* p. 68. Tale quid fortasse latet in depravatis verbis *Dionis Chr.* Or. XVII. p. 469. 46. ubi hoc saltem mihi videor intelligere, legendum esse: σκοπεῖν δ'ἐστὶ τὴν ἰσχύν, ἣν οἱ πλεῖστοι τῶν ἀγαθῶν εἶναι νομίζουσιν.... pro ὅτι τὴν ἰσχὺν οἱ πλ. — Mox ap. Nostrum in *Parmenionis* Scazontibus V. 1. legerim ὦ 'νὴρ γὰρ ἕλκων οἶνον... pro ἀνήρ· — Quae praecedunt verba σφοδροῖς κατηντλῆσθαι λόγοις, quae illustravit *Heindorf.* ad *Platon.* T. I. p. 6. *Heusde* in Spec. crit. p. 126. sq. in mentem revocant locum *Libanii* T. IV. p. 850. 12. κατέχωσεν ὁ πατὴρ βλασφημίαις τὸν υἱόν· ἐπέκλησε φωναῖς ῥητόρων γεγυμνασμένων τὸν οὐδὲ οἷ γῆς εἱστήκει καλῶς εἰδότα. Lege ἐπέκλυσε.

Liber sextus.

P. 223. B. *II.* 357. In fr. *Diphili* V. 5. lege ἔστιν λέγειν. — Mox P. 223. E. II. 359. versum *Alexidis* hypermetrum: α. ἀπόλαβε β. τουτὶ δ᾽ ἔστι τί; α. ὃ παρ᾽ ὑμῶν ἐγὼ Παιδάριον ἔλαβον... sic suspicabar refingendum:

α. ἀπόλαβε τουτί· β. τί δ᾽ ἔστιν; α. ὃ παρ᾽ ὑμῶν ἐγὼ
παιδάριον ἔλαβον....

P. 224. F. *II.* 363. In *Alexidis* V. 1. τοὺς μὲν στρατηγοὺς τὰς ὀφρῦς ἐπὰν ἴδω.. vacillanti metro sic fortasse occurras:

τοὺς μὲν στρατηγοὺς τάς γ᾽ ὀφρῦς ἐπὰν ἐςίδω...

quo composito frequenter utuntur pro simplici. V. ad P. 107. B. —. Et sic iterum V. 6. fuisse puto ἐπὰν ἐςίδω κάτω βλέποντας. pro ἐπὰν ἴδω. V. 9. Scr. φησίν. pro φησί. ut mox etiam ap. *Diphilum*: τοὺς Ἀθήνησιν μόνους. ubi vulgo ν omisso versus claudicat. Apud Eundem V. 6. male distinguitur post μέν· nam πρῶτον arcte cum praecedentibus cohaeret. V. 9. scr. ἐὰν ἐρωτήσῃς, aut ἢν ἐρ. pro ἄν. et iterum V. 11. ἔπειτ᾽ ἐὰν τἀργύριον... ubi Codd. habent ἔπειτ᾽ ἂν τἀργ. Item ap. *Menandr.* in *Stob.* Flor. T. XCVI. p. 527. 52. λυπούμεθ᾽ ἂν πτάρῃ τις, ἐὰν εἴπῃ κακῶς

᾿Οργιζόμεθα, pro ἂν εἴπῃ· — V. 14. κατ᾿ ἀμφότερα δὲ τὴν καταλλαγὴν ἔχει. Melius, si quid video, clauderetur oratio, si legeretur:

κατ᾿ ἀμφότερ᾿ ὧδε τὴν καταλλαγὴν ἔχειν.

sic igitur ab utraque parte lucratur aliquid. Adverbium ὧδε restituo *Libanio* T. IV. p. 382. 20. καὶ γὰρ ἐκείνων τὰς ἀταξίας, ὁ ἱππεύων πρῶτον μὲν πειρᾶται φωνῇ κατασχεῖν, ἔπειτα μάστιγι· τούτων δὲ οὐκ ἀποχρώντων, τῷ χαλινῷ τὴν γνάθον καθήμαξεν, ὅδ᾿ ἐσωφρόνησε. Lege: καθήμαξε καὶ ὧδ᾿ ἐσωφρόνησε.

P. 225. *D. II.* 366. Causa legis, quam *Xenarchus* V. 6. commemorat, nulla alia esse potuit, nisi ut piscatores celerius et viliori pretio vendere cogerentur. V. 13. ἔκειτο μετὰ τῶν ἰχθύων· βοᾷ δέ τις ὕδωρ· ὁ δ᾿εὐθὺς ἐξάρας πρόχουν Τῶν ὁμοτέχνων τις.... Mutilum hunc et corruptum locum lenissima mutatione sic fere resarcies:

ἔκειτο μετὰ τῶν ἰχθύων· βοᾷ δέ τις
ὕδωρ, ὕδωρ δότ᾿· εὐθὺς ἐξάρας πρόχουν
τῶν ὁμοτέχνων τις...

Sic una voce repetita, quod non sine vi quadam fieri apparet, et importuno illo ὁδ᾿ in δότ᾿ mutato, totus hic locus, variis conjecturis frustra vexatus, ita restitutus est, ut aliud remedium nemo facile circumspecturus sit. Sic *Theocr.* Eid. XV. 28. κίνευ δή, φέρε θᾶσσον ὕδωρ, ὕδατος πρότερον δεῖ· Ἁ δ᾿ ὡς νᾶμα φέρει· δὸς ὅμως. *Aristoph.* Thesm. 241. οἴμοι, τάλας, ὕδωρ, ὕδωρ, ὦ γείτονες. Quam saepe acciderit, ut librarii vocabulum, bis scribendum, nonnisi semel ponerent, et alii

passim monuerunt, et ante hos paucos annos cl. *Eichstaedt*, qui in Novis Actis Soc. lat. Jenensis Vol. I. plura veterum loca ex hac observatione feliciter emendavit. Quaedam hujus generis et nos, hac opportunitate oblata, proferamus. In loco *Livii* L. XXXI. 7. *ne aequaveritis Hannibali Philippum, ne Carthaginiensibus Macedonas; Pyrrho certe aequabitis: dico, quantum vel vir viro, vel gens genti praestat.* vitium omnes agnoscunt, sed veram ejus tollendi rationem non viderunt. Scribendum vero: *Pyrrho certe aequabitis. Aequabitis dico? Quantum vel vir viro, vel gens genti praestat!* Sic solet ille. L. XXI. 44. *in Africam transscendes. Transscendes autem dico? duos consules hujus anni, unum in Africam, alterum in Hispaniam miserunt.* — Eusebius ap. *Stobae.* T. XVI. p. 154. 30. φειδώ τοι καὶ λιμὸς χρηστή, ἐν καιρῷ δὲ δαπάνη· γινώσκειν δὲ ἀγαθοῦ. vix dicere potuit, *famem per se bonam esse*; sed dixisse videtur: φειδώ τοι καὶ λιμὸς χρηστοὶ ἐν καιρῷ, ἐν καιρῷ δὲ καὶ δαπάνη. In eodem Florileg. T. XCV. p. 524. *Teles* non videtur scripsisse: εἶτα ἀναγκάζονται· πολλὰ γὰρ βούλονται, sed potius: εἶτα ἀναγκάζονται πολλά, πολλὰ γὰρ β. *multa facere coguntur inviti, propterea quod multa cupiunt.* Verbum ἀναγκάζεσθαι cum accusativo illustravit *Heindorf.* ad *Platon.* T. I. p. 235. — In *Philostr.* V. *Apollon.* L. II. 21. p. 72. quum Poro nuntiatum esset, ὅτι Δαρεῖον ᾕρηκε (Alexander)· βασιλέα, ἔφη, ἄνδρα δὲ οὔ. scribendum, ni fallor: ὅτι Δαρεῖον ᾕρηκε βασιλέα· βασιλέα, ἔφη, ἄνδρα δὲ οὔ. — In *Dion. Chrys.* Or. XXXI. p. 627. 47. ἤδη τοίνυν ἤκουσα καὶ τοιοῦτόν τινος ἀποσχεδιάζοντος, ὅτι καὶ παρ' ἑτέροις ἰδεῖν ἔστι τοῦτο γιγνόμενον· πάλιν δὲ ἑτέρου, ὡς καὶ παρ' Ἀθηναίοις πολλὰ πράττεται νῦν, οἷς οὐκ ἀπεικό-

τως ἄν τις ἐπιπλήξειεν. idem fere remedium adhibendum esse, acute vidit *Reiskius*, sed plura mutavit quam opus esset. Nam lenissima ratione corrigendum videtur: πάλιν δὲ ἑτέρου, ὡς καὶ παρ' Ἀθηναίοις· καὶ π α ρ' Ἀ θ η ν α ί ο ι ς πολλὰ πράττεται... ubi novissima haec verba *Dionis* sunt ἐν ἤθει respondentis, et adversarium, iisdem verbis iteratis, non sine gravitate quadam, refellere instituit. Simili fere ratione ap. *Eundem* Or. XLV. p. 208. 16. καὶ πρὸς ἐνίους οὐδὲ δικῶν μοι δεῖν; ἀλλὰ μᾶλλον εἰπεῖν. scripserim, ne infinitivi pendeant: οὐδὲ δικῶν δ ι κ α ι ῶ ν μοι δεῖν... *quum existimarem, mihi contra aliquos forensi disceptatione opus non esse.* Verbum δικαιοῦν, sequente infinitivo, illustravit *Valcken.* ad *Callim.* Eleg. fr. p. 133. sq. Sed hoc jam ex alio est corruptelarum genere. *)

Apud *Libanium* autem Tom III. p. 48. 4. de Alcibiade: σκοπεῖτε δέ· δοῦναι λόγον ἦλθεν· οἱ

*) Similium syllabarum vicinitatem saepissime corruptelas peperisse, supra illustribus quibusdam exemplis docuimus. Etiam h. l. nonulla sese offerunt ap. *Libanium.* quae adscribere liceat. T. IV. p. 247. 27. καὶ ἀποκρινεῖται (vulg. ἀποκρινεῖτε) πρέσβεσι θορυβῶν ὁμοῦ καὶ δακρύων· οὐκ ἐκδίδομεν Δημοσθένην· οὔπω πεπτώκαμεν. οὔπω τοσοῦτον οὐδὲν πεπόνθαμεν. Puto fuisse: ο ὔ π ω ο ὔ τ ω πεπτώκ. Ap. *Eund.* T. IV. p. 321. 22. latinismum sibi deprehendisse videbatur *Reiskius* in verbis: φοβοῦμαι μὴ λέγων ἁμάρτω ἤ τι θρασύτερον ἐξέλθῃ με δημηγοροῦντα. cujus suspicio in *Libanii* elegantiam non cadit. Lege: ἤ τι θρασύτερον ἐ ξ ε λ θ ὸ ν λ ά θ ῃ με. ubi similitudo Syllabarum λθ et λαθ errorem peperisse videtur.

δ' ἐκέλευον πλεῖν ἐπὶ τὸν Ἰόνιον· οἱ δὲ τὸν δῆμον ἐρέθιζον· προςῆγε τὴν νῆσον· οἱ δ' ἐκάλουν εἰς ὄλεθρον. Lacunam, quam recte animadvertit *Reiskius*, sic facillime impleveris: οἱ δ' ἐκέλευον πλεῖν· πλεῖ ἐπὶ τὸν Ἰόνιον (πόντον sc.). De Eodem T. IV. p. 197. 16. ὑπὲρ τὸν Αἰγαῖον πόντον, ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον, Ἀλκιβιάδης στόλον ἐξαγαγέτω, ἐπὶ τὴν ἑσπέραν. ubi scribendum videtur: ἐπὶ τὴν ἕω, ἐπὶ τὴν ἑσπέραν. Apud *Eund.* T. IV. p. 106. 19. μὴ γάρ μοι τὸν Κάλχαντα· πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον· μάντις δὲ βαρβάροις Ἀλέξανδρος ὑπῆρχε καταφανής, τὸν πόλεμον εἰς Ἴλιον ἐνεγκών. Pro μάντις Cod. Aug. habet μάντεσι, quod vitium hujus loci non tollit. Fortasse scribendum: πολλοὶ τῆς ἀληθείας διήμαρτον μάντεις· μάντις δὲ βαρβ. Iterum ap. *Libanium* T. IV. p. 158. 16. parasitus, quale post mortem sponte petitam monimentum sibi dicari velit, exponit: γράφετε δ' αὐτόθι συμπότας, καὶ δεῖπνα, καὶ συγκατακείμενον ἐμέ μὴ κἀκεῖ δυστυχοῦντα. Μή μοι τὸν ἵππον ἡκέτω τις φέρων, μηδὲ παρέστω τῷ μνήματι· μηδ' ἐποχούμενον αὐτῷ γραφέτω μηδείς· ἀπολεῖ γάρ με κἀκεῖ· φεύξεταί με λαβὼν ἄσιτον. *Reiskius* a sensu hujus loci vehementer aberravit. Agitur de equo, qui cum parasito ad coenam properante aufugiens, cum speratis epulis privaverat. Quare si ille monumento adjectus fuerit, festive timet, ne se iterum fuga decipiat. In hunc sensum corrige: ἀπολεῖ γάρ με κἀκεῖ· κἀκεῖ φεύξεταί με λαβὼν ἄσιτον. — Ibid. T. IV. p. 217. 14. εἰ γὰρ καὶ μὴ ζῆν ἔξεστι ὁπωσοῦν, τὸ τοῦ θανάτου καταλείπεταί μοι μόνον. Scribe εἰ γὰρ καὶ ζῆν καὶ μὴ ζῆν ἔξεστι. Unum adjiciam *Lysiae* locum Or. VII. p. 142. 11. ὃς εἰ μὲν παρέσχετο μάρτυρας, τούτοις ἂν ἠξίου πιστεύειν· ἐπειδὴ

δὲ οὐκ εἰσὶν αὐτῷ, ἐμοὶ καὶ ταύτην τὴν ζημίαν οἴεται γενέσθαι· καὶ τοῦτο μὲν οὐ θαυμάζω· οὐ γὰρ δήπου συκοφαντῶν ἄλλα, τοιούτων γε λόγων ἀπορήσει καὶ μαρτύρων. Vide de h. l. *Reiskium*, qui quid res postularet, acute vidit, quid reponendum esset, non vidit. Scribo: οὐ γὰρ δήπου συκοφαντῶν πολλά, τοιούτων γε λόγων ἀ π ο ρ ή σ ε ι, ἀπορήσας μαρτύρων.

P. 226. *A. II.* 368. *Alexis* V. 3. λαμβάνοντες βασιλικοὺς φόρους· μονονουχὶ δεκατεύουσι γὰρ τὰς οὐσίας. Huic loco, a librariis male affecto, Editores nova vulnera inflixerunt. Leni mutatione correxerim:

λαμβάνοντες βασιλικοὺς
φόρους· μόνοι γὰρ οὐχὶ δεκατεύουσι δὴ
τὰς οὐσίας...,

μόνοι est *eximie*, qui usus est inprimis elegans. Cave igitur sollicites vulgatam ap. *Heliodor* L. V. 2. οἵ μοι δουλεύεις, τὸ μόνον ἐλεύθερον καὶ ἀδούλωτον, πλὴν ἔρωτος, φρόνημα. VII. 25. ὁ τὸν αὐχένα ἄκαμπτος καὶ μόνος ἐλεύθερος. *Aristoph.* Lysistr. 145. ὦ φιλτάτη σύ, καὶ μόνη τούτων γυνή. De Alcibiade *Xenophon.* Hist. Gr. I. 4. 13. καὶ μόνος ἀπελογήθη ὡς οὐ δικαίως φύγοι. *et eximie se purgaverat.* Ap. *Liban.* T. IV. p. 220. 25. ubi parasitus suas artes describit: πάντα ἐπαινεῖν, πάντα θαυμάζειν, πάντα τῷ τροφίμῳ χαρίζεσθαι·... τοὺς τρέφοντας ἡδοναῖς θεραπεύειν· μόνος ὄρθρος ἦν, ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν τρόφιμον ἔσπευδον... omnia sunt sincera, modo recte distinguas: θεραπεύειν μόνος· ὄρθρος ἦν, ἐγὼ δὲ.,. In proximo *Alexidis* fragm. V. 2. Ἀριστονίκου· τίθησι γὰρ νυνὶ νόμον.. graviter laborat et a metro, et

sermone, qui *τίθεται* postulat. At hoc ipsum verbum, quod cl. Editor in textu posuit, metrum jugulat. Quare aliud remedium circumspiciendum est. — Tum in eo, quod sequitur ejusdem poëtae fr. V. 5. *νόμον τινὰ Χρυσοῦν· τὸ μὴ πωλεῖν ἔτι καθημένους Τοὺς ἰχθυοπώλας.* metro labanti verborum transpositione succurre:

τὸ μὴ πωλεῖν καθημένους ἔτι.

P. 226. E. II. 371. in *Antiphanis* fr. ubi piscarii turpissimis annumerantur hominibus, V. 10. mutilus est: *μετά τούς γε τραπεζίτας· ἔθνος...* Quod cl. Editor ad lacunam implendam attulit *νὴ δία,* fortasse probari debet. Nec tamen inepte legeris:

εἰ μή, νὴ Δία,
τοὺς ἰχθυοπώλας τίς γε βούλεται λέγειν
μιαρωτάτους· μετὰ τούς γε τραπεζίτας·

Hoc et contextui aptum, et *μιαρωτάτους* ab oscitante librario ante *μετὰ τοὺς* facile praeteriri potuit. — In fr. *Diphili* V. 5 *ὅμως δὲ τούτων εἴ με προσγελάσειέ τις, Ἐδίδουν στενάξας ὁπόσον αἰτήσειέ με.* Sensus horum verborum nequit esse is, quem latina versio dedit, *piscarius si arrisisset mihi;* sed de piscibus agitur. Quare haud scio an legendum sit

εἴ με προσγελάσειέ τι

si quid eorum mihi arrisisset, dabam, quantum piscarius poposcisset, licet ingemiscens. — In proximo *Alexidis* fr. V. 2. sensum requirere existimo, ut articulo addito legatur:

ἀεὶ δὲ καὶ ζῶντ' ἐστὶ καὶ τεθνηκότα
τἂν τῇ θαλάττῃ πολέμι' ἡμῖν θηρία.

pro ἐν τῇ θ. — *Archippi* autem Ecloga, quae sequitur, sic fortasse emendari debet:

Αἰγύπτιος μιαρώτατος τῶν ἰχθύων
κάπηλος Ἕρμαιος, ὃς βίᾳ ῥίνας δέρων
γαλέους τε πωλεῖ, καὶ λάβρακος ἔντερα,
ὅπως λέγουσιν ἡμίν·

V. 2. transposui verba ῥίνας βίᾳ, ne spondeus quartam sedem occupet. In Ἕρμαιος media corripitur, cujus licentiae exempla laudavimus ad P. 173. C. V. 3. vulgo habetur καὶ λάβρακας ἐντέρων ὡς λ. ἡμῖν. In Cod. ἐντερεύων. quod ex ἔντερα nasci potuit; nam α, ευ, ου passim confunduntur. *Liban.* in Declam. Avari T. IV. p. 832. 10. κἂν εἰς ἀγρὸν ἔλθοι τις ἐμόν, οὐ δένδρα ὄψεται μακρὰ καὶ εὔκαρπα στοιχηδὸν ἑστῶτα, τὸν ἥλιον ἀποκλείοντα τοῖς βαδίζουσιν. Scribe: καὶ ἄκαρπα. Ap. Eund. T. III. p. 22. 24. πῶς οὖν οὐ δεινόν, τοῖς μὲν πάλαι τῶν ποιητῶν αὐτῶν λεγόντων ἀκηκοότων ἐξεῖναί τι καὶ ἐπιτιμῆσαι· τῶν δ' ὕστερον τοὺς οὐ χρηστὸν παρ' ἐκείνοις ὁρῶντας ἢ σιγᾶν ἢ ἀπολωλέναι. corrigendum videtur τοὺς ἄχρηστον τι..*) In *Xenophontis*

*) Agitur hoc loco de judicio, quod Socrates de Hesiodo tulerit. De eadem re alius est locus p. 21. 14. sic, ni fallor, scribendus et distinguendus: Ἡσιόδου, φησίν, ἔπη καὶ Θεόγνιδος, καὶ Ὁμήρου, καὶ τῶν Πινδάρου μελῶν (τοὺς δὲ ποιητὰς τούτους καὶ δόξης καὶ τιμῶν τετυχηκέναι παρά τε τοῖς ἄλλοις καὶ ἡμῖν φησι) τού τῶν ἀνδρῶν ἐπιλαμβάνεται, τῶν εἰρημένων οὐκ ὀλίγα δεικνὺς (Vulg. δείκνυσι) πονηρῶς ἔχοντα.

Oecon. II. 16. pro ἐγὼ τοίνυν σοι δείξω, ὦ Κριτόβουλε, ὅσα νῦν λιπαρεῖς παρ' ἐμοῦ μανθάνειν, πολὺ ἄλλους δεινοτέρους ἐμοῦ τοὺς περὶ ταῦτα. legendum videtur, δεινοτέρους ἐμαυτοῦ· In Ejusdem Conviv. VI. 8. Syracusanus homo, ut Socratem pungat, scommata illa iterat, quae Aristophanes in illum fuerat jaculatus; inter quae etiam hoc est: ἀλλ' εἰπέ μοι πόσους ψύλλα πόδας ἐμοῦ ἀπέχει; qua interrogatione nihil fieri potuit ineptius. Nemo tamen in ea haesit praeter *Wielandium* et *Schneiderum*, quos vide. Scribendum fortasse: πόσους ψύλλου πόδας ἐμοῦ ἀπέχεις; *quot pulicis pedes a me absis.* Hoc unice conspirat cum *Aristophanis* loco in Nub. 147. quem ille respicit. Dicitur autem et ψύλλα et ψύλλος. — In Lysiae Or. de Mil. p. 161. 4. εἰ μέντοι ὑμᾶς οἴονται δι' εὔνοιαν ὑπὸ τῶν διαβολῶν πεισθέντας καταψηφιεῖσθαί μου. amplectenda fortasse emendatio *Reiskii* δι' ἄνοιαν; nisi ille εὐήθειαν scripsit, quod nec ipsum a vulgata multum abest, si quanta sit literarum ν et η similitudo reputes. Est autem ἡ εὐήθεια *simplex quaedam facilitas*, quae sibi quidquid persuaderi patitur, docente *Wesselingio* ad *Herodot.* p. 269. *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 132. *Boissonade* ad *Philostr.* Her. p. 338. Hoc, ni fallor, oratoris sententiae aptissimum.

P. 227. *C. II.* 373. *Anaxandridis* fr. V. 5. ἐπί τινα δ' ἄλλην τέχνην, ὦ χρηστὲ σύ, τὰ στόματα τῶν νεωτέρων κατακάεται; Ἢ θεσμός ἐστι δακτύλων τοιοῦτος; ἢ πνιγμός, ἐὰν μὴ ταχὺ δύνηται καταπιεῖν. Sic haec in membranis extare dicuntur. Facili negotio correxerim:

ἐπὶ τίνα δ' ἄλλην τῷ ς τέχνην, ὦ χρηστὲ σύ,
τὰ στόματα τῶν νεωτέρων κατακάεται;

ἢ ὠθισμός ἐστι δακτύλων τοιοῦτος αὖ;
ἢ πνιγμός, ἐὰν μὴ ταχὺ δύνηται καταπιεῖν.

πῶς sive οὕτως ad sensum implendum requirebatur. Adverbio πῶς (sic scripsi *Hermannum* secutus de Emend. Rat. Gr. p. 113.) utitur scena attica, ut *Aesch.* VII. c. Th. 490. 643. Suppl. 69. 694. — Mox V. 14. ἐάν τις ἀφέλῃ τὴν τέχνην Τῶν ἁλιέων· ἥδε γὰρ δαμάζεται... versum justo breviorem sic impleverim

τὴν τέχνην
τὴν τῶν ἁλιέων.

Paulo post quum idem docuisset, ad delicatos pueros captandos nihil piscibus reperiri posse efficacius, addit V. 17 ἄγουσ' ὑπ' αὐτὰ τὰ σώματ' ἀρίστου πύλας Ἀσύμβολον κλίειν τ' ἀναγκάζει φύσιν. quorum versuum, in quibus obscoenum quid latere nemo non intelligit, emendationem probabilem nondum vidi. Ut breves simus, Comicus nobis videtur scripsisse:

ἄγουσί τ' αὖ τὰ σώματ' ἐπ' Εὐρύτου πύλας.

Parum interest in Codd. inter. εὐρύτου et ἀρίστου. Circumscribitur autem verbis Εὐρύτου πύλαι pro Comicorum festivitate ἡ πυγή, ita ut ἡ εὐρυπρωκτία spectetur Sic lusit in *Eurotae* nomine *Rufinus* Ep. VI. τὸν ὑπεροιδαίνοντα κατέσκεπε πεπταμένῃ χεὶρ Οὐχ ὅλον Εὐρώταν, ἀλλ' ὅσον ἠδύνατο. et alii similiter, quorum lusus attigimus ad Anth. Gr. T. II. P. II. p. 287. sq. T. II. P. III. p. 121. Ad nostram vero conjecturam plurimum facit lusus Diogenis Cynici ap. *Diogen.-Laërt.* VI. 59 p. 343. Εὐμόρφῳ μειρακίῳ ἀπιόντι εἰς συμπόσιον, ἔφη, Χείρων ἐπανήξεις· τοῦ δὲ ἀπελθόντος τῇ ἑξῆς

καὶ εἰπόντος, καὶ ἀπῆλθον καὶ χείρων οὐκ ἐγενόμην, ἔφη· Χείρων μὲν οὔ, ἀλλ' Εὐρυτίων, *non Chiron sed Eurytion* i. e. laxior. Vid. *Menag.* p. 248. Nomina propria cum hominum, tum locorum, depravationi magis etiam, quam alia vocabula, fuere obnoxia. Ap. *Plutarch.* Vit. Pelop. c. XII. ἀφαιροῦντες ἀπὸ τῶν στοῶν τὰ περικείμενα σκῦλα καὶ τὰ περὶ τὴν ΟΙΚΙΑΝ ἐργαστηρία δορυξόων καὶ μαχαιροποιῶν ἀναῤῥηγνῦντες. ubi vitium agnoscit *Schneiderus* ad *Xenoph.* Hell. V. 4. p. 306. *Reiskii* ἀγορὰν non satisfacit. Scribendum videtur περὶ τὴν ῎ΟΓΚΑΝ. *circa templum Minervae*, quae sub ῎Ογκας nomine colebatur ap. Thebanos. Cf. inprimis *Heyn.* ad *Apollodor.* T. II. p. 224. ἄνασσ' ῎Ογκα est ap. *Aesch.* VII. c. Th. 170. πύλας ῎Ογκας 'Αθάνας. Ib. v. 492. Plura dedit *Valcken.* ad Schol. ad Phoen. p. 725. *Interpp. Hesych.* T. II. p. 714. 5. et 10. — In *Luciani* Dial. Mar. XI. 2. T. II. p. 115. ed. Bip. de Vulcano in Xanthum irruente: πᾶν ὅσον, οἶμαι, πῦρ εἶχε καὶ ὅσον ἐν τῇ Αἴτνῃ καὶ εἴποθι ἄλλοθι, φέρων ἐπῆλθέ μοι. mutila esse verba in oculos incurrit. Melius Codd. Parisini: ὅσον ἐν τῇ καμίνῳ πῦρ εἶχε. At in Aetna quoque Vulcani caminus erat; unde antithesin claudicare apparet. Scribendum existimabam: πᾶν ὅσον, οἶμαι, ἐν τῇ ΛΗΜΝΩι πῦρ εἶχε. — In Declam. Patrocli ap. *Liban.* T. IV. p. 101. 7. perperam legitur: ἠγωνισμένων δὲ δυστυχῶς, καὶ τῆς μὲν πολλῆς στρατιᾶς ἐνταῦθα κειμένης, τῆς δὲ λοιπῆς ἀπρεπῶς ἀπιούσης, εἴ τις ἄρα περισωθείη, πᾶσα τοῖς ἐναντίοις λύεται ταραχή. Scribe: εἰ Τ ρ ο ί α περισ. *Si Graeci domi mansissent, Trojani nunquam a poenae metu vacassent. At si, tanta exercitus parte interfecta, reliquis autem turpitur abeuntibus, Troja servabitur, jam omnis Trojanorum metus*

tolletur. — Quum Gades venisset nuntius, Neronem Olympiae vicisse ap. *Philostr.* Vit. Apoll. V. 8. p. 194. τὰ μὲν Γάδειρα ξυνίει τῆς νίκης, καὶ ὅτι ἐν Ἀρκαδίᾳ τις εἴη ἀγὼν εὐδόκιμος. Ne certamen Olympicum in Arcadia celebratum esse dicatur, *Olearius* ἐν Ὀλυμπίᾳ scripsit. Sed hoc jam nimium est. Tu lege minore mutatione ἐν Ἀχαΐᾳ. Sic enim tum temporis universa Graecia appellabatur, praeter Macedoniam. — Locus est memorabilis de Aspasia in *Schol.* ad *Platon.* quae *Siebenkees* edidit p. 44. ubi inter alia recensentur nomina, quibus Comici illam appellaverint: Κρατῖνος δὲ ἐν Ὀμφάλῃ Τύραννον αὐτὴν καλεῖ, Χειρὼν Εὔπολις ἐν Φίλοις. In Χειρὼν prior pars nominis periit, altera nonnihil depravata est. Scribendum enim: ΔηϊάΝΕΙΡΑΝ. quod verum esse apparet ex *Plutarchi* V. Pericl. c. 24. ἐν δὲ ταῖς κωμῳδίαις Ὀμφάλη τε νέα· καὶ Δηϊάνειρα καὶ πάλιν Ἥρα προςαγορεύεται. — Rarius fit, ut appellativa in nomina propria transeant, ut ap. *Dion. Chr.* Or. LIX. p. 363. καίτοι ποία τις ἡ τοιαύτη σοφία.. δι' ἣν τις ἀναγκάζεται πλείω τῶν Ἑλλήνων πονεῖν. ubi nullus dubito, quin Ἑλλήνων ex praecedentibus ortum sit, quum ille scripserit πλείω τῶν ἄλλων. V. quae nuper de horum vocabulorum confusione monuit *Schaefer* ad *L. Bos* p. 578. sq.

P. 227. *E. II.* 375. In *Diphili* fr. V. 2. procul dubio vera est *Casauboni* emendatio, quae ut in textu ponatur non eget assensu Codicum. — V. 6. ἐᾷν ἀπολαύειν τοῦτον ἤδη τὸν βίον. Hic iterum haeremus in verbo ἀπολαύειν, quod cum βίον junctum sermonis legibus adversatur. V. ad P. 220. E. Et nihil certe obstabat, quominus ille

τοῦ βίου scriberet, quod et metro satisfecisset et sermonis consuetudini. Sed ille scripsit nisi omnia fallunt:

ἐᾶν ἀπολάπτειν τοῦτον ἤδη τὸν βίον.

pati, ut ille patrimonium abligurriat suum. Nihil hoc verbo aptius de piscium helluone, quod iterum cum ἀπολαύειν permutatum est in *Arist.* Nub. 808. ubi v. *Ernest.* et *Hermannum.* Noster L. X. p. 443. E. τοὺς οὕτω λάπτοντας τὸν οἶνον. ad quae verba consulendus *Coray* in Anim. T. V. p. 477. Iterum L. XI. p. 485. D. λεπαστὴν λαψάμενος ἐχαρύβδισε Μεστήν. Similiter *Hipponax* L. VII. p. 303. D. κατέφαγε δὴ τὸν κλῆρον· *Antiphan.* L. VIII. p. 338. F. κατεσθίει γοῦν ἐπὶ μιᾷ τὴν οὐσίαν. *Hermippus* L. VIII. p. 344. D. εἷς γὰρ μόνος ὢν κατεβρόχθισεν ἂν τὴν Πελοπόννησον ἅπασαν. *Plato* de Rep. L. X. p. 446. E. οὐδ' ὅστις αὐτῆς ἐκπίεται τὰ χρήματα. Verbo λάπτειν cognatum est λαφύσσειν. Facetus est locus *Philostrati* in Vit. Apoll. IV. 38. p. 178. ubi tyranni bestiis ferociores esse dicuntur, ὅσῳ λέοντές τε καὶ παρδάλεις ἐνίοτε κολακευόμενοι ἡμεροῦνται καὶ μεταβάλλουσι τοῦ ἤθους, τουτὶ δὲ (τὸ θηρίον sc. ὁ τύραννος) ὑπὸ τῶν καταψηχόντων) (sic scr. pro καταψυχόντων. Cf. *Boissonade* ad *Philostr.* Her. p. 347. sq.) ἐπαιρόμενον, ἀγριώτερον αὑτοῦ γίγνεται καὶ λαφύσσει πάντα. — In eadem Ecloga V. 23. περὶ τῶν σελίνων μαχόμεθ', ὥσπερ Ἰσθμίοις. In certaminibus Isthmicis victores coronabantur apio. Hinc facete *Dio Chr.* Or. VIII. p. 280. 7. viro forti nunquam non pugnandum esse docens, οὐχ ὑπὲρ σελίνου, ὥσπερ αἱ αἶγες, οὐδὲ κοτίνου ἢ πίτυος, ἀλλὰ ὑπὲρ εὐδαιμονίας καὶ ἀρετῆς. quae est palmaria emendatio

H. Valesii pro γυναῖκες, quam *Burmannus* temere in dubitationem vocabat in Emend. Vales. p. 50. editio *Reiskii* autem perperam et vitiose exhibet. Similiter Diogenes ap. *Eund.* Or. IX. p. 292. 44. illud certaminum ridet praemium ὅτι οὐ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ ταῖς αἰξὶ δηλαδὴ περιμάχητον αὐτὸν εἶναι δεῖ. Obiter corrigo in eadem pagina: οὐδὲ γὰρ φρονιμώτερος γέγονας οὐδὲ μικρόν, ὅτι ἔφθασας τοὺς ἐν αὐτῷ τρέχοντας· οὐδὲ σωφρονέστερος νῦν ἢ πρότερον, οὐδὲ δ ε ι λ ι ᾷ ἧ τ τ ο ν, οὐδὲ ἔλαττον ἀλγεῖς. ubi vulgo δειλίᾳ ἥττονι legitur.

P. 228. E. II. 379. *Pherecrates*: ἀπὸ τηγάνου τ'ἔφασκεν ἀφύας φαγεῖν. Sic vulgo haec verba scribuntur, quae facile ad justi senarii formam rediges:

ἀπὸ τηγάνου τ'ἔφασκέ νιν ἀφύας φαγεῖν.

In proximo autem versu *Philonidae*, cui καὶ accessit ex Codice, fortasse fuit:

κἄθ' ὑποδέχεσθαι καὶ βατίσιν, καὶ τηγάνοις.

P. 230. C. II. 384. In *Alexidis* fr. V lego:

πρὸς ἀλαζονείαν οὐ κακῶς νενοημέν' ἦν.

Quae sequuntur verba *Aemiliani* sunt, non *Alexidis*, quod recte monuit cl. Editor. Frustra fuerunt, qui ea in senariorum formam conarentur redigere.

P. 236. B. II. 406. in *Epicharmi* fr. V. 14. καὶ τὰ μὲν πρῶτ' οὐ κοῶ, Ἃς καμὼν ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας. Recte corrigunt ἃς; in sequ. autem vocabulo corrigendo in diversa abeunt. Legerim :

ἇς κ' ἄμμ' ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας.

ἄμμε, ἡμᾶς sive ἐμέ. ἄς κε id quod ἕως ἄν, sive ἔστ' ἄν Atticorum. Apud *Hipparchum* in *Stobae.* Flor. CVI. p. 575. 4. οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰ πολλὰ παρασκευαζόμενοι, ὡς οὐκ ἔστι ζῆν μετὰ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον, ἀξεστι γενέσθαι, χρησώμεθα παρουσίᾳ τῶν ἀγαθῶν. scribe mutatione lenisima: ἇ ς ἔξεστι. *quum post vitae tempora transacta vivere non possimus, utamur praesentibus bonis, dum licet.* *Theocrit.* Eid. XIV. 70. ποιῆν τι χρή, ἇς γόνυ χλωρόν. Cf. *Brunck.* ad *Arist.* Lysistr. 173.

P. 236. *B. II.* 407. In *Diphili* fr. parasitus fatetur, se diligenter observare fumi e culina surgentis colorem et speciem. Qui si

σφοδρὸς φερόμενος εἰς ὀρθὸν τρέχῃ,
γέγηθα καὶ χαίρω τι καὶ πτερύσσομαι.

novissimum hoc a gallis ductum, *alis plaudentibus.* V. infra ad L. IX. p. 393. B. Tum ille pergit

ἐὰν δὲ πλάγιος καὶ λεπτός, εὐθέως νοῶ
ὅτι τοῦτό μοι τὸ δεῖπνον, ἀλλ' οὐδ' αἷμ' ἔχει.

cl. Editor. qui recte impugnavit *Grotii* sententiam, plura hic temere mutantis, quam opus esset, non tamen persuadet, nihil in hoc versu corruptum esse. Nondum me poenitet conjecturae:

ὅτι τοῦτό μοι τὸ δεῖπνον ἅλας, οὐ δ' αἷμ' ἔχει.

ubi μὲν ante δὲ omissum neminem offendet, qui particulam illam etiam in pedestri sermone saepissime omitti noverit. V. *Heusde* in Spec. crit. p. 75. sq. *Heindorf.* ad *Platon.* T. II. p. 31. et p. 421. Dicuntur autem ἅλες de cibo frugali et viliore, ut

ap. *Horat.* I. Sermon III. 13. *sit mihi mensa tripes, et Concha salis puri.* quod expressit *Pers.* III. Sat. 24. *sed rure paterno Est tibi far modicum, purum et sine labe salinum. Lucian.* in Timon. §. 56. T. I. p. 125. οἶσθα γὰρ ὡς μᾶζα μὲν ἐμοὶ δεῖπνον ἱκανόν, ὄψον δὲ ἥδιστον θύμον ἢ κάρδαμον, ἢ εἴ ποτε τρυφῴην, ὀλίγον τῶν ἁλῶν. ubi consul. *T. H.* p. 439. Id. de Merc. Cond. §. 19. T. III. p. 237. τοῦτο τὸ... ἥδιστον ἐκεῖνο δεῖπνον, οὐκ ἔμοιγε τοῦ θύμου, καὶ τῶν λευκῶν ἁλῶν ἡδίον, ὁπηνίκα βούλομαι, καὶ ὁπόσον ἐλευθέρως ἐσθιομένῳ. *Epist. Diogen.* ad Antipatr. in Epist. Commel. p. 68. μὴ μέμφου μοι ὅτι σοι μεταπεμπομένῳ ἡμᾶς ἐπὶ Μακεδονίαν οὐκ ἐπείσθημεν, καὶ ὅτι τοὺς Ἀθήνησιν ἅλας προὐκρίναμεν τῆς παρὰ σοῦ τραπέζης. *Plutarch.* T. II. p. 684. E. paroemiaca verba ὁ περὶ ἅλα καὶ κύμινον sic interpretatur οἱ οὕτω συνήθεις τῶν φίλων, ὥστε καὶ πρὸς ἅλα δειπνεῖν καὶ κύμινον. Vocabulum ἄλλος passim veteribus temere obtrusum est a librariis, ut ap. *Leonid. Tar.* Ep. XXXII. ἄλλος ἔπαξε pro ἅλος. V. ad Anth. Gr. T. II. P. II. p. 352. Inepte legitur ap. *Dion. Chrys.* Or. I. p. 61. 43. ὅτι οὐ πολὺς χρόνος ἔσοιτό μοι τῆς ἄλλης. pro ἅλης. Idem vitium sustulit *Boissonade* in *Philostr.* Her. p. 477.

P. 236. D. E. II. 407. διὸ καὶ ποιεῖ αὐτὸν ὑπὸ Μενελάου τιτρωσκόμενον κατὰ τὴν γαστέρα. Comparandus inprimis *Dio Chr.* Or. LV. p. 289. ubi de Antinoo, procorum Penelopes impudentissimo: ὁ μ ῶ ς (sic scr. pro ὅμως *) δὲ καὶ τοῦτον ἀπο-

*) Sic etiam ap. *Lysiam* Or. de Arist. Bon. p. 344. scr. ἡγοῦντο δὲ καὶ ἐκεῖ ὁ μ ῶ ς σφίσιν εἶναι ἴσα, ὥςπερ καὶ ἐνθάδε.

θανόντα ἐποίησεν οὐκ εἰκῇ, πληγέντα διὰ τοῦ λαιμοῦ, οὐχ ὅπου ἔτυχεν· ὥσπερ ἀμέλει Πάνδαρον διὰ τῆς γλώττης· καὶ γὰρ εἰ καὶ τύχῃ τινὶ συμβαίνει τὰ τοιαῦτα, ὅμως ἐπὶ πολλῶν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι τοῦτον μὲν τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς γαστρὸς ἔδει πληγέντα ἀποθανεῖν· τοῦτον δὲ διὰ τῶν αἰδοίων· τοῦτον δὲ διὰ τοῦ στόματος.

P. 237. *B. II.* 410. In *Alexidis* Ecloga V. 4. qui monente *Grotio* non suo loco legitur, mihi post V. 6. commodissime collocari posse videtur. V. 8. νοεῖς τὸ γένος καὶ τὸ πρᾶγμα. qui una syllaba est brevior, sic facile impleri poterit:

νοεῖς τὸ γένος σὺ καὶ τὸ πρᾶγμα.

σὺ absorptum a praecedente litera. In versu *Antiphanis* ap. *Stobae.* T. LXXII. p. 437. 22. τί φῇς; λαθεῖν ζητῶν τι τὴν γυναῖκα Ἐρεῖς τὸ πρᾶγμα. itidem lego

τί φῄς; λαθεῖν ζητῶν τε τὴν γυναῖκα σὺ
ἐρεῖς τὸ πρᾶγμα.

nam σοῦ, quod *Grotius* addidit, jejunum est et elumbe. Apud *Achill. Tat.* II. 21. p. 77. vulgo τί με μάτην αἰτιᾷς; τὰ μὲν γὰρ ἐμὰ πάντα ἔχεις. Ocyus tolle soloecismum: τί με μάτην αἰτιᾷ σύ; nisi simpliciter αἰτιᾷ scriptum fuit, quod librarius corrupit, eundem forte errorem errans, quem in *Clerico* exagitavit *Bentleius* in Menandr. p. 75.

existimabant enim, etiam illa bona, quae illic haberent, ipsis similiter aequalia esse, atque ea, quae hîc haberent. Euripid. Herc. fur. 307. τόλμα μεθ' ἡμῶν θάνατον, ὃς μένει σ' ὁμῶς. *quae te simul manet.* Vulgo ομως.

iterumque commisit *Schow* in *Stobaei* Flor. T. I. p. 110. *Philostrati* locum in Vit. Apoll. I. 34. p. 42. αἰτήσεις μὲν γὰρ ἴσως οὐδέν· τὸ δὲ ὅπως ἂν μὴ ἄλλως τύφῳ παραιτεῖσθαι δοκοίης ἅπερ ἂν ὁ βασιλεὺς διδῷ. ut multos alios corrupit *Olearius.* Scribe: σὺ δὲ ὅπως ἂν... *at tu cave, ne temere prae insolentia repudiare videaris dona.* Obiter corrigam *Lysiam* in Or. c. Theomn. p. 176. οὐκοῦν δεινόν, σὲ (vulgo εἰ) ὅταν μὲν δέῃ σε κακῶς ἀκούσαντα τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι, οὕτω τοὺς νόμους, ὥςπερ ἐγὼ νῦν λαμβάνειν.

P. 238. *A. II.* 412. *Antiphanis* V. 1. ὅρα γὰρ παράσιτός ἐστιν, ἂν ὀρθῶς σκοπῇς. Ut versui laboranti succurreret, *Grotius* γὰρ omisit. Scribe potius, quod etiam *Wakefield* monuit, ὁ γὰρ παράσιτος... Nam ut saepe librarii verba corrumpunt, syllabis omissis, sic interdum syllabis temere additis sincera vitiant. Sic ap. *Teletem* in *Stob.* Flor. XCI. p. 309. 30. scribendum: καὶ μυρία τῶν κακῶν οὐκ ἂν ἦν, εἰ μὴ πλοῦτος ἦν. ubi vulgo ἥδιον scribitur. Ap. *Liban.* T. III. p. 36. 9. de Ulysse, qui Palladium abstulit, τὰ γὰρ τῶν Τρώων ἔκλεπτε, τῶν τὰ τιμιώτατα τῶν τὰ Μενελάου κεκλοφότων π ρ ο π α τ ό ρ ω ν. prorsus absurde legitur. Scr. προτέρων. *Trojanorum, qui primi pretiosissimas res Menelao furto abstulerant.* Et mox p. 37. 10. εἰ τόν τε Ὀδυσσέα, καὶ τὸν Θυέστην, καὶ Μελάνθιον καὶ τοὺς προγόνους ἀ ν α μ ί ξ ε ι ε ν, ὡς ἐξαπατησάντων τοὺς Ἕλληνας, οὕτως ἐμνήσθη. Scr. καὶ τοὺς προγόνους ἀναμίξ.

P. 237. *D. II.* 411. In *Timoclis* V. 2. noli dubitare scribendum esse ἥκιστα γ' οὐδὲν ἔστι γάρ... quod cl. Editor haesitabundus proponit. *Eurip.*

Hipp. 1013. ἀλλ' ὡς τυραννεῖν ἡδὺ τοῖσι σώφροσιν; Ἥκιστα γ'. — V. 4. τὸ φιλέταιρον. Apud *Philostr.* V. Apoll. I. 14. p. 7. οὐδὲ ἀμειδὴς ἢ σκύθρωπος ἐφαίνετο. τὸ γὰρ φιλαίτερον καὶ τὸ εὐμενὲς εἶχε. Scribe: τὸ γὰρ φιλέταιρον. In *Libanii* Declam. T. IV. p. 821. scribo τοιγαροῦν ὁ δοῦλος, ὁ βάρβαρος ἐπιτάσσει νῦν Ἀθηναίοις· οὕτως φιλέταιρον ἄνθρωπον ἐχθρὸν σεαυτῷ καὶ τῇ πόλει κατεσκεύασας. Vulgo ὡς φιλαίτερον.

P. 238. *C. II.* 414. in *Aristophontis* fr. V. 6. ad versum implendum inserunt ἐὰν δὲ, quod, si totum orationis contextum consideraveris, vix verum existimabis. Tum haerent in verbis κονδύλους πλάττειν, Τελαμών. fortasse immerito. Nam κονδύλους πλάττειν dictum videri potest per breviloquentiam pro τὴν χεῖρα sive τοὺς δακτύλους εἰς κονδύλον πλάττειν. Telamonis nomen revocat mihi in animum locum *Valerii Flacci* L. II. 451. ubi ille commemoratur, ut Herculis in expeditione Trojana comes: *Alcides Telamonque comes dum litora blando Amfractu sinuosa legunt, vox accidit aures, Flebile succedens, ceu fracta remurmurat unda. Attoniti pressere gradum, vacuumque sequuntur Vocis iter: jam certa sonat.* In his verbis minime apparet, quid sit *vacuum vocis iter;* quod fortasse in *caecum.. iter* mutandum, cui jam bene respondent proxima, *jam certa sonat.* Mox in eadem de Hesione historia v. 519. bellua appropinquante: *intremere Ide Inlidique ratis, pronaeque resurgere turres.* Alii Codd. *Idae,* alii *rates* offerunt; hoc *Pius* mutavit in *arces.* Recte, ut mihi quidem videtur. Scribendum enim:

intremere Idae
Inlidique arces, pronaeque resurgere turres.

Arces eidem poëtae restituo L. IV. 26. ubi Hylas se a Nymphis raptum narrat — *saevae monitu Junonis: in a r c e s Nunc Jovis accessus, et jam mihi limina coeli Conciliat.* Ubi vulgo sine sensu: *inanes nunc J. accessus.* Sic L. IV. 416. *Haec procul Io spectat ab arce poli, jam divis addita. Horat.* III. Od. III. 10. *Hac arte Pollux et vagus Hercules Enisus arces attigit igneas. Claudian.* VII. 151. Theodosius *terris relictis Phoebi permensus iter.. stetit arce suprema.*

P. 238. *F. II.* 416. *Diphili* fragm. quod hiatibus scatet, sic corrigi posse videtur:

ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς
ὅτι ἔστιν εἴ τις μὴ φράσει᾽ ὀρθῶς ὁδόν,
ἢ πῦρ μὴ᾽ ναύσει᾽, ἢ διαφθερεῖ γ᾽ ὕδωρ,
μέλλοντα δειπνεῖν ἤ γε κωλύσει τινά.

Vulgatum φράσῃ, quum post εἰ ferri non posset, cl. Editor in φράσει mutavit, accinente codice A. Sed quamquam futurum legitime sequitur conjunctionem εἰ, hoc tamen loco φράσειε scribendum erat, ut hiatus tolleretur. Nec offensioni esse debet optativi cum futuro indicativi conjunctio. Sic *Xenoph.* Anab. II. 3. 7. ὁ δ᾽ ἠρώτα εἰ αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι σπένδοιτο... ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔσονται σπονδαί. *Isocrat.* Panath. II. p. 520. ed. *Aug.* qui alios docere conantur ὃν τρόπον τὴν πόλιν διοικήσουσιν, καὶ ὅπως σωφρονοῖεν ἂν καὶ βέλτιον πράττοιεν. Id. Or. Trapez. T. III. p. 192. ὅτι οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἔσται, εἰ τὰ μὲν χρήματα ἀποδώσει, αὐτὸς δ᾽ ὁμοίως καταγέλαστος ἔσοιτο. *Platon.* Theag. p. 127. A. μέμφῃ εἰ ἀπορεῖ ὅ τι χρήσεται καὶ ὅποι πέμποι. de Legg. I. p. 629. E. οἳ μὴ τολμήσουσι μὲν ὁρᾶν φόνον

αἱματόεντα καὶ δηΐων ὀρέγοντ᾽ ἔγγυθεν ἱστάμενοι. Lucian. T. VIII. p. 9. οἴει ὅτι αὐτίκα διὰ τοῦτο καὶ καλὸς ἅμα καὶ ἰσχυρὸς ἂν γίνοιτο, καὶ ὑπερπηδήσεται μὲν τὸν ποταμόν, ἐπιθολώσει δὲ αὐτοῦ τὸ ῥεῖθρον. Id. Harmod. §. 2. εἰ τούτοις ἐπιδείξαιο τὰ αὐλήματα καὶ οὗτοι ἐπαινέσονται σέ, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος. ubi *Jensius* ἐπαινέσωται mallet; frustra. Nec *Reiskius* audiendus ad *Liban.* T. III. p. 21. 9. εἰ δ᾽ ἀπὸ μὲν καιρῶν ἱκανῶν δεῖξαι φύσιν τυραννικήν, οὐκ ἂν δύναιτο τὸν ἄνθρωπον ἐλέγχειν· αἰτίας δὲ συναγαγὼν οὐκ οὔσας, παροξύνει τοὺς ὀμωμοκότας. qui mallet παροξύνειε. Apud Eund. T. IV. p. 43. 4. εἰ γὰρ οὗτος ἑκάστῳ παρασταίη λογισμός, καὶ τὰς τῶν πλησίον γυναῖκας σκεψόμεθα, καὶ τὰς ἀρίστας ἡμῶν αὐτῶν εἶναι μᾶλλον ἢ τῶν ἐχόντων βουλησόμεθα. *Reiskius* σκεψοίμεθα tentat, aut σκεψώμεθα.. alterum soloece, alterum sine causa idonea. Sed scribendum videtur: τὰς τῶν πλησίον γυναῖκας κλεψόμεθα. Ibid. p. 46. 1. ὑμεῖς δὲ εἰ μηδ᾽ ἐξ ὧν πεπείρασθε σωφρονήσητε, πάνυ ἂν εἴητε δυστυχεῖς. Scribe σωφρονήσετε. Plura sunt loca veterum, in quibus εἰ conjunctivum habet subsequentem. *Dio Chrys.* Or. XIII. p. 424. 45. καὶ ἠξίουν, εἰ ἄρα μὴ δύνωμαι ἀπομνημονεῦσαι. et iterum p. 434. 14. φέρε, εἰ μιμούμενος τοιούτους τινὰς διαλέγωμαι λόγους. Id. Or. LXXVII. p. 414. 20. οὐ δή που φησὶν (Hesiodus) ὅτι βοῦν ἀπολέσαι ἄν, εἰ μὴ γείτων πονηρὸς ᾖ ubi scripserim: ὅτι οὐδὲ βοῦν ἀπολέσαι ἄν, εἰ μη γ. π. ἦν. Haud uno in loco *Reiskius* conjunctivum post εἰ veterum libris obtrusit, ut v. c. *Lysiae* Or. in Theomn. p. 174. 2. εἰ μέν τις σ᾽ εἴπῃ, ex Cod. dedit ille pro vulgato, εἰ μέν τις εἴποι. Tu scribe: εἰ μέν τίς σ᾽ εἴποι. Ap.

Liban. T. IV. p. 125. 4. τοσοῦτον ἀγανακτεῖν, εἴ τις καλὴν ἑτέραν ἐξ ἴσου προσαγορεύει. cave editorem audias, qui προσαγορεύῃ aut προσαγορεύοι legendum censet. Conjunctio εἰ etiam in Orat. obliqua legitime cum indicativo copulatur. Cf. eundem ad *Dion. Chrys.* Or. XI. p. 346. 40. Or. XXXIII. p. 14. 11. et p. 15. 29. Ut εἰ passim, sic etiam ἐπειδή a librariis conjunctivo comitante ponitur pro ἐπειδάν, quae vocabula in Codd. paulo negligentius scriptis vix inter se distingui possunt. Plura *Philostrati* loca ex hac observatione correxit *Boissonade* ad Heroic. p. 329. plura supersunt corrigenda, ut in Vit. Apoll. p. 30. 45. 79. 80. 106. bis. 126. 129. 191. 218. bis. 227. Idem vitium tollendum ap. *Dion. Chr.* Or. IV. p. 164. 7. VIII. p. 281. 20. XXXV. 65. 31. XXXVIII. p. 138. 5.

P. 240. *C. II.* 422. *Timocles* in Καυνίοις V. 1. ἤδη προσενένηκταί τι μέλλει, σπεύδετε. Ὦ τάν. Editor quidem hujus loci vitium probe animadvertit, minus tamen recte scripsisse videtur μέλλετε, quum sic ultima syllaba ante σπ corriperetur. Scripserim potius:

ἤδη προσενένηκταί τι; τί μέλλεις; σπεῦδε δή,
ὦ τάν.

jam aliquid est oppositum. Quod cunctaris? festina dum, o bone! — Tum pro ὁ γὰρ Τιθύμαλλος οὕτως ἀνεβίω, fortasse scribendum

ὄντως ἀνεβίω.

Hoc in ὡς videtur depravatum ap. *Dion. Chr.* Or. LXX. p. 375. 31. καὶ τὸν μὲν ἀκολουθοῦντα καὶ τὸν χρώμενον τούτοις δεῖ νομίζειν ὄντως φιλοσο-

φία προσέχοντα τὸν νοῦν. Vulgo ὡς φιλ. quod *Reiskius* in ὡς ἀληθῶς mutatum volebat. Hoc adverbium *Weiskius* lectum fuisse putabat in *Xenoph.* Anab. I. 7. 4. ὑμῶν δὲ ἀνδρῶν ὄντων καὶ εὐτόλμων γενομένων. ubi vulgata bene haberet, si abessent verba καὶ εὐτόλμων γενομένων. Nunc autem fere mallem ἀνδρῶν ἀγαθῶν καὶ εὐτ. γεν. Sic L. III. 1. 44. ἃ καὶ ὑμᾶς δεῖ νῦν καταμαθόντας.. αὐτούς τε ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν. III. 2. 3. ὅμως δὲ δεῖ ἐκ τῶν παρόντων ἄνδρας ἀγαθούς τε ἐλθεῖν καὶ μὴ ὑφίεσθαι. III. 2. 15. *Lysiae.* Or. Funebr. §. 22. ἄνδρες δ' ἀγαθοὶ γενόμενοι καὶ τῶν σωμάτων ἀφειδήσαντες. In *Philostrati* V. Apoll. V. 33. p. 215. ante *Olearium* legebatur: σὲ δὲ ἄνδρα εἰδὼς ἀγαθὸν καὶ γενναιότητι προὔχοντα. Ille Cod. Vat. secutus ἀγαθὸν omisit. Perperam, ut mihi videtur. Nam illo vocabulo revocato oratio, pro meo quidem sensu, multo evadit concinnior. — Vox οὕτως, ut in *Timoclis* fr., sic etiam ap. *Parthenium* videtur depravata, c. XXXI. χῶσαι αὐτῇ μέγαν τάφον, καὶ οὕτως μὴ ἀνιέμενον τοῦ πάθους, ἐπικατασφάξαι αὐτόν. ubi fortasse legendum: καὶ οὐδ' ὣς ἀν. *quum nec sic ejus amor cessaret.*

P. 241. *B. C. II.* 425. *Alexis* V. 2. Βλεπαῖος εἶναι βούλεται, νοῦν γ' ἔχων· πλουτεῖ γὰρ ὁ Βλεπαῖος. Editori conatus hunc versum resarciendi non satis feliciter cessit. Vide an fuerit:

ὁ τὰ γελοῖ' εἰθισμένος
λέγειν ἀεί, Βλεπαῖος εἶναι βούλεται.
β. καὶ νοῦν γ' ἔχων· πλουτεῖ γὰρ ὁ Βλεπαῖος...

Recte me scripsisse puto λέγειν ἀεί. Sic mox P. 241. D. ὅτι δὲ γελοῖα ἔλεγεν ὁ Κόρυδος, καὶ

ἐπὶ τούτοις γελᾶσθαι ἤθελεν, ὁ αὐτὸς Ἄλεξις ἐν Ποιηταῖς φησί· οὕτως γελᾶσθαι καὶ γελοῖ' ἀεὶ λέγειν, Μετὰ τὸν Κόρυδον. Deinde verba καὶ νοῦν γ' ἔχων alii interlocutori adscripsi; eleganter enim et cum gravitate quadam particulae καί γε in responsionibus ponuntur: *Sic est, et prudenter quidem.* Conf. *Boisson.* ad *Philostr.* Her. p. 306.

P. 242. *A. B. II.* 428. *Machonis* V. 1. sic procul dubio scribendus:

τὸν Κόρυδον ἠρώτησέ τις Εὐκράτη ποτέ...

ποτὲ in duorum versuum exitu repetitum, non offendere debet in hoc *Machonis* opere, quod non ubique summam et exactissimam diligentiam prodit. Quin etiam optimi et elegantissimi poëtae ab ejusmodi repetitionibus non abstinuerunt.

P. 243. *C. II.* 432. *Antiphanis* fr. sic digerendum et emendandum esse suspicor:

ἐπὶ κῶμον, εἰ δοκεῖ,
ἴωμεν, ὥςπερ ἔχομεν, οὐ γούνων ὄκνῳ,
καὶ δᾷδα καὶ στεφάνους λαβόντες· Χαιρεφῶν
οὕτως μεμάθηκε κῶμον ἄγειν, ἄδειπνος ὤν.

V. 2. vulgo ἔχομεν οὐκοῦν, quod quomodo ex ea lectione oriri potuerit, quam nos posuimus, facile intelligent criticae hujus artis peritiores. *Aristoph.* Lysistr. 541. ἐγὼ γὰρ οὔποτ' ἂν κάμοιμ' ὀρχουμένη, Οὔτε τὰ γόνατα κόπος ἕλοι μου καματηρός. Formam γούνων cave a scena attica alienam existimes; utitur ea *Eurip.* Med. 325. πρὸς σὲ γούνων, quod ex edit. pr. revocavit *Porson*, quem vide ad Phoeniss. v. 866. κόπῳ παρεῖμαι γοῦνα. Apud *Eund.* in Herc. Fur. 193. θραύσας τε λόγχην, οὐκ ἔχει

τῷ σώματι Θάνατον ἀμῦναί γ᾽ ἄν, ἔχων ἀλκὴν μόνον. legendum suspicor:

θάνατον ἀμῦναι, γοῦν᾽ ἔχων ἀλκὴν μόνον.

quum, telis fractis, omnis salutis spes in pedibus sit posita. Homer. Ιλ. φ. 610. ἀλλ᾽ ἐσσυμένως ἐσέχυντο Ἐς πόλιν, ὅντινα τῶν γε πόδες καὶ γοῦνα σάωσαν. ἀλκὴν ἔχων *praesidium habere* illustravit *Abresch.* ad *Aesch.* T. II. p. 38.

P. 244. E. *II.* 437. in *Alexidis* V. 2. ἢ τοῖς Βορεάδαις ἤ τι θᾶττον ἔτι τρέχει. Post repertam Epitomatoris lectionem ἢ εἴ τι θᾶττον.. nihil est, quod amplius quaeramus. Nam ἢ εἰ in unam syllabam coalescit, ut ἢ οὐ, μὴ οὐ et alia, quae his sunt similia. Conf. *Brunck.* ad *Soph.* Oed. Col. 1155. Boreadas commemorat *Dio Chr.* Or. XVIII. p. 285. 34. ἀλλὰ καὶ τότε ἴσως ἀθλητάς τινας ἐθαύμαζον, Ζήτην καὶ Κάλαϊν καὶ Πηλέα, καὶ ἄλλους τοιούτους δρομέας τινὰς ἢ παλαιστάς. Sic ibi scribendum pro Ζῆθον, quem errorem a librariis haud raro commissum (vide *Burm.* ad *Propert.* p. 188.) nec recentiores veterum editores semper evitarunt.

P. 245. B. *II.* 439. *Timocles* V. 2. ἐφοδεύων ἐὰν βούληθ᾽ ὁ γυναικονόμος λαβεῖν ἀριθμὸν Κατὰ τὸν νόμον τὸν καινόν. Mutilum versum variis modis conantur restituere, transpositione praesertim verborum, quam hic bene procedere dubito. Fuisse suspicabar:

λαβεῖν ἀριθμόν, ὡς
κατὰ τὸν νόμον τὸν καινόν,....

ut scilicet secundum novam legem solet fieri. Plura loca in promtu sunt, in quibus ὡς librariorum

culpa aut omissum, aut depravatum videtur. Insigniter corruptus est locus *Dion. Chr.* Or. XXVI. p. 525. 25. μὴ ἆρα καὶ τὸ βουλεύεσθαι τοιοῦτον ᾖ; ὥςτε εἰδέναι μέν τι, τὰ δ' ἄλλα ὅ σ α π ο ι ή σ ο μ ε ν στοχασάμενοι, ἐνίοτε αὐτομάτως ἐπετύχομεν, καὶ μετ' οὐδεμιᾶς ἐπιστήμης. In his, ni eximie fallor, latent haec: τὰ δὲ ἄλλα ὡ ς ἀ π' ο ἰ ή σ ε ω ς μ ό ν ο ν στοχ. *reliqua opinione tantum ducti aliqua.* Opponuntur sibi ἡ. οἴησις et ἡ ἐπιστήμη. Conf. *Heindorf.* ad *Platon.* Phaedr. p. 272. In *Lysiae* Or. c. Theomn. p. 177. 6. βούλομαι οὖν αὐτὸν καὶ ἐξ ἑτέρων νόμων περὶ τούτων διδάξαι, ἄν πως ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τοῦ βήματος παιδευθῇ, καὶ τὸ λοιπὸν ἡμῖν μὴ παρέχῃ πράγματα. fortasse corrigendum: ὡς ἂν ἀλλὰ νῦν γ' ἐπὶ β. *ut saltem nunc...* *Euripid.* Orest. 1561. ἀνοιγέτω τις δῶμα... ὡς ἂν ἀλλὰ παῖδ' ἐμὴν ῥυσώμεθα. Iphig. Aul. 1239. ἵν' ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ' ἔχω σέθεν Μνημεῖον. — In *Libanii* Apol. Socr. T. III. p. 34. 17. καὶ γέγονεν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ὁ Σωκράτης ζηλωτός, οὐχ ἕτερος. scribe: ὡς οὐχ ἕτερος. Fortasse etiam ap. *Philostr.* Vit. Apoll. II. 26. p. 78. Εὐφράτῃ ποτὲ ἐπιπλήττων μὴ φιλοσοφοῦντι.. fuit: ὡς μὴ φιλοσ. Contra minus recte ὡς legi videtur in *Eurip.* Herc. Fur. 1120. οἴμοι, τόδ' ὡς ὕποπτον ἠνίξω πάλιν. scribendum puto, εἰς ὕποπτον. ut Phoeniss. v. 1216. τοῦτ' εἰς ὕποπτον εἶπας. Electr. 345. εἰς ὕποπτα μὴ μόλοις ἐμοί. *). Ap. *Liban.*

*) Versus illi in *Eurip.* Herc. fur. sic videntur collocandi:

Ἀμ. Εἰ μηκέθ' ᾅδου Βάκχος εἶ, φράσαιμεν ἄν.
Ἡρ. Οὐ γάρ τι βακχεύσας γε μέμνημαι φρένας.
Ἀμ. Καί σ', εἰ βεβαίως εὖ φρονεῖς, ἤδη σκοπῶ.
Ἡρ. Παπαῖ, τόδ' εἰς ὕποπτον ἠνίξω πάλιν.

T. IV. p. 104. 9. ἀλλ' εἴ τις ἄρα τῆς εὐκλείας σοι γένοιτο κοινωνός, ὡς ὁ ἑταῖρος ἐγὼ καὶ συνήθης, μέρος τι κτήσομαι. scribe: ὁ σὸς ἑταῖρος ἐγώ.

P. 245. F. II. 442. Quum Chaerephon parasitus, qui omnibus coenis vocatus intererat, dixisset, οὐ δύνασθαι τὸν οἶνον φέρειν, Corydus, ejusdem familiae homo, respondit, οὐδὲ γὰρ τὸ εἰς τὸν οἶνον. Hacc verba de aqua vino admiscenda debere accipi, quod vulgo existimant, valde dubito. Mihi potius τὸ εἰς τὸν οἶνον sive εἰς τὸν πότον symbola esse videtur, quam ille nunquam ponebat; coenabat enim ἀσύμβολος.

P. 246. F. II. 446. Ad *Pherecratis* V. 2. qui syllaba est brevior, implendum nihil fuerit aptius quam scribere:

ἄγω λαρυγγίτην ἄτ' ἐπὶ μισθῷ ξένον.

ceu militem conductitium.

P. 247. *A. II.* 447. *Diphili* fr. V. 3. πῶς ἂν βάλοιμ' Εὐριπίδην α. Οὐκ ἄν ποτε Εὐριπίδης γυναῖκα σώσει· οὐχ ὁρᾷς... In his verbis primum πῶς ἂν est *utinam*; quam illorum verborum significationem illustravit *Valcken.* ad Hipp. p. 185. A. B. 200. D. in Diatr. p. 173. C. *Brunck.* ad Thesm. v. 24. — Tum pro σώσει Cod. A. offert σώσειεν, quae non tam vera est lectio, quam verae lectionis indicium et explicatio. Scribendum enim

οὐκ ἂν ποτε
Εὐριπίδης γυναῖκα σώσει'; οὐχ ὁρᾷς...

Ejusdem verbi optativum restituerim *Xenophonti* Anab. II. 4. 19. ἐὰν μὲν οὖν νικῶσι, τί δεῖ αὐτοὺς

λύειν τὴν γέφυραν; οὐδὲ γὰρ ἂν πολλαὶ γέφυραι ὦσιν, ἔχοιμεν ἂν ὅποι φυγόντες ἡμεῖς σωθεῖμεν. Vulgo σωθῶμεν, quod soloecum est. Sic *Eurip.* Iph. Taur. 1028. οἴμοι, διεφθάρμεσθα· πῶς σωθεῖμεν ἄν; Conf. *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 46. — Mox ejusdem *Diphili* fr. P. 247. D. 448. sic digere:

α. τότε φάγοις, παράσιθ'. β. ὅρα
ὡς διασεσύρηκε τὴν τέχνην.

P. 247. E. II. 449. In fr. *Menandri* V. 4. *Grotius* pro περὶ δεῖπνον vere scripsit περίδειπνον. *silicernium.* Idem vitium tollendum e loco valde inquinato *Libanii* T. IV. p. 371. 3. de Potidaeis, qui per diuturnam oppugnationem (πολιορκίαν ἀπόῤῥητον. ut lego ibidem p. 353. 27. pro ἄπορον.) humanis carnibus vitam toleraverant: ὁ λιμὸς δ' ἄλλα ἐδίδασκε, μὴ κατορύττειν, μηδ' εἰς γῆν φέρειν, ἀλλ' εἰς αὐτόν· καὶ τὰ μὲν σώματα ἠφανίζετο· τάφος δ' οὐδεὶς ἐχώσθη· καὶ ἐδάκρυον μὲν ὡς ἐλεοῦντες· εὐωχία δ' ἦν αὐτοῖς τὰ δάκρυα· οὐδὲν δ' ἁλῶν ἔδει περὶ δεῖπνον· πάντα γὰρ ἓν ἦν, ὁ τάφος, τὸ δεῖπνον. Nihil vidi ineptius, quam ludicram commemorationem τῶν ἁλῶν in re tam foeda et detestanda. At illa, ne dubita, librariis debetur, non *Libanio.* Tu scribe: οὐδὲν δ' ἄλλων ἔδει περιδείπνων. *nec aliis opus fuit epulis funebribus; simul enim peragebantur omnia, funus et silicernium.* Sic demum sensum habent verba πάντα γὰρ ἓν ἦν ὁ τ. τὸ δεῖπνον.

P. 248. C. II. 451. *Eubulus* in Γανυμήδει· ὕπνος αὐτὸν ὄντα κακόσιτον τρέφει. Versum mutilum facile impleveris scribendo ὁ δ' ὕπνος sive ὕπνος γάρ. *somnus ipsi pro alimento est.* — Mox

D. II. 453. Κλείσοφος ὁ Φιλίππου παράσιτος, ἐπιτιμῶντος αὐτῷ τοῦ Φιλίππου, διότι δεῖ αἰτεῖ εἶναι φημὶ ἐπιλανθάνομαι. Sic Cod. A. Vulgo διότι ἀεὶ αἰτεῖ, ἔφησεν. Corrigo, Codicis vestigia presse secutus, διότι ἀεὶ αἰτεῖ, ἀεὶ γάρ, ἔφη, ἐπιλανθάνομαι.

P. 250. *F. II.* 461. *Anaxarchus* philosophus, inter Alexandri adulatores commemoratus, is est, qui Nicocreontis tyranni jussu crudeli supplicio periit. Hujus praeter alios meminit *Dio Chr.* Or. XXXVI. p. 126. οὗτος γὰρ ἀνήρ, ἐμπεσὼν μὲν εἰς ὅλμον, τυπτόμενος δὲ τοῖς ὑπέροις, αὐτὸς οὐκ ἔφη πτίσσεσθαι, ἀλλὰ τὸ αὐτοῦ ὅπερ ἔτυχε περικείμενος. Sic lege pro τὸν αὐτοῦ. De eodem Anaxarcho cogitabat *Reiskius* ad Ejusd. Or. LXIV. p. 336. 16. in recensu philosophorum, quos tela fortunae petiverint: τὴν Σωκράτους καταδίκην, καὶ τὴν Ξενοφῶντος φυγήν, καὶ τὸν Φερεκύδου θάνατον, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τὴν Ἀλεξάνδρου. Ille mallet τὴν δυςδαιμονίαν τὴν Ἀναξάρχου. quae quis existimare posset spectare ad cognomen *eudaemonici* Anaxarcho tributum. Sed fieri possit, ut scripserit ille: καὶ τὴν ἀδημονίαν τὴν Ἀναξαγόρου. ut aut summa illa egestas significetur, quam Anaxagoras, a Pericle neglectus, perpessus esse dicitur ap. *Plutarch.* V. Pericl. c. 16. aut ad causam impietatis, quam Periclis inimici ei dixerant. Vid. Ibid. c. 32. *Diogen. Laert.* II. 13. 14. *Liban.* T. III. p. 54. 20. Ἀναξαγόρας ἐδέθη δικαίως, ἀσεβῶν περὶ ἡλίου τε καὶ σελήνης. ubi vulgo ας ὥςπερ ἡλίου legitur.

P. 253. *D. II.* 371. In carmine Ithyphallico, quod post *Schweighäuserum* illustravit *Eichstaedt* V. cl. in Programm. an. 1806. Jenae edito, V. 6. leni mutatione legerim:

σεμνὸν διαφαίνεθ', οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ,
ἐν μέσοισι δ' αὐτός.

pro σεμνὸν ὅθι φαίνεθ'. Illud seqq. melius convenit: ὅμοιος, ὥσπερ εἰ φίλοι μὲν ἀστέρες, ἥλιος δ' ἐκεῖνος. *Theocrit.* Eid. XVIII. 28. ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἁμῖν. — V. 34. si vera est vulgata lectio ἢ πεινῆν ποιήσει. metro opitulaberis verborum transpositione admissa

ἢ ποιήσει πεινῆν.

nam tertia quidem hujus versiculi sedes spondeum admittit, prima non item. At Cod. Venet. lectio ἢ σπεῖνον ποιήσει gravem dubitationem injicit, in qua ἢ σπίνον latet; id quod tantum abest, ut cum cl. Editore vulgatae posthabendum existimem, ut potius, hac demum lectione admissa, exitum carminis ab intolerabili languore vindicare posse putem. Lusus est in vocibus simile sonantibus σφίγγα et σπίνος, qui magis etiam apparebit, si σπίναν legas. *Hesych.* σπίνα. ὁ σπίνος. σπινθία. εἶδος ὀρνιθαρίων, σπίνοι. Sic scribendum videtur, non σπῖνος, ut est etiam in alia *Ejusdem* glossa σπίγγον. σπίνον. Sunt, qui σπινὸν ex *Aristophan.* Ταγηνισταῖς laudent. Hac igitur lectione restituta

ἢ σπίναν ποιήσει.

etiam metro consulitur; nam priorem corripit. Cf. supra L. II. p. 65. C. IX. p. 570. D. et antithesis efficitur, pro carminis indole, satis faceta inter fringillam, parvam aviculam, et Sphingem alatam et pestiferam.

P. 256. E. II. 483. in fr. *Clearchi* αἱ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ταῦτα διαδεξάμεναι, ἐκπεσοῦσαι τῆς

ἐξουσίας, κατῆραν εἰς Μακεδονίαν. Rectius, ni fallor, legeris, αἱ δὲ ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν τ. δ. — Tum in verbis, τοσούτων ἔοικε καὶ τοιούτων ἡ κολακεία κακῶν αἰτία γενέσθαι τοῖς διὰ τοῦ κολακεύεσθαι προςδεξαμένοις αὐτήν. orationis vitium primus aperuit cl. Editor. Scribe: διὰ τὸ βλακεύεσθαι. Illustravit hoc vocabulum *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 61. *Koen.* ad *Greg.* p. 263. Apud *Arrian.* Exped. Alex. III. 6. 12. olim legebatur: ἀντὶ δὲ Ἀρίμμα, σατράπην Συρίας Ἀσκληπιόδωρον τὸν Εὐνίκου ἀπέδειξεν, ὅτι Ἀρίμμα β α σ ι λ ε ῦ σ α ι ἐδόκει αὐτῷ ἐν τῇ παρασκευῇ. in posterum hoc quoque loco legetur βλακεῦσαι ἐδόκει, de quo monuit eruditissimus *Schneider* ad *Xenoph.* Anab. II. 3. 11. p. 103.

P. 257. *D. II.* 487. In *Alexidis* fr. V. 7. verba non bene distributa leguntur. Scribe:

α. πῶς; ἐάσας τἀμὰ γὰρ
ἐρήσομαί σε τοῦτο· β. πῶς; ἠλείφετο

sequitur mox aliud fr. *Clearchi* P. 258. A. II. 488. πρὸς γὰρ τῷ τοιούτῳ κολακεύειν, καὶ τὸ σχῆμα τῶν κολακευομένων ἐπακολουθοῦν ἀποπλάττεται. ubi sensu postulante scribendum videtur: πρὸς γὰρ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ κολακεύειν καὶ τὸ σχῆμα τῷ κολακευομένῳ ἐπ. ἀπ. *praeterquam enim quod tali modo adulatur, habitum quoque sibi fingit ad habitum ejus, cui adulatur, compositum.*

P. 258. *D. II.* 491. *Antiphanes* V. 3. *Grotii* lectionem veram esse judico ὁ ζωγράφος πονεῖ τε καὶ πικραίνεται. non πονεῖ τι. — Tum haereo in verbis ὁ γεωργὸς ἐν ὅσοις ἐστὶ κινδύνοις. Vix enim putaverim poëtam hoc dixisse de agricola, eum in

multis versari periculis, sed de mercatore potius aut milite. Quare post ὁ γεωργὸς versum cum sequ. initio periisse suspicor. Sed quidquid sit, verba sic distinguenda

ὁ γεωργὸς ἐν ὅσοις ἐστὶ κινδύνοις πάλιν;

P. 262. *D. II.* 505. Initium Eclogae *Epicratis* nondum recte digestum, nec satis emendate scriptum. Sic videtur scribendum:

τί γὰρ
ἔχθιον ἢ παῖ, παῖ, καλεῖσθαι παρὰ πότον,
καὶ ταῦτ' ἀγενείῳ μειρακυλλίῳ τινί;
καὶ τὴν ἀμίδα φέρειν; ὁρᾶν τε....

Quum in ἔχθιον penultima producatur, verba τί γὰρ in praecedentis versu lecta fuisse, dubitare noli. Tum interrogationis signum male vulgo ponitur post πότον, quo fit, ut καὶ ταῦτ' pro mera copula videatur positum. Sed sensus est: quid esse potest odiosius, quam identidem appellari *idque* ab imberbi puero? Quem graeci sermonis usum nemo ignorat. Etiam καὶ per se solum pro καὶ ταῦτα positum occurrit; ut ap. Nostrum L. XIII. p. 610. D. καὶ συνεχῶς Φυλάρχου μνήμην ποιούμενος. *Heliodor.* L. I. 2. οἱ μὲν γὰρ θεόν τινα ἔλεγον. καὶ θεὸν Ἄρτεμιν. L. V. 19. τὴν μὲν γὰρ προῖκα ἀπέχειν ἡγήσομαι καὶ πολλὰ τάλαντα. In utroque loco καὶ sic positum Viros doctos offendit; ut et ap. *Dion. Chr.* Or. X. p. 305. 19. καὶ γὰρ δὴ ὅρα, ἐάν σε κελεύσῃ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν ὀρθῶς, καὶ μὴ γραμματικὸν ὄντα, οὐ δυνήσῃ. ubi *Reiskius* καὶ deletum velit. Id. Or. XXV. p. 521. 14. Κῦρον, Περσῶν δαίμονα, καὶ βασιλικόν τινα καὶ ἐλευθέριον. ubi καὶ nec delendum, nec ταῦτα addendum. Id. Or. LXXVIII.

p. 427. 24. καὶ μεστὰ πάντα κολάκων ἐστί, καὶ μετ' ἐμπειρίας καὶ τέχνης αὐτὸ πραττόντων. *Reiskio* illud καὶ iterum impugnante. Conf. *Abresch.* Lectt. Arist. p. 74. *Valcken.* ad Phoen. p. 98. sq. *Schaefer.* ad *Longum.* p. 351.

P. 265. *E. II.* 517. πῶς γάρ, ὁπότε καὶ χρησμὸν γίνεται θεοῦ δόντος. recte cl. Editor in Addendis distinxit: πῶς γάρ; ὁπότε... cujus formulae usum illustravit *Gatacker.* de Stilo N. T. p. 73. *Valcken.* ad Phoen. 1614. *Koen.* ad *Gregor.* p. 61. Ap. *Dion. Chr.* Or. XI. p. 333. 20. εἰ δὲ μή, τίς ἂν ἠνέσχετο... ἀπολλυμένων, πάντως γὰρ κινδυνευούσης ἀναστάτου γενέσθαι τῆς πόλεως. *Reiskius* emendationem tentat parum felicem. Fuisse puto: τίς ἂν ἠνέσχετο... ἀπολλύμενος; πῶς γάρ; κινδυνευούσης... Contra πῶς mutandum videtur in πάντως ap. *Liban.* T. III. p. 47. 5. πάντως οὖν μοι δοκεῖ μικρὰ χωρὶς ὑπὲρ ἐκείνου διαλεχθέντα, μετὰ ταῦτα συγχωρῆσαι μὲν ἴσην ἀμφοῖν εἶναι τὴν ἀδικίαν. Apud *Aeschylum* in Eum. 604. scriptum velim:

τίς γάρ σ' ἔθρεψεν ἐντός, ὦ μιαιφόνε,
ζώνης; ἀπεύχει μητρὸς αἷμα φίλτατον;

pro vulgato πῶς γάρ σ' ἔθρ.

P. 266. *F. II.* 521. οὕτως αὐτοῖς ἀληθῶς τὸ δαιμόνιον ἐμήνισε, πρώτοις χρησαμένοις ὠνητοῖς ἀνδραπόδοις, τῶν πολλῶν αὐτουργῶν ὄντων κατὰ τὰς διακονίας. Si quid in his mutandum, quod censebat cl. Editor, legerim παμπόλλων αὐτουργῶν... Obiter moneo, in Epistola *Chilon.* III. *ed. Cober.* ταῦτα μὲν οὖν οὐ τοῦ ἱκανοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ πάνυ πολλοῦ πέρα — sic enim ibi Codd.

exhibent — recte quidem a *Bastio* in Epist. ad Boisson. p. 106. corrigi καὶ τοῦ ἱκανοῦ πέρα, sed πολλοῦ etiam servandum videri, quod arcte cohaeret cum πέρα. *Aristoph.* Nub. 912. θρασὺς εἶ πολλοῦ. *Alciphr.* Epist. I. 9. πολλοῦ δὲ δύνασθαι τοὺς παρασίτους. ubi v. *Bergler.* — In seqq. *Athenaeus* Atheniensium erga servos lenitatem commemorat; ad quam *Reiskius* referebat locum *Libanii* Tom. IV. p. 303. 8. ubi Demosthenes queritur, quod Macedonibus sit traditus: ταῦτα οἱ χρηστοί, οἱ τοὺς ξένους οἰκτείρειν εἰωθότες, οἱ τοὺς οἰκέτας αἰδούμενοι, παρ' οἷς βωμὸς ἐλέου. At ibi legendum procul dubio οἱ τοὺς ἱκέτας αἰδ. quod qui vel unum *Isocratis* Panegyricum, vel *Lysiae* λόγον ἐπιτάφιον legerunt, verum esse non dubitabunt.

P. 267. E. II. 525. In *Cratetis* fr. V. 1. Scr. κεκτήσετ' οὐδὲ δούλην. V. 5. autem fortasse.

παρατίθεσ', ὦ τράπεζα.

qua verbi forma *Aristophanes* utitur in Pac. 1039. et alibi. — V. 8. Optime cl. Editor emendavit ἐξερᾷν τὰ τεῦτλα pro ἐξαίραντα τεῦτλα. Sed scribendum praeterea:

χρῆν ἐξερᾷν τὰ τεῦτλα.

pro χρή. — Mox ap. *Eund.* P. 268. A. II. 526. V. 1. scr. ἀλλ' ἀντίθες τοι· 'γὼ γὰρ αὐτά. pro ἐγώ.

P. 269. C. II. 531. *Pherecratis* fr. V. 3. καὶ τῶν δ' ἕκαστος εἰ φάγοι τι ἢ πίοι, Διπλάσι' ἐγίνετ' (sic Cod.) εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πάλιν. Hunc locum prorsus inepte scriptum, sic refingo

καὶ τῶνδ' ἑκάστοτ' εἰ φάγοι τις ἢ πίοι,
διπλάσι' ἐγίνετ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πάλιν.

quotiescunque quis inde aliquid ederet biberetve. Genitivus τῶνδε non indigebat fulcro τοῦ τι. Conf. *Pierson.* ad *Moer.* p. 165. et 233. *Koen.* ad *Greg.* p. 51. et *Boisson.* ad *Philostr.* p. 404. *) De ἑκάστοτε quin verum sit, nullus dubito. Idem vitium tollendum in *Dion. Chr.* Or. XXXI. p. 568. 7. τοὺς γὰρ σπουδαίους ὄντας περὶ τοὺς εὐεργέτας.. πάντες ἡγοῦνται χάριτος ἀξίους, καὶ βούλοιτ' ἂν ἕκαστος ὠφελεῖν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἑκάστους. Scribe ἑκάστοτε. *semper quavis occassione.*

P. 269. F. II. 534. *Metagenes* V. 3. ὁ δ' ἕτερός γε, ὁ Σύβαρις καλούμενος. Scribe sine haesitatione

ὁ θάτερος δέ γ', ὁ Σύβαρις καλούμενος.

i. e. ὁ ἕτερος. V. *Pierson.* ad *Herodian.* p. 432. *Valcken.* ad Hipp. p. 349. — V. 11. recte pro vulgato εἰς τὸ στόμ' ἔῤῥει ex cod. receptum est εἰς τὸ στόμ' ἀΐττει. quod tamen ex Atticorum consuetudine mutandum in

ᾆττει.

Hoc vocabulum restitui *Philostrato* Apoll. Vit. V. 42. p. 226. οὐ γὰρ ἐπὶ τὰ διειρόμενά τε καὶ ῥαχιζόμενα τῶν ἱερείων ᾖττεν, ἀλλὰ μελιττούταις διήγετο. Vulgo ᾖγεν. Imperfecto opus erat in hoc

*) Ap. *Philostr.* Vit. Soph. I. 8. p. 489. nunc legitur de Favorino θερμὸς δὲ οὕτω τι ἦν τὰ ἐρωτικά, ὡς καὶ μοιχοῦ λαβεῖν αἰτίαν. Sed hoc *Olearii* est παρόρθωμα. Restitue vulgatam, θερμὸς δὲ οὕτω τις ἦν. quam elegantiam illustravit *Wesseling.* ad *Herodot.* p. 368. 78.

contextu; quare non admiserim ἦξεν, quod *Boissonade* conjecit ad Heroic. p. 456. nec nostram tamen, ut videtur, conjecturam improbans. Etiam ap. *Liban.* T. IV. p. 828. 34. ὥστ' ἐπεθύμησα μὲν καὶ τότε θανάτου καὶ ἦξα πολλάκις ἐφ' ὑμᾶς, ὦ βουλή. scribe: ᾔξα. Paulo post p. 829. 15. spiritu mutato, et jota mutato scribe: ᾐδέσθην μὲν γὰρ οὐδ' ἂν ἕνα αὐτόν. pro ἡδέσθην. *neminem eorum reverebar.*

Liber septimus.

P. 280. *D. III.* 21. In *Philetaeri* Ecl. V. 5. εἰς αὔριον δὲ φροντίζειν εἴ τι Ἔσται. Versum et sensu et metro labantem sic correxerim equidem

εἰς αὔριον δὲ μή τι φροντίζειν ὅ τι
ἔσται.

Facile ὅ τι in εἴ τι abire potuit. Quod sequitur ἕωλον ἀργύριον lepidum est. Lubenter hoc vocabulo Sophistae utuntur. Exemplis a *Stephano* allatis in Thes. Gr. L. T. IV. p. 1001. adde haec. *Themist.* p. 205. B. τὰ γὰρ Ὁμήρου παραδείγματα ὡς ἕωλα παραιτοῦμαι καὶ λίαν ἀρχαῖα. *Plut.* T. II. 367. B. ὑπόλειμμα τῆς πάλαι θαλάσσης ἕωλον. Id. T. II. p. 514. C. εἰς ἑώλους καὶ πολυπατήτους ῥαψῳδίας. Id. T. II. p. 519. A. ἕωλόν τι πρᾶγμα καὶ ψυχρὸν καὶ ἀτράγῳδον. Vere, ni fallor, *Reiskius* ap. *Dion. Chr.* Or. XII. p. 376. 4. emendavit: εἴ που τι δυνησόμεθα εὑρέσθαι παρὰ τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ ἀπεῤῥιμμένον ἤδη καὶ ἕωλον σοφίας λείψανον, χήτει τῶν κρειττόνων καὶ ζώντων διδασκάλων. pro vulgato καὶ βῶλον σ. λ. δή τι τῶν. Ibidem paulo post legerim: οὐ γὰρ λαμβάνω μαθητάς, εἰδὼς ὅτι οὐδὲν ἂν ἔχοιμι διδάσκειν, ἅτε οὐδὲν αὐτὸς ἐπιστάμενος. pro ὅτι οὐδένα ἔχ. διδ.

P. 280. *D. III.* 22. In ejusdem *Philetaeri* fr. V. 4. οὐ γὰρ ϑανών γε δή πουϑ᾽ ἔγχελυν φάγοις. tolle ocyus vitium turpissimum, quod nemo animadvertit, δήποτ᾽ scribens, aut, ne optativus fulcro careat suo:

οὐ γὰρ ϑανών γε δήποτ᾽ ἂν ἔγχελυν φάγοις.

In proxima *Apollodori* Eclog. suspicatur is, qui loquitur, Τύχην aliquam, omnis humani cultus expertem, barbaram et agrestem, in Graecorum res grassatam omnia sursum deorsum vertere. Tum pergit V. 9. οἶμαί γε· τίς γὰρ μᾶλλον ἂν προείλετο Ἕλλην ἀληϑῶς οὖσα, λεπομένους ὁρᾷν Αὐτοὺς ὑφ᾽ αὑτῶν. Quum οὖσα dicat poëta, haec verba ad τύχη referenda esse apparet, unde sequitur τίς verum esse non posse. Nam cl. Editoris interpretandi conatum non probo equidem. Scribe potius:

οἶμαί γε· πῶς γὰρ μᾶλλον ἂν προείλετο...

nam si graeca esset Fortuna nostra, non barbara, quomodo, quaeso, mallet nos pereuntes videre... Quod verum esse etiam sequentia docent: ἔλεγχ᾽ ἄγροικον οὖσαν ἡμῖν τὴν Τύχην. Nec versum, qui ultimum praecedit, mendae expertem esse arbitror. Vulgo habetur, αὐλουμένους ὡδὶ λέγειν· ὦ γλυκυτάτη.. ubi *Grotii* emendatio ὡδῇ, λέγ᾽ αὐτή... et violenta est, nec satis elegans. Cod. A. ὡδεῖ. unde scribendum suspicabar

αὐλουμένους· τί δεῖ λέγειν, ὦ γλυκυτάτη;

In proximo ejusdem poëtae fragm. V. 1 — 4. sic fortasse scribendi sunt et distinguendi:

ἢ τοῦτό τοι ζῆν ἐστι τὸν καλούμενον
θεῶν ἀληθῶς βίον; ὅσῳ δ' ἡδίονα
τὰ πράγματ' ἐν ταῖς πόλεσιν ἦν ἂν ἢ τ α ν ῦ ν,
εἰ μεταβαλόντες τὸν βίον διήγομεν;

V. 1. vulgo οὐ τοῦτο τὸ ζῆν V. 3. τανῦν rectius h. l. scribi videbatur, quam τὰ νῦν. Illud haud scio, an reddendum sit *Xenophonti* Cyrop. VI. 3. 17. εἰ πόντος δὲ Κύρου ὅτι τούτων μὲν τ α ν ῦ ν εἴη ἅλις. pro τοίνυν, quod a *Zeunio* in textu positum *Schneiderus* proscripsit. Etiam *Diò Chr.* Or. II. p. 96. 35. scripsisse videtur: πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν παρ' Ὁμήρῳ παιδεύματα καὶ διδάγματα ἀνδρεῖα καὶ βασιλικά, ὑπὲρ ὧν ἴσως μακρότερον τ α ν ῦ ν ἐπεξιέναι. Vulgo τοῦ νῦν ἐπεξ. Ap. Eund. Or. IV. p. 178. 16. ὁ λόγος.. τρίτον εἰσάγει χορόν, ὃς ἔχει τὸν Φιλότιμον οὐ πάνυ προθύμως τὸν ν ῦ ν ἀγωνιούμενον. *Morellus* recte videtur scripsisse τανῦν.

P. 283. *A. III.* 32. τοῖς τὴν Σαμοθράκην κατέχουσι θεοῖς.. De Diis Samothraciae eorumque mysteriis *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* T. II. p. 338. sq. ed. Bip. et Interpretes ad *Valer. Flac.* II. 439.

Hactenus in populos v a l e a s, Samothraca, diemque
Missa a l m a m, sacrisque metum servemus opertum.

ut haec scribenda videntur, pro vulgatis: *vates S. diemque Missa mane.* Nam poëta, insula Samothrace commemorata, statim sermonem abrumpit, ne mysteria ibi celebrata temere aperiat.

P. 286. *D. III.* 45. *Archestrati* verba sic dispone:

γαστρίον αὐτοῦ
σκεύασον.

et statim *Ephippi* fr. sine ulla mutatione constitue sic:

πότερον ἐγὼ
τὴν βατίδα τεμάχη κατατεμὼν ἕψω; τί φῄς;
ἢ Σικελικῶς ὀπτὴν ποιήσω; Σικελικῶς.

P. 287. *E. III.* 49. In *Aristophanis* fr. ex Γήρᾳ nemo nunc dubitabit, quin βεμβράσιν legendum sit. — Mox ap. *Antiphanem* nondum me poenitet conjecisse

ἄτοπόν τι κηρύττουσιν ἐν τοῖς ἰχθύσι
κήρυγμα, καινὸν θ᾽ · οὗ τις ἐκεκράγει μέγα...

bene certe junguntur verba ἄτοπον et καινόν, quum illud pro *mirabili* et *insolito* ponatur ap. Atticos. *Plato* in Phaedo. p. 60. B. ὡς ἄτοπον· ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ. Crito p. 44. B. ὡς ἄτοπον τὸ ἐνύπνιον. i. e. παράδοξον. Cf. *T. Hemst.* ad *Thom. M.* p. 121. — Illa tamen mutatio si displicuerit, scribe saltem, ut hiatus tollatur, verbis transpositis:

κήρυγμα καὶ νῦν· οὗ τις ἐκεκράγει μέγα...

Sed illa lectio longe est commodior et elegantior.

P. 289. *A. III.* 54. In *Philemonis* Ecl. V. 25. coquus summam artis suae perfectionem jactans, ἀθανασίαν, ait, εὕρηκα· τοὺς ἤδη νεκροὺς Ὅταν ὀσφρανθῶσι, ποιῶ ζῆν πάλιν. Ultimum versum, qui justo est brevior, sic lenissima ratione correxeris:

ὅταν τάδ᾽ ὀσφρανθῶσι, ποιῶ ζῆν πάλιν. —

Mox in historia de Menecrate p. 289. E. III. 57. καὶ τράπεζαν παραθείς, ἐφ᾽ ἧς βωμὸς ἔκειτο, καὶ τῶν ἀπὸ γῆς πάντων ανων (sic est in membran.)

ἀπαρχαί. Vitiosum *ανων* omittit Epitome; alii καρπῶν habent. Mihi ἀνθῶν in mentem venit. Flores in sacrificiis altaribus inspersos esse constat ex *Alciphron.* III. Ep. 16. ubi vide *Bergler.* Hinc ap. *Eund.* II. Ep. IV. p. 328. ed. *Wagn.* pro vulgata καὶ λιβανωτὸν ἄῤῥενα... καὶ ἄγρια φύλλα ἀνθρώπων. *Horreus* φύλλα ἀνθῶν posuit, idque in textum admisit novissimus editor. At hoc loco non de sacrificio, sed de lustratione agitur; nec commodum est epitheton ἄγρια. Quare scripserim potius, καὶ ἄγρια φύλλα ἀκανθῶν. Spinis lustrandi vim fuisse tributam a veteribus constat ex *Theocriti* Eid. XXIV. 87. qui illas ἀγρίας σχίζας appellat, ut *Alciphron* ἄγρια φύλλα ἀκανθῶν.

P. 290. *F. III.* 61. In Ecloga *Nicomachi* V. 1. ἦθος ἀστεῖον πάνυ καὶ πρᾷον. Duo haec conjuncta existimaverim ap. *Platon.* in Phaedon. c. 65. ubi Socrates de lictore undecimvirorum, ὡς ἀστεῖος, ἔφη, ὁ ἄνθρωπος, καὶ παρὰ πάντα μοι τὸν χρόνον προσῄει, καὶ διελέγετο ἐνίοτε, καὶ ἦν ἀνδρῶν λῷστος. ubi quid desideremus ad sensum implendum, facile apparebit, si conjecturam nostram exprompserimus. *Platonem* suspicor scripsisse: καὶ παρὰ πάντα μοι τὸν χρόνον πρᾷος προσῄει — Tum V. 5. et sqq. sic fere legerim:

οὕτω τ' ἐμισθώσω με. β. μὰ Δί', ἐγὼ μὲν οὔ.
α. καὶ μὴν ἴσως ὅσον μαγείρου διαφέρει
μάγειρος, οὐκ οἶσθ'.

pro vulgato ἐγὼ μὲν οὐκ ᾤμην. V. 11. distinctio tollenda est post τέλειος. V. 17. depravata sunt verba ὧν εἰδέναι σοι κρεῖττον ἦν, μοὶ πρὶν λαλεῖν. nam quis tulerit encliticum μοὶ in sententiae initio? Ille fortasse scripsit:

ὧν εἰδέναι τι κρεῖττον ἢ μάτην λαλεῖν.

Lucian. adv. Ind. §. 28. οἶδα ὡς μάτην ταῦτά μοι λελήρηται. *Aeschylus* in Choëph. v. 274. fortasse scripsit

μάτην δ' ἔφασκε τῇ φίλῃ ψυχῇ τάδε
τίσειν μ' ἔχοντα πολλὰ δυστερπῆ κακά.

pro αὐτὸν δ' ἔφασε. Apud Libanium T. IV. p. 278. 7. ἡ δὲ (Athenarum civitas) καὶ ἄνευ τούτων ἔῤῥωτο, καὶ οἶδεν ὅτι με νενίκηκας. legendum, ni fallor: ὅτι μάτην νενίκηκας. — In fine V. 35. major ponenda distinctio. Eleganter coquus medicinae usum in re coquinaria μεταφορὰν τῆς τέχνης appellat. Tum novam materiam aggreditur his verbis

ἤδη τὸ μετὰ νοῦ καὶ τὸ συμμέτρως ἔχον
παρὰ τακτικῆς, ἕκαστα ποῦ τεθήσεται.

Sic scribo, ἔχον pro ἐμόν. *Jam vero ars omnia eleganter et ex ordine disponendi a Tacticis petenda, ubi nimirum unaquaeque ars collocanda sit.* Novissima verba per epexegesin sunt addita. Sequitur ἀριθμῷ τὸ πλῆθος εἰδέναι, μαγειρικῆς. Editor cum *Grotio* dedit ἀριθμητικῆς, minus bene. Eundem sensum efficies, et hiatu vitato, et ejusdem syllabae repetitione, si scripseris:

ἀριθμῷ τὸ πλῆθος εἰδέναι, λογιστικῆς.

Quod etiam propius a vulgatae ductibus abest, quum constet, literas Λ et Μ in Codd. saepissime permutari. Ex hac observatione sanandus videtur *Xenophontis* locus in Laced. Rep. c. XII. 5. δεῖ δὲ οὔτε περίπατον, οὔτε δρόμον ΕΛΑΣΣΩ ποιεῖσθαι ἢ ὅσον ἂν ἡ μόρα ἐφήκῃ, ὅπως μηδεὶς τῶν αὐτοῦ ὅπλων πόῤῥω γίγνηται. quae vitiosa esse nemo

non vidit. Scribe sine haesitatione, οὔτε δρόμον μάσσω ποιεῖσθαι *non licet cursum ambulationemve longius extendere, quam cohortis spatium porrigitur.* Ex praecedentibus autem apparet, militibus non licuisse, longe ab armis decedere. Cum his sequentia bene cohaerent, ὅπως μηδεὶς τῶν αὐτοῦ ὅπλων πόῤῥω γίγνηται. Formam μάσσω *Xenophonti* opportune vindicat *Suidas.* μᾶσσων. μακρότερος. Ξενοφῶν· ἂν μὴ παλὺ μάσσων ὁδὸς εἴη.

P. 291. F. III. 65. *Diphilus* V. 1. 2. οὐ μὴ παραλάβω σου θαμου δράκων ἐγὼ ἐπ' ἔργον οὐ μὴ διατελεῖς τὴν ἡμέραν... Locum pessime corruptum, in quo tractando viris doctis Critica parum favit, sic mihi satis probabiliter restituisse videor:

οὐ μὴ παραλάβω σ'· οὐδαμοῦ διακονῶ
ἐπ' ἔρανον, οὗ μὴ διατελῶ τὴν ἡμέραν
τραπεζοποιῶν ἐν ἀγαθοῖς πολλοῖς χύδην.

nunquam ministerium meum cuiquam addico convivio, nisi ubi per totum diem mensam plurimis bonis instructurus sim. Vix unam aut alteram literam immutatam vides. Caeterum adverbium οὐδαμοῦ sive οὐδαμῆ, quod h. l. librarii in plures syllabas distraxerunt, depravatum videtur etiam in *Xenoph.* Hellen. I. 6. 32. Καλλικρατίδας δὲ εἶπεν, ὅτι ἡ Σπάρτη οὐδαμῆ κάκιον οἰκιεῖται, αὐτοῦ ἀποθανόντος. Sic haec corrigo, ubi vulgo οὐδὲν μὴ inepte legitur; nec dubito hanc correctionem placituram esse duumviris egregiis, *Schneidero*, qui μὴ delevit, *Wolfio*, qui οὐδὲν μὲν legendum censuit. Sic Ibid. L. III. 5. 1. οὐδαμῆ διανοούμενον ἀπιέναι. Ap. *Dion. Chrys.* Or. XII. p. 406. 3. ὥστε οἱ πολλοὶ τῶν βαβάρων, πενίᾳ τε καὶ ἀπορίᾳ

τέχνης, ὄρη θεοὺς ἐπονομάζουσι, καὶ δένδρα ἀργὰ καὶ ἀσήμους λίθους οὐδαμῇ οὐδαμῶς οἰκειότερα τῆς μορφῆς. delendum οὐδαμῶς; οὐδαμῇ ut rarius servandum. Sed praeterea legendum fortasse, οἰκειότερα τῆς ὑ π ε ρ τ ά τ η ς μορφῆς. quod vocabulum proximarum syllabarum similitudo expulit. In *Euripidis* Electra v. 615. τειχέων μὲν ἐλθεῖν ἐντὸς οὐδ' ἂν εἰ θέλοις. recte me emendasse arbitror.

τειχέων μὲν ἐλθεῖν ἐντὸς οὐδαμῇ θέμις.

Hic versus mihi in mentem revocat fr. *Menandri* ap. *Stobae* Flor. LXXII. p. 440. 29. ἢ μὴ γαμεῖν γὰρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς φέρειν Μύσαντα πολλὴν προῖκα καὶ γυναῖκα δεῖ, Ἐκπυνθάνεσθαι τἀρσένων δ' ἡμᾶς σέθεν. quem locum *Bentlejus* tractavit in Em. ad. Menandr. p. 87. non tamen ita, ut veram poetae manum restituisse videatur. Scripserim equidem

προῖκα καὶ γυναῖκα δεῖ
ἐκπυνθάνεσθαι τἀρσένων χἠμᾶς θέμις.

et nos mulieres par est in virorum res et consilia inquirere. — Huc redeo. In *Diphili* Ecloga, cujus initium emendare conati sumus, V. 30. scribe ἀγόραιος pro ἀγοραῖος, penultima enim corripitur; cujus licentiae exempla dedimus supra ad L. IV. p. 173. C. Ad sensum nihil interest, utro modo accentum ponas, licet fuerint, qui diversa haec significare existimarent. Cf. *Valcken.* ad *Ammon.* p. 10. sq. — Tum. V. 32. Cod. offert ἐῶ βοᾶν· πληγάς γάρ ἐστι προςλαμβάνειν. quod quum metrum non ferat, alii προλαμβάνειν scripserunt, sensu adversante; alii προςλαβεῖν. Utrique vitium quaesiverunt ubi non est; vitiosa securi transierunt. Scribe:

πληγὰς γὰρ ἔνι προςλαμβάνειν.

i. e. ἔνεστι. V. 36. οἰμώξει μακρὰ ex membranis recte recepit cl. Editor pro οἰμώξεις. Nam οἰμώξεσθαι in usu est, non οἰμώξειν. Cf. *Thom. M.* p. 7. *Moeris Att.* p. 184. Apud *Plutarch.* T. II. p. 403. C. in historia de Dinomene: Δεινομένους δὲ τοῦ Σικελιώτου μαντευομένου περὶ τῶν υἱέων, ἀνεῖλεν, ὡς οἱ τρεῖς τυραννήσοιεν· ὑποτυχόντος δὲ τοῦ Δεινομένους, οἰμωξόμενοί γε, ὦ δέσποτα Ἄπολλον. καὶ τοῦτο σοι, ἔφη, διδόναι καὶ προςαναιρεῖν. mendosa lectio sic videtur corrigenda: οἰμωξόμενοί γε, ὦ δέσποτα· Ἀπόλλων, καὶ τοῦτό οἱ, ἔφη, διδόναι καὶ πρ. *Apollo respondit, se ei hoc quoque dare.* Pronomen οἱ, quod hoc loco cum σοὶ permutatum legebatur, haud scio an restituendum sit *Xenophonti* Hellen. III. 3. 2. εἰπόντος δὲ τοῦ Λεωτυχίδου ἀλλ' ὁ νόμος, ὦ Ἀγεσίλαε, οὐκ ἀδελφόν, ἀλλ' υἱὸν βασιλέως βασιλεύειν κελεύει: εἰ δ' υἱὸς ὢν μὴ τυγχάνοι, ὁ ἀδελφὸς καὶ ᾧ βασιλεύοι. In novissimis his verbis et syntaxis laborat et sensus. Si *Xenophon* haec, ut passim facit, dorica dialecto, ut a Doriensi pronuntiata, extulit, eum scripsisse dixerim, αἰ δ' υἱὸς ὢν μὴ τυγχάνοι, ὁ ἀδελφός κά οἱ βασιλεύοι. *ejus frater regnum acceperit.* Notum est κα doricum pro κεν. V. *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 273. A. De dativo autem sic pro genitivo posito vide inprimis *Abresch.* in Auct. Diluc. p. 240. et *Matthiae* ad Hymn. Homer. p. 6. qui in Gramm. gr. §. 392. 3. p. 527. laudat exemplum, nostro simillimum, ex *Pindar.* Ol. IX. 24. ἂν Θέμις θυγάτηρ τέ οἱ σώτειρα λέλογχεν μεγαλόδοξος Εὐνομία.

P. 293. D. III. 71. In *Sotadis* fr. V. 24. verissima mihi videtur *Casauboni* emendatio, qua

mutilum versum ἐμόλυν' ἀλεύρῳ τοιούτῳ τινί. sic implevit

ἐμόλυν' ἀλεύρῳ πάντα τοιούτῳ τινί

πάντα excidere potuit ob similitudinem aliquam cum sequ. vocabulo, quae major est in libris manu scriptis, quam in impressis. Quaedam loca ex hoc fonte conatus sum corrigere ad L. I. p. 23. E. quibus et alia quaedam accedant, quae mutilata videntur ob syllabas aut verba integra a librariis ob illam causam omissa. In *Plutarchi* Vit. Pyrrh. c. 15. in verbis ὥςτε μόλις τῆς ἡμέρας μαραινομένου τοῦ πνεύματος ἐκπεσεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, aliquid excidisse probabiliter suspicatur *Reiskius*. Fortasse fuit: τῆς ἡμέρας ἤδη φαινομένης, μαραινομένου... In *Xenophont.* Hellen. V. 1. 21. καὶ καταδύειν μὲν οὐκ εἴα στρογγύλων πλοίων, οὐδὲ λυμαίνεσθαι ταῖς ἑαυτῶν ναυσίν. fortasse legendum, πλοίων οὐδέν, οὐδὲ λ. In *Ejusd.* Oecon. c. 11. 23. Ischomachus docet, quibus artibus, quibusque officiis obeundis boni viri nomen et laudem consecutus sit: ἢ διαλλάττειν τινὰς τῶν ἐπιτηδείων, πειρώμενος διδάσκειν, ὡς συμφέρει αὐτοῖς φίλους εἶναι μᾶλλον ἢ πολεμίους. Ἐπιτιμῶμέν τινι στρατηγῷ συμπαρόντες, ἢ ἀπολογούμεθα ὑπέρ του... ante ἐπιτιμῶμεν aliquid excidisse, quo haec enuntiatio cum praecedente copuletur, acute monuit *Weiskius*. Fortasse fuit: φίλους εἶναι μᾶλλον ἢ πολεμίους· ἢ πολεμοῦντες ἐπιτιμῶμέν τινι, στρατηγῷ συμπαρόντες... In eodem opere c. 20, 15. quum agriculturam docere dixisset, qui boni sint viri, quive mali, addit, οὐ γὰρ ὥςπερ τὰς ἄλλας τέχνας τοῖς μὴ ἐργαζομένοις ἔστι προφασίσασθαι, ὅτι οὐκ ἐπίστανται· γῆν δὲ πάντες οἴδασιν, ὅτι εὖ πάσχουσα εὖ ποιεῖ. Ἀλλ' ἡ ἐν

γεωργίᾳ ἐστὶ· σαφὴς ψυχῆς κατήγορος κακῆς. Insolentia dictionis movit nonnullos, ut ἐν omitterent, cui rei Codd. nonnulli videntur favere. At sic minime intelligitur, unde loci depravatio orta sit, nec sensus oritur satis bonus. Quum in uno Cod. Parisino ἐνεργεια sit appositum, fere adducor, ut scribendum existimem, ἀλλ' ἡ ἐν γεωργίᾳ ἀργία ἐστὶ σ. ψ. κ. κ. quod etiam cum proximis verbis optime conspirat. *) — Mutila est oratio in *Lysiae* Or. c. Agorat. p. 454. νῦν δὲ καὶ τὸν σωτῆρα τὸν σαυτοῦ ἐτόλμησας ἀπογράψαι, καὶ ἀπέγραψας καὶ ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἄλλους ἐγγυητάς. Requiritur verbum, quod consequentiam aliquam τοῦ ἀπογράψαι indicet. In Cod. Coisl. legitur ἀπογράψας. Hoc admisso scribendum existimo, τὸν σωτῆρα τὸν σαυτοῦ ἐτόλμησας ἀπογράψαι, καὶ ἀπογράψας ἀ π έ κ τ ε ι ν α ς κ α ὶ ἐ κ ε ῖ ν ο ν καὶ τοὺς ἄ. ἐγ. Sic paulo post, ἀπέγραψας καὶ ἀπέκτεινας Ἀθηναίων πολλοὺς καὶ ἀγαθούς. — In *Junci* fr. ap. *Stobae* T. CXVI. p. 597. 1. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὡς πλοῦτόν τε καὶ δόξαν .. verbum desideratur. Scribe: καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐ ῶ, ὡς πλ. Fortasse etiam illud ἐῶ in ὡς abiit, quo deleto, nihil desideraretur. Sic *Muson.* p. 83. 18. ἵνα οὖν ἐῶ τὴν ἀδικίαν. Exempla de hoc verbo *omittendi* sensu usurpato vide ap. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIV. 43. *Wyttenbach.* ad *Plut.* de S. N. V. p. 4. — In Declamatione

*) Locum *Eusebii* ap. *Stob.* T. XXX. p. 211. 6. σῶμα ἀργίη τήκει, ψυχὴν δ' ἀμελετησίη· ἀσκήσιος τῶν αὐτὴν ἀειρόντων πρὸς δὲ θεοδέστατον. frustra tentavit *Gesnerus*, ubi nihil depravatum praeter distinctionem. Scribe: ψυχὴν δ' ἀμελετησίη ἀσκήσιος τῶν ἀ. πρὸς τὸ θεοδέστατον. *animam vero neglecta exercitatio earum rerum, quae eam ad divinam similitudinem extollunt.*

morosi ap. *Liban.* T. IV. p. 617. 3. ἐμὲ δὲ γελῶν, ἐπ' ἐμοί, μᾶλλον δὲ ὅλως γελῶν restitue participium, quod excidit: ἐπ' ἐμοὶ γελῶν. Etiam ap. *Dion. Chr.* Or. XXX. p. 546. 10. ἀλλ' ὡς ἤκουσε γὰρ τὰ ὀνόματα, ἠρώτησεν, εἰ τοὺς Τιμάρχου υἱεῖς λέγω; κἀμοῦ φήσαντος, τούτοιν ἐδήλου, τὸν νεώτερον δὴ λέγων, ἐν Μεσσήνῃ ἔτι εἶναι μετά σου. aliquid excidisse apparet. Scribendum suspicor: τούτοιν ἐδήλου τὸν ἕτερον, τὸν νεώτερον δὴ λέγων, ... *alterum horum puerorum, minorem scilicet, tecum esse dicebat.* Si *Dio* nomen pueri adjecisset, id quod *Reiskius* existimabat, haud facile addidisset, φανερὸς οὖν ἦν, Χαρίδημον ἀπαγγέλλων τεθνηκέναι. In vexato loco Electrae Euripideae v. 27. κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως Μήτηρ νιν ἐξέσωσεν Αἰγίσθου χερός. ut ed. *Victorii* habet, nulla mihi videtur emendandi ratio lenior et facilior, quam si scribas

κτανεῖν σφ' ἐβούλευσ' ὠμόφρων· ὠμὴ δ' ὅμως
μήτηρ νιν ἐξέσωσεν.

Aegisthi saevitia mortem ei meditabatur; sed mater, licet ipsa saeva esset, filium tamen eripuit.

P. 294. *A. III.* 72. *Alexidis* verba ex Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. sic videntur scribenda

γόγγρου δ' ὁμοῦ μέλη
σωρευτά, πιμελῆς ὑπεργέμοντ' ἀεί.

In proximo *Archedici* fragm. V. 4. sqq. verba sic procul dubio distinguenda sunt:

ἀλλά, νὴ τὸν ἥλιον,
κἀμοὶ τράχηλον ἕτερον εἴ ποθεν λαβεῖν
ἦν καὶ πρίασθαι δυνατόν, ὃν ἔχω, τοῦτον, ἄν,
πρὶν εἰσενεγκεῖν ταῦτα δεῦρ', ἀπηγξάμην.

Junge ἀπηγξάμην ἄν. Fit enim interdum, ut ἂν initio ῥήσεως ponatur, ut ap. *Platon.* Phaedo. p. 101. E. σὺ δ' εἴπερ εἶ τῶν φιλοσόφων, οἶμαι, ἃ ὡς ἐγὼ λέγω, ποιοῖς. Vid. *Heindorf.* ad *Platon.* Hipp maj. §. 43. — V. 10. scr. ἀγοράσαιμ', ἀπωλλύμην. — Tum V. 12. fortasse verbis transpositis legendum:

οἴμοι, διαπυτιοῦσι δὲ τοιοῦτον χαμαί.

Omisi οἶνον, quod ex interpretamento est additum.

P. 295. *E. III.* 79. *Eubuli* fragm. quod depravatissimum est, sic fortasse restitui potest:

τήν τ' εὐπρόσωπον αἶρε λοπάδα τοῦδε τοῦ
θαλαττίου γλαύκου, φέρουσαν ε ὐ γ ε ν ὲ ς
μ έ ρ ο ς, λάβρακά θ' ἑφθὸν ἕν γ' ἅλμῃ μίᾳ.

Pro εὐγενέστερον λάβρακα θ' ἑ. ἅλμῃ μίαν. *Generosa* illa *pars* glauci caput erat, quod plurimi faciebant harum lautitiarum intelligentes. Sic in proximis *Anaxandrides* πολυτελὲς τμητὸν μέγα γλαύκου πρόσωπον. — In *Nausicratis* fragm. P. 296. A. III. 80. quod, ut cl. Editor in Addendis monuit p. 447. *Porson* emaculavit in Append. Not. ad Toup. Em. T. IV. p. 447. nec φησὶν verum est, nec φασίν, quod *Porson* resecuit, sed scribendum:

. . . δύο μὲν φύσιν ἁπαλοί τε καὶ καλοί,
ἐπώνυμοι τοῦ ναυτίλοισι πολλάκις
ἤδη φανέντος.

In historia de Glauco, quem hi versus designant P. 297. A. III. 84. obscuriora sunt verba, θηρῶντα δὲ περὶ τὴν Ὀρείην... λαγὼν θηρᾶσαι,

ὃν λειποθυμοῦντα ὑπὸ τῆς διώξεως ἀπαγαγεῖν ὑπὸ κρήνῃ τινί, καὶ τῇ παρακειμένῃ πόᾳ ἤδη ἀποψυχόμενον ἀπομάσσειν. quibus lux accedet, si legeris: ἐπαγαγεῖν αὐτὸν κρήνῃ τινί.

P. 299. E. III. 94. *Antiphanis* fr. V. 7. οὕτως ἔσθ' ἅγιον παντελῶς τὸ θηρίον. Frustra tuetur cl. Editor dactylum in secunda senarii sede, quam *Koppiers* tollere conabatur, scribens οὕτως ἅγιον γε... nec hoc probandum. Scribe potius

οὕτως σφιν ἅγιον παντελῶς τὸ θηρίον.

σφὶν referendum ad Aegyptios, qui anguillam inter deos retulisse dicuntur. Horum superstitionem ridens *Timocles* P. 300. A. B. III. 95. πῶς ἂν μὲν οὖν σώσειεν ἶβις ἢ κύων; ubi docti quidam viri πῶς ἄν τιν' οὖν.. scribi mallent. At ejusmodi quid si requiratur, multo rectius scripseris

πῶς ἂν μὲν οὖν σώσειέ τιν' ἶβις ἢ κύων;

P. 301. A. III. 99. *Alexidis* verba in tetrametros trochaicos digerendos esse nullus dubito

καὶ γὰρ ἑψητοί τινες παρῆσαν ἡμῖν δαιδάλεοι
πῶς; τὰ γὰρ καλὰ πάντα Δαιδάλου καλοῦσιν ἔργ' ἀεί.

In his praeter verborum distinctionem nihil mutavi nisi ἔργα in ἔργ' ἀεί, quo vitii genere nihil est ap. Nostrum frequentius. Vide supra ad L. II. p. 56. C.

P. 302. A. III. 103. *Archestratus* V. 4. 5. quod olim in his legendum conjeci Ῥήγιον εἰς ὑδατοστεφάνους, nunc ex parte tantum probo. In Ἑρπετὸν aliud quid latere suspicor. Notanda

est verborum collocatio Ἰταλίας ἱερᾶς Ἱππώνιον, quae, praesertim accedente praepositione, doctos viros interdum fefellit. Sic *Herodotus* I. 62. καὶ πρῶτον τῆς Ἀττικῆς ἴσχουσι Μαραθῶνα. V. 83. ἱδρύσαντο τῆς σφετέρης χώρης ἐς τὴν μεσόγαιαν. VIII. 93. φεύγοντας γίνεσθαι τῆς Σαλαμινίης κατὰ τὸ ἱρὸν Ἀθηναίης. Ad idem structurae genus referendus est locus *Antonini Liber.* c. 44. p. 22. ed. *Verh.* Κραγαλεὺς ᾤκει γῆς τῆς Δρυόπιδος παρὰ τὰ λουτρὰ τὰ Ἡρακλέους. et Ib. c. 20. τῆς λεγομένης Μεσοποταμίας περὶ Βαβυλῶνα πόλιν ᾤκησαν. de quibus minus recte statuebat eruditissimus *Bast* in Epist. ad Boisson. p. 74. ut nec de alio loco c. 31. ἀφίκοντο τῆς Ἰταλίας παρὰ τὴν Ἀδρίαν. in eadem Epist. p. 138. *Diodor. Sic* IV. 74. Τάνταλος κατῴκει τῆς Ἀσίας περὶ τὴν νῦν ὀνομαζομένην Παφλαγονίαν. Crebro sic *Xenophon.* Hellen. I. 1. 22. I. 6. 12. ἔπλευσε τῆς Λέσβου ἐπὶ Μήθυμναν. I. 6. 26. ἐδειπνεῖτο τῆς Λέσβου ἐπὶ τῇ Μαλέᾳ ἄκρᾳ. II. 1. 15. ἀνήχθη τῆς Καρίας εἰς τὸν Κεράμειον κόλπον. II. 1. 20. ὡρμίσαντο τῆς Χεῤῥονήσου ἐν Ἐλεοῦντι. VI. 2. 31. ἐτύγχανεν ὢν τῆς Λακωνικῆς περὶ τὰς Σφαγίας.

P. 302. *C. III.* 104. Versus *Theodoridae* Syracusani θύννοι τε δὴ οἰστρήσοντι Γαδείρων δρόμον. fortasse sic olim scriptus fuit

θύννοι τε διοιστρήσοντι Γαδείρων δρόμον

Thynni per fretum Gaditanum feruntur. — De thynnorum clavibus, κλεισίν, *Aristophan.* P. 303. B. III. 107. V. 3. αἷς τὰς θύρας κλείουσι; β. θύννου μὲν οὖν. versum justo breviorem sic correxerim

αἷς τὰς θύρας κλείουσι; β. τοῦ θύννου μὲν οὖν.

Mox C. 108. μνημονεύει δὲ τοῦ θύννου καὶ Αἰσχύλος, λέγων· σφύρας δέχεσθαι κἀπιχαλκεύει λέγων Μύδρους, ὃς ἀστενακτὶ θύννος ὡς ηὔχετο Ἂν λυδός. Sic haec exhibentur in membranis mendosissime. Ut metri ratio quodammodo constet cl. Editor μύδρους remotum velit, in quo conatu me sibi consentientem non habet. Scribo potius: μνημονεύει δὲ τοῦ θύννου καὶ Αἰσχύλος·

λέγων
σφύρας δέχεσθαι κἀπιχαλκεύειν μύδρους,
ὃς ἀστενακτί, θύννος ὥς, ἠνέσχετο
ἄναυδος.

fortasse etiam rectius ὁ δ' ἀστενακτί· sed hoc incertum; reliqua, ut mihi quidem videtur, certissima sunt. ἠνέσχετο ἄναυδος. *ictus illos pertulit ne mussans quidem.* *Eurip.* Phoen. 40. ὁ δ' εἶρπ' ἄναυδος.

P. 304. T. III. 110. *Antiphanes*: ὁ μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος Θαλάττιον οὗτος οὐδὲν ἐσθίει. Prioribus verbis cur ἐν interponatur causam idoneam video nullam; nam in ἀγρῷ prior syllaba potest produci. Sed quomodo ὁ μὲν et οὗτος in eodem orationis membro consistere possunt? Fortasse legendum

ὡς μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος
θαλάττιον οὗτος οὐδὲν ἐσθίειν θέλει.

θέλει post ἐσθίειν facile praeteriri potuit. V. 4. satius erat corruptissima verba τὰ πρὸς τῇ ποίᾳ, sive, ut est in Cod. a., της ποια intacta relinquere, quam incerta lectione versum etiam magis corrumpere. In syllabis προς τη ποια. *unum* vocabulum

latere vix dubitem. — V. 6. τὸ δ' ἵνα ἐσθίεις. ubi Cod. δ' ἐσθίῃς habet, fere sic correxerim

τί δ'; ἢ τάχ' ἂν ἐσθίοις;

V. 8. si metrum vis constare, dele γάρ· ἀγρίως γε. παρὰ λίμνην γεωργῶν τυγχάνω. — P. 305. E. III. 117. in *Archestrati* V. 2. τὸν κάπρον γ' ἂν ἐσίδῃς. scribe

τὸν κάπρον ἂν γ' ἐσίδῃς.

P. 310. *A. II.* 135. *Theognis* V. 3. δείπνου δὴ λήγοιμεν. scripsisse videtur, κηδοίμεθ'. Od. ξ. 4. ὅ οἱ βιότοιο μάλιστα Κήδετο οἰκήων, οὓς κτήσατο δῖος Ὀδυσσεύς. Ib. τ. 23. οἴκου κήδεσθαι καὶ κτήματα πάντα φυλάσσειν. — Mox ap. *Archestratum* V. 6. ὅσσα δ' ἂν ἐκ λοπάδος κοίλης πληρώμασι ἐψῇς. scribe

λοπάδος κοίλης πλευρώμασιν ἑψῇς.

Aeschyli Choëph. v. 680. νῦν γὰρ λέβητος χαλκέου πλευρώματα.

P. 313. *B. C. III.* 147. *Antiphanis* verba paulo aliter legenda et personis distribuenda puto, ac vulgo fieri solet. Dixerat prior, se omnes majores pisces ἀνθρωποφάγους putare. Tum alter

τί φής, ὦ φίλτατε,
ἀνθρωποφάγους; πῶς; α. οὓς γ' ἂν ἄνθρωπος φάγοι
δηλονότι· ταῦτα δ' ἐστί....

Vulgo πῶς οὖν ἄνθρ. φ. Et sic iterum scribendum existimo L. VIII. p. 358. F. ubi haec Ecloga paulo plenius profertur.

P. 315. B. III. 154. *Numenius:* τοῖσί κεν εὐμαρέως θαλάμης ἀπὸ μακρὸν ἀείροις Σκόρπιον, ἢ ὀρφὸν περιτρηχέα· τῶν γὰρ ἐπ' ἄκρης. Primum scribe ἄπο. Tum novissima verba, quae cl. Editor mutavit in εὐαγροῖς, sic minore mutatione correxerim

τῶν γὰρ ἐπακτήρ.

ἐστὶ scil. De animalculo quodam agitur, quo piscatores escae loco utebantur, quum scorpios venarentur orphosve. *Horum* igitur *piscium venator* illud appellatur. Utitur hoc vocabulo *Homer.* Ιλ. ρ. 135. *Apollon. Rhod.* I. 625. V. *Interpp. Hesych.* T. I. p. 1308. 18.

P. 316. B. III. 158. *Aristophanes* in Δαιδάλῳ. Scribe

τὸν πολύπουν ἐμοὶ
ἔθηκε.

Quod sequitur fr. *Amipsiae* sine ullo alio adminiculo recto stat talo, modo cogitaveris, esse partem tetrametri trochaici, cui duo priores pedes detracti sunt

δεῖ μέν, ὡς ἔοικε, πολλῶν πουλύπων.

P. 319. A. III. 170. *Timocles* sive *Xenarchus* V. 1. εἶθ' ἁλιεὺς ὢν ἄκρος.. Bene cl. Editor tuetur εἶθ', quod hoc loco insignem habet vim et elegantiam, quam illustravit *Kuster* ad *Aristoph.* Plut. 79. *Valcken.* ad Phoen. p. 205. et in Diatr. p. 158. Sed ferri nequit dactylus in quarta senarii sede. Scriptum fuisse videtur:

εἶθ' ἁλιευτὴς ὢν ἄκρος.

Εἶτα obliteratum videtur in fr. *Alexidis* ap. *Stobae.* LXI. p. 387. 36. εἶτ' οὖν μέγιστός ἐστι τῶν θεῶν Ἔρως. ubi scribo

εἶτ' οὐ μέγιστός ἐστι τῶν θεῶν Ἔρως;

Etiam in fr. *Hermetis* ap. *Eund.* T. IX. p. 138. 14. ἔστι δὲ οὐδὲν ἀληθὲς ἐπὶ τῆς γῆς. τοῦτο ἀληθές ἐστι τὸ μὴ εἰδέναι μηδὲν ἀληθές. fortasse scribendum: εἶτ' οὖν ἀληθές ἐστι τὸ μὴ εἰδ. μ. ἀληθές; *Liban.* in Apol. Socr. T. III. p. 46. 7. τοῦτ' ἴδιον Σωκράτους ἔθος· τί πολλάκις ἐξείλετο τὴν πόλιν κυβερνητῶν ἀπείρων, οὗτος ἀργῶν Ἀθήνησι διαγέγονεν; Sic vulgo. Tu verba inquinatissima sic corrige: τοῦτ' ἴδιον Σωκράτους. εἶθ' ὅστις πολλάκις... *Jam is, qui urbem saepe e manibus imperitorum rectorum eripuit, desidiosam vitam Athenis transegisse dici poterit?*

P. 324. C. *III.* 191. *Alexis.* V. 2. τῶν δὲ τὰς μὲν πλεκτάνας Καὶ τὰ πτερύγια συντεμών, ἑφθὰ ποῶ. Metrum in novissimis his vocibus vacillans, sic fortasse restitueris

καὶ τὰ πτερύγια συντεμὼν ἕφθ' ἀρτύω.

Anthippus L. IX. p. 404. D. ὅταν ἐγγύς· ἦν δ' ὅδ' ὕστερος, ἀρτύω φακῆν. ubi mallem legi: ὅταν ἐγγὺς ᾖ γ'· ἦν δ' ὕστερος ἀρτύω φακῆν.

P. 326. E. *III.* 201. In *Alexidis* fr. V. 2. est hypermeter: κρεάδι', ἐντερίδι'· ἀλλὰ τὰς μὲν τευθίδας... Scribendum suspicor

κρεάδι', ἔντερα, κἄλλα· τὰς μὲν τευθίδας..

P. 328. B. *III.* 207. *Eupolidis* fragm. sic constituerim:

> δραχμῶν ἑκατὸν ἰχθῦς ἑωνήμην, μόνον
> ὀκτὼ λάβρακας, χρυσόφρυς δὲ δώδεκα.

pro ἑωνημένος μόνον. V. 2. vulgo δὲ desideratur; quod tamen manifeste inest in lectione Cod. A. χρ. δέδωκα. Nulla vocularum omissarum causa frequentior, quam si plures syllabae, ab iisdem literis incipientes, sese invicem excipiunt. Ap. *Xenoph.* Hellen. II. 1. 5. unice probo lectionem marg. *Stephan.* καὶ μισθὸν ἑκάστῳ μηνὸς διέδωκε. pro vulg. δέδωκε. ut mox §. 15. μισθὸν διαδοὺς τῇ στρατιᾷ. Idem vitium ap. *Polybium* VII. 16. 7. sustulit *Reiskius*, διέδωκε λόγον scribens pro δέδωκε.

P. 328. *F. III.* 210. In *Platonis* loco, qui vulgo inquinatissimus est, hariolantes tantum versari possumus. Membr. Venetae sic habent: ἁλιευόμενός ποτ' αὐτὸν εἶδον ἀνδράχμη Μετὰ πρημνάδων· κἄπειτ' ἀφῆκεν ὅτι ἦν βόαξ. De homine clamoso et vocali agi suspicor; unde legendum existimo

> ἁλιευόμενός ποτ' αὐτὸν εἶλον ἀδρανῆ
> μετὰ πρημνάδων, κἄπειτ' ἀφῆχ' ὅτι ἦν βόαξ.

Is qui loquitur, se illum aliquando cepisse fingit *inter premnadas* (quod ad hominis ὀψοφαγίαν videtur referendum) *debilem et ignavum;* sed se eum dimisisse, quod videret eum esse ex *clamosorum* genere. Voce ἀδρανὴς usus est *Posidipp.* Ep. XVI. *Pallad.* Ep. CXLI. *Dio Chr.* Or. XII. p. 386. 22. ἐπειδὰν γὰρ ἐκπέσῃ τῆς γαστρὸς νωθρόν τε καὶ ἀδρανὲς τὸ βρέφος. ubi paulo post legerim: ὥςπερ εἴ τις ἄνδρα Ἕλληνα ἢ βάρβαρον μυεῖσθαι παραδώσει εἰς μυστικόν τινα μυχόν. pro vulgato παραδούς, quod participium non habet, unde pendeat.

Liber octavus.

P. 335. *A. III.* 235. In fragm. *Pherecratis* unice probanda est *Dalecampii* interpretatio, cui cl. Editor horum verborum distinctionem accommodavit in Animadversionibus. Sed ne metrum claudicet, scribe

μηδέποτ᾽ ἰχθῦν, ὦ Δευκαλίων,
μήδ᾽, ἢν αἰτῶ, παραθῇς μη.

unde paroemiacus efficitur omnibus numeris absolutus.

P. 335. *C. III.* 236. *Aeschrion* V. 4. χλεύην τε ποιεῦ. Sic loquitur *Heliodor.* VI. 3. καὶ ὅς, ταὐτὰ μὲν κἀκείνη, ἔφη, χλεύην ἐμὲ συνήθως καὶ τὰ ἐμὰ πεποίηται. Sic haec scribenda videntur pro ταῦτα μὲν ἐκείνη... In eodem capite juvenis, qui loquitur, dixisse videtur: ἀλλά μοι ζημία καὶ μόχθος, ἐὰν μὴ ἐπιτάττῃ μέγα ἢ μικρὸν Ἰσιάς. non ὃ ἂν μὴ ἐπ. sive, quod latinus interpres videtur legisse, ὃ ἄν μοι... Non, quae imperat puella, amatori difficilia videntur et gravia, sed potius, si nihil imperaverit, id ipsum, quod ingrato fruatur otio, pro aerumna habet. Denique ibidem lego: ἐκείνῃ καὶ νυνὶ δὴ θέω. pro νυνὶ δὲ θέω.

P. 336. *C. III.* 239. In *Amphidis* fr. V. 3. μάταιός ἐστιν ἔργῳ ἐμοὶ καὶ τοῖς σοφοῖς Κριταῖς ἅπασιν. Sic cl. Editor hunc locum exhibuit, membranarum secutus vestigia, in quibus habetur ἐστὶν ἔργ' ἐμοί. alii ἔργα et ὥςγ' ἐμοί. Nihil horum est verum, sed scribendum

μάταιός ἐστιν ἔν γ' ἐμοὶ καὶ τοῖς σοφοῖς
κριταῖς ἅπασιν.

Hujus lectionis interpretamentum est ὥς γ' ἐμοί. quod habetur in *Sophocl.* Aj. 395. ad quem locum conf. *Suid.* T. II. p. 769. et *Toup.* Em. ad. Suid. T. I. p. 298. sq. *Euripid.* ap. *Stobae.* T. XXXVIII. p. 226. 28. ὡς ἔν γ' ἐμοὶ κρίνοιτ' ἂν οὐ καλῶς φρονεῖν Ὅστις πατρῴας γῆς ἀτιμάζων ὅρους Ἄλλην ἐπαινεῖ. quem locum cum aliis excitavit *Valcken.* Hippol. 324. p. 198. A. — Alius est usus praepositionis ἐν, ubi significat, *penes aliquem esse*, ut passim ap. *Herodot.* L. III. 85. εἰ μὲν δὴ ἐν τούτῳ τοι ἔστι ἢ βασιλέα εἶναι ἢ μή. L. VI. 109. ἐν σοὶ νῦν ἔστι ἢ καταδουλῶσαι Ἀθήνας ἢ ἐλευθέρας ποιήσαντα μνημόσυνα λιπέσθαι ἐς τὸν ἅπαντα ἀνθρώπων βίον. L. VIII. 118. ἐν ὑμῖν γὰρ οἶκε ἐμοὶ εἶναι ἡ σωτηρία. *Heliodor.* L. I. 2 ἐν σοὶ τὰ ἐμὰ σώζεσθαί τε καὶ μή. *Aristoph.* Lysistr. 30. ἐν ταῖς γυναιξὶν ἔστιν ἡ σωτηρία. et statim: ὡς ἔστ' ἐν ἡμῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα Ἢ μηκέτ' εἶναι, ἢ Πελοποννησίους. Unde ap. *Libanium* T. IV. p. 129. 20. legendum, ὅταν ἔδωσιν ἐξ ὑμῶν προελθοῦσαν τὴν ἄδειαν, ἐν οἷς ἔστι, κυρίου ἢ μὴ τῆς πόλεως ὑπάρχειν τοὺς νόμους. ubi vulgo μὴ desideratur.

P. 336. *F. III.* 241. *Alexidis* fr. V. 8. ἀρεταὶ δὲ, πρεσβεῖαί τε καὶ στρατηγίαι Κόμποι κενοὶ ψο-

φοῦδιν ἀντ' ὀνειράτων. Color est ut ap. *Euripidem* in Cycl. 315. ὁ πλοῦτος, ἀνθρώπισκε, τοῖς σοφοῖς θεός· Τὰ δ' ἄλλα κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι. Hecuba in Tragoedia cognomine v. 626. honores contemnens et divitias, ἄλλως φροντίδων βουλεύματα, Γλώσσης τε κόμποι. *Arrian.* Diss. Epict. II. 6. ψόφος καὶ κόμπος κενῶν ὀνομάτων. *Dionys. Hal.* T. II. p. 205. 29. ψόφοι ταῦτ' ἐστὶ καὶ διθύραμβοι, κόμπον ὀνομάτων πολύν, νοῦν δὲ ὀλίγον ἔχοντες. Cf. *Bergler* ad *Alciphr.* p. 236. *Plutarch.* T. II. p. 458. D. καὶ τὸν Νεοπτόλεμον ὁ Σοφοκλῆς καὶ τὸν Εὐρύπυλον ὁπλίσας ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητα, φησίν, ἐῤῥηξάτην. Fortasse scribendum

> κομπάσματ' ἀλοίδορα
> ἐῤῥηξάτην . . . .

grandia verba, sed sine conviciis, jactabant. ἀλοίδορα est ap. *Aeschyl* in Agam. 421. Ap. *Eundem* T. II. p. 707. E. scribendum videtur:

> ὦ γλῶσσα, μέτριον εἴ τι κομπάσαι θέλεις,
> ἐξεῖπε.

Caeterum ap. *Alexidem* haud scio, an pro ἀρεταὶ scriptum fuerit:

> ἀρχαὶ δὲ...

quod caeteris, quae enumerantur, videtur accommodatius Apud *Diotogen. Pyth.* in *Stobae.* Flor. T. XLIV. p. 329. 45. ὥστε ὅς τις βασιλεὺς σώφρων περὶ τὰς ἡδονάς, κοινωνικός τε περὶ τὰ χρήματα, φρόνιμος δὲ καὶ δεινὸς περὶ τὰν ἀρχάν, οὗτος κείη καττὰν ἀλάθηαν βασιλεύς. ex praecedentibus apparet scribendum esse περὶ τὰν ἀρετάν.

P. 337. *D. III.* 243. Ap. *Machonem* V. 9. πῶς ἂν οὖν ἐνταῦθ', ἔφη, Δύναιτο καταγώγιον ἐξευρεῖν τις, οὗ Καὶ τοὺς θεοὺς φάσκουσιν οἰκεῖν σύνδυο. Ad versum medium implendum, qui justo est brevior, cl. Editor τι inseruit post δύναιτο. Fortasse recte. Paulo tamen expressior fuerit antithesis, si legatur

δύναιτ' ἀνὴρ καταγώγιον ἐξευρεῖν τις...

ἀνὴρ pro ἄνθρωπος passim est ap. *Pindar.* Olymp. α. 55. ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν Ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά. Ib. 102. εἰ δὲ θεὸν Ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λασέμεν ἔρδων ἁμαρτάνει. *Sophocl.* Oedip. Colon. 566. ἐπεὶ Ἐξοῖδ' ἀνὴρ ὤν, χὤτι τῆς ἐςαὔριον Οὐδὲν πλέον μοι σοῦ μετέστιν ἡμέρας. Vide *Herm.* ad *Viger.* p. 718. nr. 66. Possit etiam scribi

δύναιτο βροτὸς καταγώγιον ἐξευρεῖν τις...

P. 338. *B. III.* 246. *Mnesimachi* versus sic fortasse scribendi sunt:

οὐκ, ἀλλὰ καὶ τῆς νυκτὸς ἐστὶ Δωρίων
ἔνδον παρ' ἡμῖν ὁ λοπαδοφυσητὴς ἀεί.

Pro Δωρίων ἔνδον ἐστὶν παρ' ἡμ. λοπ. Articulus abesse non poterat.

P. 338. *E. III.* 248. Priores Eclogae *Antiphanis* versus sic legendos esse suspicor:

τὰς σηπίας δὸς πρῶτον· Ἡράκλεις ἄναξ,
ἅπαντα τεθολώκασιν· οὐ βαλεῖς πάλιν
εἰς τὴν θάλατταν καὶ πλυνεῖς; μὴ φῶσί σε,
Δωριάς, ἀλούτους σηπίας εἰληφέναι.

Vulgo V. 4. ἀλλ' οὐδέ. Cod. A. ἄλλους i. e. ἀλλους. in qua lectione nostra emendatio manifeste continetur. Nec aliud quid praecedentia postulant. — V. 23. cum Cod. A. offerret, χωρὶς Θεανοῖ δ' εὑρέθη κἀντιῤῥόπους, emendavi, ne litera quidem mutata

χωρὶς Θεανοῖ δεῦρ' ἔθηκ' ἀντιῤῥόπους.

quod cl. Editor in textu posuit. Alia quaedam hujus generis loca in superioribus emendare conati sumus; alia hoc loco addere liceat. Quaedam sunt ap. *Stobaeum* prava syllabarum aut conjunctione aut distractione corrupta. *Eusebius* in Flor. IV. p. 58. 23. de incredibili quorundam contra omnia disputandi furore agens, ὁπότε πολλοὶ οὔτε δέονται καὶ κατὰ τῶν σπουδαιεστάτων καὶ τῶν οὐ χρὴ, τῷ χείρονι λόγῳ νικᾷν. Scribe: οὐκ αἰδέονται. *) — Ap. *Eund.* T. VII. p. 88. 28. Γοργόνη Λακεδαιμονία ἡ Λεωνίδου γυνή. Legendum: Γοργὼ ἡ Λακεδαιμονία. — Egregie *Grotius* emendavit versum *Antiphanis* ap. *Eund.* T. LVII. p. 376. pro πλείστην θάλατταν corrigens πλεῖς τὴν θάλατταν. Sed in praecedentibus summo viro emendandi conatus minus bene successit. Scribo:

δύστηνος ὅστις ζῇ θαλάττιον βίον·
τῶν γὰρ πλεόντων ζῇ τις; ἕκατον στάδια
ἐλθεῖν ποσὶν δὴ κρεῖττον ἢ πλεῦσαι πλέθρον.
πλεῖς τὴν θάλατταν σχοινίων πολουμένων;

*) Idem vitium tollendum fortasse in *Alciphr.* L. II. Ep. III. p. 299 κἂν βαρυθύμως ἔχῃ δεδάκρυκά· καὶ πρὸς ταῦτ' οὐκ ἔθ' ὑπομείνασα τὰς ἐμὰς λύπας δεῖται λοιπόν. Legerim: τὰς ἐμὰς λιτὰς αἰδεῖται λοιπόν. *Eurip.* Med. 329. οὐδὲν αἰδέσῃ λιτάς; Heraclid. 102. θεῶν ἱκτῆρας αἰδεῖσθαι. *Meleagr.* Epigr. XXXII. πόθον κοίμισον, αἰδεσθεὶς Μοῦσαν ἐμὰν ἱκέτιν.

Vulgo ζητεῖ ἕκατον στ. et ἐλθεῖν που δὴ κρ. — *Menander* ap. *Eund.* T. LX. p. 384. τὸ δ' εὖ κελευόμενον μέν ἐστιν ἀσφαλέστατον Δουλοποιεῖν ὥς φασιν. Nihil de hoc loco *Bentlejus* monuit; nec *Grotius* eum sanavit. Scribendum videtur

τὸ δ' οὖν κεκελευσμένον
μέγ' ἐστιν ἀσφαλέστατον δούλῳ ποιεῖν,
ὥς φασιν.

In *Ejusdem* poëtae fragm. ap. *Eund.* p. 440. 29. ὅστις δὲ μοχλοῖς καὶ διὰ σφραγισμάτων Σώζει δάμαρτα, δ' ἀνδρὶ δὴ δοκῶν σοφόν, Μάταιός ἐστι. scribo sine haesitatione:

σώζει δάμαρτα, δρᾷν τι δὴ δοκῶν σοφόν.

Amphis ap. Nostr. L. X. p. 448. B. διαλελογίσθαι, δρᾷ τι καὶ νεανικόν. *Antisth.* in Or. Ulyss. Or. Gr. T. VIII. p. 60. οὐ γὰρ δοκεῖν ὁ πόλεμος, ἀλλὰ δρᾷν ἀεὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ φιλεῖ τι. — In alio *Menandri* fr. ap. *Stob.* T. CVI. p. 570. 24. pro ὧν δὲ μὴ αἴτιος τρόπος τρ. scribe:

ὧν δὲ μεταίτιος τρόπος
ὁ γ' ἀπὸ τῆς τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τὸν εὐγενῆ.

Jungo ὁ τρόπος ὁ ἀπὸ τῆς τύχης, nota periphrasi. *Quae mala nobis fortunae mores pariunt, ea vir nobilis generoso animo ferre debet.* — *Juncus* ap. *Stobae.* T. CXIV. p. 587. 24. τὸ μὲν ἐθέλειν μετὰ σπουδῆς οὑτινοσοῦν τυγχάνειν, δι' ἁμαρτίας ἑπομένης, λύπην ἐπάγει. Scr. διαμαρτίας. *si spes frustratur.* V. *Stephan.* Thes. Gr. L. T. I. p. 388. C. — Mox ap. Eundem lego: καὶ γὰρ ἧττον ἐσθίων ἢ πίνων ὁ πρεσβύτης, ἀφροδισίων

δὲ ἀπεχόμενος, ὥσπερεὶ ἱεροφάντης ἀλύπως διάκειται. Vulgo ὥσπερ τε ἱερ. Obiter moneo in eadem Ecloga l. 49. scribendum videri: κατεγέλασα δὲ μικρῷ πρόσθεν τοῦ εἰρημένου περὶ τῆς τῶν γερόντων δυσμορφίας. pro καταγελάσας, quae lectio frustra lacunae suspicionem movit. — In Fabul. *Gabriae* nr. 356. ed. *Hauptm.* de Sole et Ranis, lege:

εἰ γὰρ μόνας τρέμοιμεν αὐγὰς ἡλίου,
τίς, εἴγε τεκνώσει τι τοῦτο βαστάσει;

pro vulgato τρέμοι μέν, et τεκν. βαστ. τοῦτον. Huic fabulae adduntur verba: πρὸς τοὺς ἐπὶ ἰδίᾳ βλάβῃ ἀγνωσίᾳ χαίροντας. Sic scribe, non ἀγνωσίας. Minus recte hunc locum tractavit *Lessing* in Opp T. II. p. 239. — Ap. *Eund.* T. IV. p. 781. 8. ἀλλὰ κινδυνεύει σου τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι. scribe: ἀλλὰ κινδυνεύεις οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι. ut ap. *Platon.* de Rep. L. I. p. 329. B. δοκοῦσιν οὗτοι οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι. Vide *Heindorf.* ad Platon. T. II. p. 247. — Non minus certa emendatione ap. *Eund.* T. IV. p. 836. πόσον οὐκ ἐλούσω, φησί, χρόνον, ὦ βέλτιστε· ἐμοὶ μὲν γάρ, νὴ τὴν Ἀφροδίτην, δοκεῖς ἐξότου παρεγένου. scribe: ἐξ ὅτου περ ἐγένου. quod ductum est ex *Aristoph.* Plut. 84. ἐκ Πατροκλέους ἔρχομαι, ὃς οὐκ ἐλούσατ' ἐξ ὅτου περ ἐγένετο. — Ibid. T. IV. p. 840. 2. scribe, σὺ μὲν, ὦ βέλτιστε, φιάλην ἀργυρᾶν ἢ χρυσῆν πληρώσας ἵν' ἥδιω πίω περίμενε. pro ἡδιοπίω. — Ap. *Dion. Chrys.* Or. LX. p. 310. 22. ἡ δὲ Δηϊάνειρα ἀκούσασα οὐ παρέργως τοῖς λόγοις προσεῖχεν, ἀλλὰ ἐνεθυμεῖτο, ὡς ὀρθῶς λέγοι ὁ Κένταυρος, ὥσπερ εἰκὸς ἦν· καὶ βουλομένη τὸν ἄνδρα ὑφ' ἑαυτῇ ἔχειν. *Reiskius* ἅτε β. legendum existimabat. Altius vulnus latere videtur. Fortasse

scribendum: ὥσπερ εἰκὸς γυναῖκα βουλομένην τὸν ἄνδρα... sive εἰκὸς ἦν γυναῖκα.. ut ἦν proximam syllabam γυγ expulerit. Ap. *Eund.* Or. XXXI. p. 590. 10. πρὸς τοῦ Διός, εἶθ' ἃ καὶ τούτων δεχομένων, οὐκ εἰκὸς ἦν, ἀφαιρεῖσθαι τοὺς μὲν πρόσθεν εἰληφότας, ταῦτα ἀφαιρούμεθα τοὺς ἔχοντας, οὐδ' ἑτέροις διδόντες. scribendum videtur, τοὺς ἔμπροσθεν εἰληφότας. *eos qui antea acceperunt.* — In *Ejusd.* Or. XLIX. p. 252. 20. ἢ εἴ τις ἀμελήσας τῶν ἑαυτοῦ γονέων ἀλλοτρίους ἐθέλοι προκειμένους ἂν αἴσθηται πλουσιωτέρους ἐκείνους ἢ μᾶλλον ἐνδόξους. lego: ἐθέλοι προκρῖναι οὓς ἂν αἴσθηται πλ. ἢ κείνους ἢ μ. ἐνδ. Unum addam locum *Xenophontis* in Hieron. c. II. 5. p. 175. τὸ μὲν οὖν πλῆθος περὶ ΤΟΥΤΟΥ ΛΕΛΗΘΕΝΑΙ, ὥσπερ εἶπον, οὐ θαυμάζω. ubi depravata verba sic correxerim: περὶ ΤΟΥΤΟΥ ΟΥΔΕΝ ΕΙΔΕΝΑΙ. quibus verbis optime respondent sequentia, τὸ δὲ καὶ ὑμᾶς ταῦτ' ἀγνοεῖν.. τοῦτ' ἐμοὶ δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι.

P. 339. *F. III.* 252. *Timoclis* V. 5. facile impleveris ὄμμασιν adjiciens; sed vera ejus restituendi ratio haec est:

ὧν ἔλεγεν, ἐπένευον διακενῆς· τῷ δ' ἄρα
βλέπουσι χωρὶς καὶ δοκοῦσιν αἱ κόραι.

P. 340. *D. E. III.* 255. *Theophili* locus, qui mutilus est, sic fortasse restitui debet:

παῖς δὲ Φιλοτίμως πρὸς αὐτὸν τῶν νεανικῶν τινα
ἐγχελύων ποτὲ παρατέθηκε· τῷ δὲ πατρὶ τευθὶς ἦν
— — — χρηστή· πατρίδιον, πῶς ἔχεις πρὸς κάραβον;
ψυχρός ἐστιν, ἄπαγε, φησί, ῥητόρων οὐ γεύομαι.

Veram puto V. 1. quam dedi lectionem νεανικῶν,

quo ducit Cod. lectio νεανίσκων. *filius sibi aliquando unam majorum illarum anguillarum apposuit; patri autem loligo erat.* V. 2. ἐγχελύων feci ex vulgato ἐγχέλυον, quod in Cod. ἐγχέλιον exhibetur. Lacunam, quae est V. 3. sic fortasse impleveris:

οὐ πάνυ χρηστή...

Sed hoc incertum, praesertim quum tota haec historia obscura sit.

P. 342. *E. III.* 262. *Antiphanis* fr. V. 5. membranae habent: ἄνδρες πάλαι ὀψοφάγοι τοιοῦτοί τινες. quae monstra sic fortasse expianda sunt:

ἄνδρες παλαιὸν ὀψοφαγίστατοί τινες.

certe syllabae τατοι facile abire potuerunt in τοιουτοι. V. 19. pro τοιαῦτα φλῶν rectius fortasse scripseris τοσαῦτα. — Tum V. 20. nihil est verius emendatione *Koppiersii*, γάμοι δ' ἐκείνοις καὶ πότοι νεανικοὶ Ἦσαν. Sic *Alexis* p. 170. C. λοπάδα νεανικήν. *Et illi* (Matro et Diogiton) *jam splendida convivia celebrant, et compotationes magnificas.* Hic est verus horum verborum sensus, a quo *Grotius* prorsus aberravit. γάμοι non *verae* sunt *nuptiae*; sed *epulae*, quales in nuptiis parari solent.

P. 344. *D. III.* 269. V. 4. εἷς γὰρ μόνος ὤν. *Aristoph.* Plut. 1054. ἐὰν γὰρ αὐτὴν εἷς μόνος σπινθὴρ λάβῃ Epigr. ἀδεσπ. 649. μούνῳ ἐνὶ ζώνην ἀνέρι λυσαμένη. Vide *Schaefer* Meletem. crit. p. 19. sq. Dio Chr. Or. LXXVII. p. 416. 20. οὐδὲ γὰρ εἰπεῖν ἔστιν, ἡλίκων ἂν καὶ ὅσων μισθῶν τυγχάνοι, εἰ μόνος ἐν τοσούτοις νοσοῦσιν ἱκανὸς ὢν ἰᾶσθαι. Scribe sine haesitatione, εἷς μόνος. — Mox E. in *Platonis* fr. de orpho

ὃν οὐθ' ὡς φίλος Μυνίσκος ἔσοθ' ὁ Χαλκιδεύς.

sic membranae corruptissime. Scriptum fuisse suspicor

ὃν οὐδ' ὁ σιφλὸς Μυνίσκος ἔδεθ' ὁ Χαλκιδεύς.

quem nec Myniscus helluo comedet. Hoc sensu σιφλός, quod h. l. priorem corripit, ut τυφλὸς passim, occurrit ap. *Oppian.* Hal. III. 189. ἡ γὰρ ἀεὶ πλωτῶν σιφλὸν γένος. i. e. λαίμαργον. ut *Schol.* interpretatur. ἔδεθ' est ἔδεται, idque ἐδεῖται. Cf. *Herm.* de Em. R. Gr. p. 276. *Valcken.* ad *Theocr.* Eid. III. p. 77.

P. 344. *F. III.* 270. In Epigrammate *Hedyli* verba Φαίδων δὲ φύκει' (Cod. φύκη) αἰνεῖ καί, quae cl. Editor pro initio hexametri habuit, ejus exitum constituunt. Verba depravata sic corrigenda esse suspicor

Φαίδων δέ τε Φυκίδ' ἐνείκαι
χορδάς θ' ὁ 'ψάλτης. ἔστι γὰρ ὀψοφάγος.

De ἐνείκαι quin verum sit, nullus dubito.

P. 346. *A. III.* 274. *Machonis* Epistola inde a v. 5. sic mihi videtur scribenda:

ἔπειτ' ἐπὰν ᾖ καθάρια ταἰσθητήρια
οὐκ ἂν διαμάρτοις· ἕψε καὶ γεύου πυκνά.
ἅλας οὐκ ἔχει· προςένεγκ'· ἔτ' ἐπιδεῖταί τινος
ἑτέρου· πάλιν γεύου σύ· μέτρι' ἀναρμόσῃ,
ὥςπερ λύραν ἐπίτεινέ γ', ἕως ἂν ἡδὺς ᾖ.

V. 5. vulgo habetur καθαρά. V. 6. γε οὐ. in γεύου etiam *Corayi* acumen incidit. V. 7. inserui ἔτι, quod facile ante ἐπι excidere potuit. V. 8. membranarum lectio ἑτέρου πάλιν γεύου συμμε-

τρίαν ἁρμόσῃ in metrum peccat, dum dactylum in quartam sedem immittit. Vides in nostra emendatione ne literam quidem additam aut immutatam. V. 9. vulgo ἐπιτεῖναί γ' ὡς ἡδὺς εἶ. quod olim paulo aliter constitueram. Nunc ἐπίτεινε videtur verum. Ad ἡδὺς subaudi ὁ ἰχθῦς. — ὡς mutavi in ἕως; nam illud ne hoc sensu accipias, atticismi lex vetat, quam illustravit *Brunck.* ad *Eurip.* Phoen. V. 89. et ad *Aristoph.* Lys. 743. quod fefellit V. D. ad *Xenoph.* Cyrop. V. 4. 7. p. 42. Sic etiam ap. *Liban.* T. IV. p. 247. 17. scribe: ταῦτα πεντάκις, ταῦτα ἕως ἐπιτρέπουσιν οἱ πρέσβεις. *dum id legati permittunt.* Vulgo ὡς ἐπιτρ. *) Apud *Eund.* p. 243. 26. νόμος δ' ἐστὶ παρ' ἡμῖν τὸν οὐ βουλόμενον ζῆν ἀποθνήσκειν· ὃν οὔπω λέλυκε Φίλιππος· ἕως οὐ κρατῇ, τοῦδε τῆς βοηθείας ἀπολαύσω. Scribe: ἕως ἂν οὖν κρατῇ.. *qui donec vigeat, ejus praesidio utar.* Ap· *Antonin. Liber.* c. 34. p. 228. lege et distingue: καὶ πλείονα χρόνον ἐλελήθει πρασσόμενον ἄχαρι καὶ ἄθεσμον ἔργον, ἕως ἐκύησε μὲν ἡ Σμύρνα, Θείαντα δὲ πόθος ἔλαβεν ἐκμαθεῖν, ἥτις ἦν ἡ κύουσα. — Ἕως ἂν Eupolidi ap. *Suid.* V. ἀλφάνει. T. I. p. 128. restituit *Toup.* Em. in Su. I. p. 22. recte; nisi fuerit:

*) Locus *Libanii* T. IV. p. 293. 8. τῷ δὲ οὐ μέτεστι τοῦ δύνασθαι λέγειν Ἀθηναίων, ἕως ἂν ᾖ καλόν; ἀλλ' οὐκ ἀρχὴ ἐργολαβίας καὶ τέχνη τις. οὐ ῥήτωρ Ἀθηναίους. quem *Reiskius* se nec intelligere nec sanare posse fatetur, distinctione emendata facillime poterit intelligi: τῷ δὲ οὐ μ. τ. δ. λ. Ἀθηναίων, ἕως ἂν ᾖ καλόν, ἀλλ' οὐκ ἀρχὴ ἐργ. ἡ τέχνη; τίς οὐ ῥήτωρ Ἀθηναίως; *cuinam Atheniensium deerit dicendi facultas, donec hoc pulcrum fuerit, nec ars in mercenariam operam degeneraverit? Quis Atheniensium non erit orator?*

οὐ θᾶττον αὐτὴν δεῦρό μοι τῶν τοξοτῶν
ἰὼν ἀποκηρύξει τις ἔστ' ἂν ἀλφάνῃ.

Vulgo ἐὰν ἀλφ. Cognatum μέχρις ἂν restituendum *Dioni Chrys.* Or. XXX. p. 555. 4. loco a distinctione laborante: μέχρις, ἂν ᾖ δυνατόν, κατεργάσονται τάς τε ἡδονὰς καὶ τὰς λύπας. Scribendum procul dubio: μέχρις ἄν, ᾖ δυνατόν, κατ. His unice conveniunt sequentia, παντελῶς δὲ οὐκ ἂν δύναιτο δαπανῆσαι καὶ διελεῖν.

P. 348. E. III. 284. *Machon* V. 4. καταμαθὼν οὖν πλείονας Γυμναζομένους τῶν μειρακίων παρὰ τὸ πῦρ. ut labanti metro succurreret, *Casaubonus* παραὶ scripsit, qua forma Attici fortasse cum ionicis usi sunt, ut ὑπαί, διαί. Sed quum hoc incertisssimum sit, nec *Machon* rarioribus illis verborum formis uti soleat, scribendum suspicabar:

γυμναζομένους τῶν μειρακίων παρὰ τὴν πυράν.

pueri illi nudi sese exercebant et inungebant ad *focum* balnei. — V. 10. membranae habent, καθήμενος γὰρ ἐνθάδ' οὗτος φαίνεται τὰ ἱμάτια τῶν εἰσιόντων λαμβ. quarum vestigia secutus legerim

καθήμενος γὰρ ἐνθάδ' οὗτος φαίνεται
θοἰμάτιά, φησί, τῶν ἐσιόντων λαμβάνων
τηρεῖν ἅμα καὶ τοὺς σπλῆνας εὐθετῶς, . . .

vulgo εὐθέως, quod sive cum praecedentibus conjunxeris, sive cum sqq. parum videtur commodum. — V. 24. verba ἔξοινος ὁ Στρατόνικος ἐγένετ' εὐθέως.. nullo modo significare possunt, *vino captus fuit*, quod totius historiae tenori ad-

versatur. Ille enim ebrius obdormiverat; tum, novis convivis accedentibus, experrectus *crapulam discussit*. Jam licet ἔξοινος plerumque ebrium significet, sermonis tamen analogia minime impedit, quo minus etiam contraria significatione gaudeat. Sic verbum ἐξομματοῦσθαι et *excoecare* est, et *coeco lumen restituere.*, de quo verbo Vid. *Bergler*. ad *Arist*. Plut. 635. Item ἔξοπλος *armis instructus* et *inermis*. Et ap. *Paul. Aeginet*. I. 23. ἐξοινόω est *crapulam discutere*, κοιμώμενος ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ὡς ἂν ἐξοινήσωσιν. — V. 48. δεινῶς ἀπᾴδων. *a legitimo aberrans sono*. *Plutarch*. T. II. p. 451. F. ὅμοιόν τι πράττουσι τοῖς... πρὸς τὸ ᾄδειν διὰ τὸ ἀπᾴδειν ἀπεχθῶς ἔχουσιν. Hoc sensu *Dio Chr*. Or. XXVII. p. 527. 30. ἄλλοι (τῶν συμποτῶν) ἀναισθήτους καὶ μακροὺς διατίθενται λόγους· οἱ δὲ ᾄδουσι καὶ ἀπᾴδουσι, σφόδρα ἄμουσοι ὄντες, καὶ σχεδόν τι μᾶλλον λυποῦσι τῶν μαχομένων καὶ λοιδορουμένων. quem locum male sollicitat *Reiskius* ἀνταδουσι scribens. Paulo post si scripseris, καὶ αὐτὸς ὡς οἷόν τε ἀμαθῆ χορὸν εἰς τὸ δέον καθίστησι (vulgo καθιστάς.) nihil prorsus ad integritatem hujus loci desiderabis. — V. 64. scr. κἀκράτει τῆς κοιλίας. ut supra V. 27. κἀναγὴς videtur scribendum.

P. 353. *A. III*. 300. Impugnat auctor nonnulla ab *Aristotele* de animalium natura prolata: πόθεν δὲ (οἶδε) ὅτι οἱ ἄνθρωποι ἥσσονες μελισσῶν· ἀεὶ γὰρ αὗται τὴν ἰσότητα τοῦ βίου τηροῦσιν, οὐ μεταβαλλόμεναι, ἀλλ' ἀγείρουσαι, καὶ ἀδιδάκτως ποιοῦσαι· οἱ δ' ἄνθρωποι ἥσσονες μελισσῶν, καὶ πλήρεις οἰήσεως, ὡς ἐκεῖναι μέλιτος. Argumentationis tenor minime patitur, ut verba ἥσσονες μελισσῶν iterentur. Scribendum videtur, ἥσσονες

μεταβολῶν. Quo admisso omnia optime procedunt: apes vitae aequabilitatem servant sine ulla mutatione, *homines autem mutationibus sunt obnoxii.*

P. 358. *E. III.* 322. *Antiphanes* in Βουταλίωι. Initium hujus Eclogae, quod vulgo depravatissimum est; sic vere corrigendum esse suspicor:

καὶ μὴν ἅπαντας ἑστιάσω τήμερον
ὑμᾶς ἐγώ· σὺ δ' ἀγοράσεις ἡμῖν β. λαβὼν γ',
ἴστ', ἀργύριον· ἄλλως γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι
χρηστῶς ἀγοράζειν· φράζε δή, φίλος, μόνον
ὄψῳ τινὶ χαίρεις;

V. 2. vulgo λαβὼν πιστὲ ἀργύριον. Quod posui hunc sensum habet: *faciam, si pecuniam accepero scilicet.* ἴστε dicit is, qui loquitur, oratione ad omnes, qui adsunt, conversa. — V. 4. vulgo φρ. δὴ φιλούμενον. De postremis hujus fr. versibus monui ad L. VII. p. 313. B. C. — In proxima ejusdem *Antiphanis* Ecloga p. 359. A. III. 324. V. 5. sqq. sic scribo:

κἂν κάραβός τις ᾖ λαβεῖν, εἷς ἀρκέσει,
ἢ δύ' ἐπὶ τὴν τράπεζαν· ἐγχελίδια
Θήβηθεν ἐνίοτ' ἔρχεται· τούτων λαβέ.

Vulgo ineptissime ἡδὺ ἐπὶ τ. *) Adoptavi autem distinctionem verborum eam, quam cl. Editor in Addendis commendavit. Ante τούτων delevi ἐκ,

*) Obiter corrigo locum *Philostrati* Vit. Apoll. VI. 31. p. 270. ubi spiritus perperam scriptus interpretibus fraudi fuit: ἐμοὶ δέ, εἶπεν, ὦ Τυανεῦ, περὶ ἀρχῆς καὶ βασιλείας τί ὑποθήσῃ; ἄγε, ἔφη, σεαυτὸν πέπεικας. Tu scribe: ἅ γε, ἔφη, σ. π. *ea tibi praecipio, quae tu tibi ipse suasisti.*

quod abundat. *Plato* de LL. VI. p. 761. E. ἐπιχειροῦντες λαμβάνειν τε καὶ φέρειν τῶν ἐν ταῖς γεωργίαις. Cf. *Dawes.* in Misc. crit. p. 310. — V. 10. 11. sic. fortasse elegantius distinxeris:

β. ὡς μικρολόγος εἶ. α. σὺ δέ γε λίαν πολυτελής.
β. πάντως κρέ' ἡμῖν ἐστιν.

P. 362. *C. III.* 336. *Alexidis* fr. cl. Editor sine animadversione praetermisit. V. 1. tamen vitiosus est, quippe qui dactylum celet in secunda sede. Fortasse legendum:

καὶ δὴ γὰρ ἐπὶ τὸν κῶμον ἀνθρώπων ὁρῶ
πλῆθος προςιόν, ὡ ς τ ῶ ν καλῶν τε κἀγαθῶν.

pro καὶ γὰρ ἐπὶ κ. et προςιὸν ὡς τῶν κ. — In *Ejusdem* poëtae Ecloga P. 365. A. 345. legerim: ἐν Ψευδυποβολιμαίῳ·

α. χαῖρ', ὦ Λάχης. β. ἐγὼ δὲ πρὸς σέ. α. πρόαγε. β. ποῖ;
α. ὅποι; σύ μ' ἐρωτᾷς; ὡς Φιλουμένην.

Philumena h. l. est nomen meretriculae. Quod ni esset Comicus, scripsisset τὴν Φιλουμένην. Hoc non latuit magnum *Casaubonum.* Sed qui eum sequuti sunt, ad hasce minutias animum non adverterunt.

Liber nonus.

P. 366. *B. III.* 350. *Epicharmi* verba integrum constituunt trimetrum

χορδαί τε ἁδύ, ναὶ μὰ Δία, χ᾽ ὣ κωλεός.

P. 367. *F. III.* 356. *Alexidis* Eclogam ex Hesione sic scribo:

ὣς δ᾽ εἰδέτην τράπεζαν ἀνθρώπους δύο
φέροντας εἴσω, ποικίλῳ παροψίδων
κόσμῳ βρύουσαν, οὐκέτ᾽ εἰς ἔμ᾽ ἔβλεπον.

Vulgo v. 1. ὣς δὲ τὴν et ὡς ἴδε τήν. et in fine εἰς ἐμὲ βλέπων. In membr. βλέπον. Ne mireris dualem et pluralem in eadem ῥήσει junctos, nihil apud Atticos frequentius. *Soph.* Oed. C. 1435. σφῷν δ᾽ εὐοδοίη Ζεύς, τάδ᾽ εἰ τελεῖτέ μοι θανόντ᾽, ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ᾽ αὖθις ἕξετον· μέθεσθε δ᾽ ἤδη, χαίρετον δέ. *Isocr.* Panath. T. II. p. 532. εἰ γάρ τις φαίη τὰ πόλεε ταύτα πλείστων πόλεων αἰτίας γεγενῆσθαι. ubi *Augerius* frustra αἰτία mallet. Cf. *Heindorf.* ad *Platon.* T. III. p. 307. *Fischer.* ad Veller. T. III. 1. p. 305. *Matthiae* Gr. gr. §. 300. p. 317. — V. 3. κόσμου mutavi in κόσμῳ.

P. 368. B. III. 357. In *Pherecratis* V. 1. qui mutilus est, scribe:

νὴ τὸν Δί', ὥςπερ αἰὲν αἱ παροψίδες
τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἡδυσμάτων

ubi sensus quoque hoc additamentum requirit. — Mox in *Theopompi* fr. fieri nequit, ut γὰρ versum incipiat. Scribe:

ὁ μὲν γὰρ ἡδύς· τὸ δὲ φενακίζειν προςὸν....

ἄρτος, quod vulgo legitur post γάρ, ex glossemate videtur ortum. — In proximo *Eupolidis* fr. σκέλη δὲ καὶ κωλῆνες εὐθὺ τοῦ ῥόθου. membr. ῥόφου praestant. Unde scribendum

σκέλη δὲ καὶ κωλῆνες εὐθύτου 'ρίφου

ut statim p. 368. E. κωλᾶς ἐρίφων. et in *Xenophan.* Eleg. V. 1. πέμψας γὰρ κωλῆν ἐρίφου. In *Schol. Theocr.* Eid. IX. 19 corruptissima sunt verba, κρατὶ νεοτρόφοιο γένας χόριά τ' ἐμβρύων τε πλήθη. unde *Toupii* acumen haec eruit: Κρατῖνος· ἀρνὸς εὐτρόφου κρέας. Fortasse nos non minus probabiliter: Κρατῖνος·

εὐτρόφου τ' ἐρίφου κρέας.

ubi vocis absorptae causa in oculos incurrit. Caeterum conjecturae nostrae ἐρίφου pro ῥόφου calculum adjicit cl. Editor in Addendis p. 459. Non minus recte nunc εὐθύτου scripsisse videmur. Verbum θύειν depravatum ap. *Heliodor.* V. 13. p. 31. ed. Bip. ὡς δ' οὖν ἐπὶ τὸν νεὼν τοῦ Ἑρμοῦ παρεγένοντο... καὶ τὰ ἱερὰ τάχιστα τε οὕτω καὶ πρὸς βραχὺ τὰ σπλάγχνα ὁ Καλάσιρις ἐπιθεω-

ρήσας ... Scribe sine haesitatione: καὶ τὰ ἱερὰ τάχιστα ἐτέθυτο. - *Liban.* T. IV. p. 366. 29. καὶ ἱερεῖα ἐτύθη, ἱερείων μὴ παρεστώτων. Ibid. p. 728. 11. οὐκοῦν οὐχ ὁ παῖς διὰ τοῦτο ζῆν ἄξιος, ἀλλ' οὗτος προστεθῆναι. Scribe, quod tota oratio flagitat, προστυθῆναι. *simul cum filio immolandus.* Contra ap. *Eund.* p. 651. perperam scribitur, ἂν μὲν οὖν ἡμεῖς νῦν θύωμεν γενέσθαι, μικρὸν δὲ ὕστερον θάπτωμεν. pro θῶμεν. ut p. 652. 6. ἄπαιδα μὲν διαμεῖναι, δυστυχίας ἂν εἴη· - θῶμεν γάρ.

P. 370. *A. III.* 364. *Nicander* brassicae quodam genere, ἢ οὐλὴ καὶ τύριος ὁ θαμνῖτις πετάλοισιν, Ἢ ἐπιφοινίσσουσα Lenissima mutatione scribo:

ἢ οὐλή, καπυροῖς ὁλοθαμνῖτις πετάλοισιν.

aut crispa, aridioribus foliis, tota fruticosa. Hoc a vulgatae ductibus proxime abest. *Theocr.* Eid. VI. 15. ὡς ἀπ' ἀκάνθης Ταὶ καπυραὶ χαῖται. Conf. *Villois.* ad *Longum.* p. 86. *Warton.* ad *Theocr.* p. 83. — In proximo *Hipponactis* fr. V. 3. Θαργηλίοισιν ἔγχυτον πρὸ φαρμάκου. novissimi vocabuli, licet docte a cl. Editore explicati, vitium metrum arguit. Sed certum, aut probabile ejus remedium non reperio.

P. 370. E. F. *III.* p. 367. Totam *Diphili* Eclogam sic fere restitui posse existimabam:

ἥκει φερόμεν' αὐτόματα πάντα τἀγαθά·
ῥάφανος λιπαρά, σπλαγχνίδια πολλά, σαρκία
ἀρνεῖ' ἁπαλώτατ'· οὐ μὰ Δί' οὐδὲν τοῖς ἐμοῖς
καρποῖς ὅμοια πράγματα· πῶς γάρ; οὐδὲ ταῖς
θλασταῖς ἐλάαις.

V. 3. vulgo initio et in fine mutilus. Pars vocis ἄρνεια, quae ob similitudinem cum praecedentibus facile praeteriri potuit, adhaesit verbo σαρκίδια; sic enim vulgo habetur. — καρτοῖς, quo *porri* genus significatur, pro καὶ τοῖς, mihi quidem videtur unice verum; nam inter και et καρ in Codd. fere nihil interest. Hinc fortasse corrigendus *Philostratus* L. II. 2. p. 50. περιβάλλει δὲ Ταύρῳ ἑτέρῳ καὶ τὴν ὅμορον τῇ Ἰνδικῇ Σκυθίαν πᾶσαν. Frustra ibi se torquet *Olearius*, ut quis sit ἕτερος ille Ταῦρος explicet. Scribe: περιβ. δὲ Ταῦρος ἑτέρῳ κέρατι τὴν ὅμορον τ. Ἰ. Σκ. alterum enim Tauri cornu porrigitur, secundum *Philostratum*, ab Armenia ad Pamphylios atque Mycalen; alterum Scythiam omnem juxta Maeotidem et sinistrum Ponti latus complectitur. — V. 4. πῶς γάρ; inserui versus implendi causa. Vide ad P. 265. E. Hac formula utitur *Heliodorus* L. X. 22. p. 378. ubi sic distinguendum: πῶς γάρ; τόν γε μηδὲ ὄντα, μηδὲ γεγενῆσθαι αὐτῇ... ἀποδειχθέντα. *)

*) Similiter distinctione juvandus Idem L. X. 14. p. 363. τί δέ; οὐχὶ σοὶ μᾶλλον ἢ τῇ κόρῃ συνηγορῶν φανήσομαι; Etiam ap. *Dion. Chr.* Or. VII. p. 255. 34. τί γὰρ σύ, ὦ ἄνθρωπε, δέδοικας τὴν πενίαν οὕτω πάνυ, τὸν δὲ πλοῦτον ὑπερτιμᾷς; τίδ᾽ αὖ ἄσυλόν τινα ἐλπίζεις κερδανεῖν, μέγιστον ἂν τύχης πλουτήσας. scribe: τί δ᾽; ἆρ᾽ ἄσυλον... Ad ἄσυλον ex praecedd. subaudi πλοῦτον. Et sic iterum p. 272. 34. τί δέ; ἐν ποταμοῖς καὶ ἐπὶ κρηνῶν οὐκ εἰκὸς ὅμοια πολλὰ γενέσθαι. ubi nulla praeterea mutatione opus est. Obiter corrigam quae sequuntur p. 273. 3. ἀλλ᾽ ἴσως γε οὐδὲν ἧττον ἔμελλεν ἐκείνη γε ἡ πόλις (vulg. ἐκείνῃ τῇ πόλει) παῖδας προσδοκᾷν ἐσομένους, οἷον Ὅμηρος εἴρηκεν Εὔδωρον. et paulo post: ὥστ᾽ εἰ μηδὲ ἐφθείροντο οἱ πλείους (vulg. πολλούς) τῶν ἐν ταῖς

P. 373. E. III. 379. In *Alcmanis* fr. λῦσαν δ' ἄπρακτα νεανίδες, Ὥς τ' ὄρνεις, ἱέρακος ὑπερπεπταμένου. legerim:

δύσαντ' ἄπρακτα νεανίδες.....

Frustra puellae latere conabantur. Δύεσθαι de avibus, quae periculo imminente, pavent, ut πτήσσειν. Nisi fuit: δεῖσαν δ' ἄπρ. ut *Soph.* in Ajac. 167. παταγοῦσιν, ἅτε πτηνῶν ἀγέλαι· Μέγαν δ' αἰγυπιὸν ὑποδείσαντες τάχ' ἂν... σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι. Similia collegit *Pierson.* in Verisim. p. 8. sq. — Mox in *Strattidis* fr. P. 373. F. 380. Scr.:

καὶ τὰ μίκρ' ὀρνίθια.

P. 375. A. III. 385. *Cratini* verba exitum efficiunt tetrametri jambici, quem sic impleveris:

καὶ τοῖς μὲν ἤδη δέλφακες, χοῖροι δὲ τοῖσιν ἄλλοις.

Mox p. 386. quum vulgo legatur, ἦν δὲ καὶ παλαιὸς νόμος τῆς ἐπιγονῆς ἕνεκα τῶν ἑκατὸν θρεμμάτων, μὴ σφάττειν πρόβατον... in membr. autem ἑκατῶν legendum suspicabar: τῆς ἐπιγονῆς ἕνεκα, τῆς ἐκ τῶν θρεμμάτων. Contrario errore ἐκ τῶν depravatum est ap. *Liban.* T. IV. p. 378. 2. ἀλλὰ τὴν μεγάλην ταύτην καὶ θαυμαστὴν ναυμαχίαν πῶς συνήγαγες; ἆρ' ἐκ τῶν Ἑλλήνων καὶ βουλομένων συμπλέκεσθαι; Vitium in oculos incurrit. De Themistocle agitur, Persarum victore; quem qui

οὕτω τρυφώσαις πόλεσι γιγνομένων, ἅτε (vulg. ἄγε) οὐδαμῶς, οἶμαι, δαιμονίου τυγχάνοντες ἐπιμελείας, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε πάντα μεστὰ ἡρώων εἶναι.

negaverit classem ex Graecis contraxisse, nae is aut valde indoctus, aut valde impudens sit, necesse est. Tu lege: ἄρα ἑκόντων Ἑλλήνων καὶ β. σ. Constat enim Graecos artibus Themistoclis coactos fuisse, ut *inviti* ad Salamina pugnarent.

P. 378. *D. III.* 397. in *Sosipatri* Ecloga V. 38. eruditus quidam coquus disciplinae suae vim et rationem explicans, coquum bonum et peritum nec architectonices imperitum esse patitur: Πάλιν τὸ περὶ τῆς ἀρχιτεκτονικῆς ἴσως ἐθαύμασας, τί τῃ τέχνῃ συμβάλλεται; β. Ἐγὼ δ' ἐθαύμασα α. ἀλλ' ὅμως ἐγὼ φράσω. Vulgo ἔγωγ' ἐθαύμασα. Neutrum videtur verum. Nam si ille dixit: *sane miratus sum;* coquus respondere non possit: *at ego tamen hoc dicam et explicabo.* Fortasse scribi debet:

β. ἐγὼ οὐκ ἐθαύμασ'. α. ἀλλ' ὅμως ἐγὼ φράσω.

non miratus sum equidem. A. Tamen dicam. Ille autem se id miratum esse negat, quod inani hominis loquacitate defatigatus, ei occasionem loquendi eripere velit. Sed frustra. Hoc facetum et comico dignum. Voculae autem ἐγὼ et οὐκ coalescunt, ut ap. *Aristoph.* Thesm. 269. βάδιζε τοίνυν· μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὐκ ἤν γε μή...

P. 379. *E. III.* 401. *Euphronis* V. 2. minus recte vertitur, *quia semper excogitavi aliquid, mentemque* habui, quasi ad praecedentia verba haec referenda sint, quum manifesto cohaereant cum sequentibus: *ex domo mea dimitteris coquus absolutus intra decem menses, nec eos integros, quod et ingenium habes et animum semper advertere soles.* —

Facetum est, quod sequitur V. 11. οὗτοι μετ' ἐκείνους τοὺς σοφιστὰς τοὺς πάλαι Γεγόνασιν ἡμῶν ἑπτά, δεύτεροι σοφοί. quod ut recte intelligatur, tenendum, veteres Grammaticos plures statuisse ordines Sapientum, Sophistarum, Oratorum, Poëtarum; quorum antiquiores τῆς πρώτης τάξεως appellabant, recentiores, τῆς δευτέρας. Vid. *Philostr.* Vit. Soph. I. p. 481. *Ruhnk.* Hist. Or. Gr. p. XCV. — Mox V. 20. οὐκ ἦν ἐκφορὰ Τότε λεύκῳ κρέων, οὐδὲ τῷ διδασκάλῳ: Sic Cod. A. Vulgo τότε λευκοκρέων. Recte *Toupius* discipuli nomen Λύκου videtur restituisse; sed an verborum transpositione opus sit, valde dubito. Scribo potius:

οὐκ ἦν ἐκφορὰ
τότ' οὐδὲ Λύκῳ κρεῶν, οὐδὲ τῷ διδασκάλῳ.

In κρεῶν est synizesis. — Tum nullus dubito, quin *Euphron* scripserit:

καθεὶς κάτω τὴν χεῖρα τὴν μίαν λαθών,
καὶ ῥίψας εἰς τὸν λάκκον ἰταμῶς τὸν νεφρόν,
πολὺν ἐποίησας θόρυβον.

Vulgo ἔῤῥιψας. Nostra lectione oratio multo evadit rotundior. πολὺς θόρυβος est *ingens trepidatio*; quo sensu jungitur cum σπουδῇ ap. *Charit.* VI. 4. p. 103. ἡ σπουδὴ καὶ ὁ θόρυβος ἐκεῖνος αὐτῶν. *Heliodor.* L. VIII. 12. σὺν σπουδῇ καὶ θορύβῳ εἰσέρχονται. *Aristoph.* Lysistr. 328. μόγις.. ὑπ' ὄχλου καὶ θορύβου φέρουσ' ὕδωρ βοηθῶ. Hinc ap. *Heliodorum* L. II. 6. p. 94. ed. Bip. ξίφος... ὃ παρὰ τὸν φόνον ὁ Θύαμις ὑπὸ θυμοῦ καὶ σπουδῆς ἐναπέλιπε τῇ σφαγῇ. ubi *irae* nullus est locus, scribendum arbitror, ὑπὸ θορύβου καὶ σπουδῆς.

P, 383. C. III. 414. in *Alexidis* fr. cujus priores versus adhuc medicum exspectant suum, V. 4. scribe τῷ τρόπῳ. *quonam modo?* Contra τῷ in τῳ mutandum ap. *Liban.* Apol. Socr. T. III. p. 2. 2. ἄλλως τε ἐν τῷ τὰ προσήκοντα τῇ φιλίᾳ πληροῦν, καὶ τοὺς δικάζοντας ὑμᾶς ἐξελέσθαι τῆς ἐπιορκίας ἔνεστι. Varia hîc molitur *Reiskius* sine successu. Scribe, εἴ τῳ τὰ πρ. *siquis simul amicitiae officia implere, et vos, judices, perjurii periculo liberare possit.* — V. 5. ὄξος λαβὼν ην‿εις λεκάνην τιν' ἐγχέας. Sic Cod. A. Fortasse: ὄξος λαβὼν δὴ κεὶς λ — V. 11. vulgatam, τὰ κρέα δ' ἔσται οὐκ ἀπεξηραμένα. sic corrigunt: τὰ κρεάδι' ἔσται οὐκ ἀπ. ubi hiatus satis indicat, emendationem nondum absolûtam esse. Putabam:

τὰ κρέ' ἡδέ' ἔσται κοὐκ ἀπεξηραμένα.

dulces erunt carnes, nec aridae.

P. 384. F. III. 420. *Philippides* in historia de Gnathaena, quae testiculos in coena appositos, quum ceterae mulieres, quae aderant, iis abstinerent, cupide deglutiebat: τὰ μὲν οὖν γύναια τἄλλ' ἠκκίζετο· Ἡ δ' ἀνδροφόνος Γνάθαινα γελάσασα· καλοί γε φησὶν οἱ νεφροί. Mutilum versum sic restituo,

ἡ δ' ἀνδροφόνος Γνάθαιν' ἀναγελάσασ', ἄγαν
καλοί γε, φησίν, οἱ νεφροί.

quae hîc addita vides, proximis syllabis ita sunt similia, ut aliquid hujusmodi a librariis omissum esse vix mireris. *Lucian.* T. IV. p. 43. ἢ νομίζεις ἐνταῦθα σιωπήσεσθαι.. τοὺς ἄλλους; οὐχὶ δὲ ἀναγελάσαντας ἂν εἰπεῖν πρὸς ἐμέ.. T. VI.

p. 88. τὸ μὲν βρέφος ἀνεγέλασε πρὸς τοὺς βουλευτάς.

P. 385. *E. III.* 422. *Platonis* versus in Pisandro sic lego et distinguo:

α. τί δὴ φάγων; β. τί πω πρόθ'· οἷα γίγνεται·
ὀψάριον ἐχθές· α. καὶ προςέστη τοῦτό σοι;

Membranarum lectionem προςέστη ut unice veram recepi: *hoc te affecit taedio?* Vide de hac voce *Gatacker.* ad *Anton.* p. 199. D. *Schaefer* ad *Dion. Hal.* p. 141.

P. 386. *A. III.* 424. *Alexis* V. 3. fortasse sic constituendus

κατωτέρω. α. τί λέγεις σύ, δέσποθ'; οὑτοσὶ
ἄνθρωπος οὐκ ἐπίσταται ζῆν.

Postrema haec verba servus seorsim videtur dicere. — In proxima *Ejusdem* Ecloga p. 426. V. 5. κρεάδια δ' ἀρνὸς ἐσθίειν πίονος. ubi *Grotius* εἰςέτι, *Schweighauserus* ἐστὶ posuit, fortasse scribendum minima mutatione:

κρεάδια δ' ἀρνὸς ἐςιδεῖν πίονος.

ἐςιδεῖν pro ἰδεῖν exemplis adstruximus supra ad L. III. p. 107. B. Fefellit hic usus *Reiskium* ad *Plutarch.* Vit. Pyrrhi c. XI. διὰ τὸ καὶ τοὺς περὶ ἐκεῖνον ἐστεφανωμένους εἰςορᾷν.. frustra ὁρᾷν tentantem. Apud *Eurip.* Hercul. Fur. 850 παραινέσαι δέ, πρὶν σφαλεῖσαν εἰςιδεῖν, Ἥρα θέλω σοί τ', ἣν πίθησθ' ἐμοῖς λόγοις. fortasse scribendum: πρὶν σφαλεῖσα γ' εἰςιδεῖν. *priusquam vos*

errare videro. De duabus agitur. — V. 6. *Grotii* vestigiis inhaerens, corrigo,

> οὐ ζῶντος· οὐχ οἷόν τε γάρ; τί δ' ἄλλο; καὶ ἡπάτιον.

pro τί ἄλλο· ναί.. At V. 7. ejusdem correctione relicta veterem lectionem revocandam existimo,

> τούτων ἐὰν
> δείξῃ τις ἢ φωνήν τιν' ἢ ψυχὴν ἔχον

pro τὶ quod ille sine causa idonea posuit. In talibus enim τὶ saepissime subauditur.

P. 293. *B. III.* 451. In loco *Clearchi*, καὶ τοῖς κολοιοῖς δὲ διὰ τὴν φυσικὴν φιλοστοργίαν· καὶ γὰρ τοσοῦτον πανουργίᾳ διαφέρουσιν, ὅμως ὅταν ἐλαίου κρατὴρ τεθῇ πλήρης, οἱ στάντες αὐτῶν ἐπὶ τὸ χεῖλος καὶ καταβλέψαντες, ἐπὶ τὸν ἐμφαινόμενον καταράττουσιν. qui vulgo lacunosus existimatur, nihil desiderabitur, si legeris: διὰ τὴν φυσικὴν φιλοστοργίαν, καίπερ τοσοῦτον π. δ., ὅμως... *graculis, quamvis calliditate pollent, tamen, si quis iis vas olei apposuerit, fit, ut ob ingenitum generis sui amorem, in illud devolent..* Ex *Clearcho* haec, ut plurima alia, hausit *Aelian.* H. A. IV. 30. ubi et haec: οἴεται κολοιὸν ἄλλον βλέπειν, καὶ κατελθεῖν πρὸς αὐτὸν σπεύδει· κάτεισί τε οὖν, καὶ περιπτύσσεταί τε καὶ περιβάλλει τὸ ἔλαιον. ubi Cod. Monacensis: καὶ ἔοιται κολοιὸν κλέπτην ἄλλον. Hic olim conjeceram: καὶ πτερύσσεται, quod nec nunc displicet, quamvis non ignorem περιπτύσσεται de conatu amplectendi posse intelligi. Ap. *Plutarchum* T. II. p. 765. D. de amantibus, ὅπου δ' ἂν ἔχωσιν ἴχνος τι τοῦ θείου καὶ ἀποῤ-

ῥοὴν καὶ ὁμοιότητα σαίνουσαν, ὑφ' ἡδονῆς καὶ θαύματος ἐνθουσιῶντες καὶ περισπῶντες εὐπαθοῦσι. suspicabar: ὅπου δ' ὃ'ἂν ἴδωσιν . . . ἐνθουσιῶντες καὶ πτερυγῶντες . . . ut est in fr. *Sapphus*, quod ex Cod. Paris. eruit *Koen.* ad *Gregor.* p. 311. ὡς δὲ πάϊς πέδα μητέρα πεπτερύγωμαι. Ap. *Plut.* T. II. p. 466. B. verus amator ἐπτέρωται καὶ κατωργίασται.

P. 393. *C. III.* 452. *Hipparchus* in Aegyptia Iliade, οὔ μοι Αἰγυπτίων βίος ἤρεσεν οἷον ἔχουσιν, Χέννια τίλλοντες καλκάτιάδει σαλέοντα. Varia de hoc loco emendandi conamina prostant. Probabiliter cl. Editor εἰςαλέοντες *cogentes*, *coacervantes*; nam chennia, sale condita, in testis servabantur. Hinc paucis leniter immutatis lego,

χέννια τίλλοντες κακὰ, καὶ τάδε εἰςαλέοντες.

P. 395. *B. III.* 459. In *Alexidis* V. 1. ὁ λευκὸς Ἀφροδίτης εἰμὶ γὰρ περιστερός. Ut huic versui numeri restituantur sui, non sufficit articulum deleri. Scribendum una voce transposita:

ὁ λευκὸς Ἀφροδίτης γάρ εἰμι περιστερός.

P. 396. *D. III.* 465. Ineptum *Heniochi* versum, ὁ βοῦς χάλκοῦς ἦν, ἄνεφθος δὲ καὶ πάλαι. sic corrige sine haesitatione

ὁ βοῦς δὲ χαλκοῦς ἦν ἄνεφθος δεκάπαλαι.

quod vocabulum Comicorum sermoni proprium est. *Aristoph.* Eqq. 1153. Κλ. Ἐγώ μέντοι παρεσκευασμένος Τρίπαλαι κάθημαι, βουλόμενός σ' εὐεργετεῖν. Ἀλλ. Ἐγὼ δὲ δεκάπαλαί γε, καὶ δωδεκάπαλαι, Καὶ χιλιόπαλαι, καὶ πρόπαλαι,

πάλαι, πάλαι. Cf. ad fr. *Philonidis* L. I. p. 23. B. — Mox in depravatissimo *Cratetis* fragm. νῦν μὲν γὰρ ἡμῖν παιδικῶν δαισοκως περάρνῶν. variis frustra tentatis, haec latere existimabam,

> νῦν μὲν γὰρ ἡμῖν παιδικῶν κώμων ἅλις,
> ὄχλος δ' ἔτ' ἀρνῶν ἐστὶ γαλαθηνῶν τε καὶ
> χοίρων.

jam nobis satis est comissationum puerilium; sed superest adhuc agnorum turba. Vox κώμων facile praeteriri potuit post κῶν; ἅλις autem a δαις proxime abest. ὄχλος non de hominibus tantum usurpatur, sed de animalibus quoque et inanimis. *Lucian.* Amor. §. 39. πυξίδων ὄχλον. *Aristoph.* Lysistr. 200. ὦ φίλταται γυναῖκες, ὄχλος κεραμῶν ὅσος. ut h. v. emendavit *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 167. *Himer.* Eclog. XXXI. 8. ἄπειρον τῶν οἰκοδομημάτων ὄχλον. Idem Or. I. §. 11. p. 340. μυρίος ἂν ἐπιῤῥέοι ποταμῶν ὄχλος τῷ λόγῳ. quod ductum ex *Platon.* Phaedro p. 337. B. Cf. *Boisson.* ad *Philostr.* Her. p. 414. *) Diverso sensu dicitur ὄχλος σαρκῶν ap. *Maxim. Tyr.* Diss. XXI. 5. Bene *Reiskius* ap. *Dion. Chr.* Or. VIII. p. 277. 45. καὶ δὴ καὶ τότε ἦν περὶ τὸν νεὼν τοῦ Ποσει-

*) Perperam ὄχλος legitur in Fabula satis inepta ap. *Hauptm.* nr. 104. de Jove, qui τὴν Αἰσχύνην διὰ τοῦ ὄχλου εἰσελθεῖν (εἰς τὸν ἄνθρωπον) ἐκέλευσε. Infeliciter h. l. tractavit *Lessing* in Collect. T. I. p. 472. cui, viro caeterum sagacissimo, Diva Critica aut nunquam aut raro favit in talibus. Tu scribe: διὰ τοῦ ὄῤῥου. quod fabulae fine abunde firmatur: ἀπὸ δὴ τούτου συνέβη πάντας τοὺς πόρνους (cinaedos) ἀναισχύντους εἶναι. *Aristipp.* ap. *Athen.* L. XIII. p. 565. F. ἐρωμένους περιάγεσθαι ξυρομένους τὴν ὑπήνην καὶ τὸν ὄῤῥον.

δῶνος πολλῶν σοφιστῶν... emendavit, καὶ δὴ καὶ τότε ὄχλος ἦν. Passim depravatus est locus Ejusd. Or. XXXIII. p. 2. de Sophistis extemporali facundia pollentibus, ἔπειτ', οἶμαι, προελθόντες (vulg. προσελθόντες) ὑμῶν πυνθάνονται, τί βούλεσθε αὐτοὺς εἰπεῖν... ὅ τι (vulg. ὅτι) δ' ἂν ἀξιώσητε ὑμεῖς, ἔνθεν ἑλὼν (sic *Reisk.* pro ἐλθών.) ἀθροῦν καὶ πολὺν ἀφήσει τὸν λόγον, ὥσπερ τι ῥεῦμα ἄφθονον ἐν αὐτῷ κατακεκλεισμένον· ἔπειθ' ὑμεῖς ἀκούοντες, τὸ μὲν ἐξετάζειν καθ' ἕκαστον ἢ ἀπιστεῖν ἀνδρὶ σοφῷ, φαῦλον ἡγεῖσθε καὶ ἄκυρον· ἄλλως τε τῇ ῥώμῃ καὶ τῇ ταχυτῆτι τῶν λόγων ἐπαίρεσθε, καὶ πάνυ χαίρετε, ἀπνευστὶ ξυνείροντος τοσοῦτον ὄχλον ῥημάτων. Ubi praeter caetera legendum: τῇ ῥύμῃ καὶ τῇ ταχυτῆτι τῶν λ. non enim *vis et robur* orationis, sed extemporalis facundiae *volubilitas* laudatur. Egregie hanc emendationem firmat *Suidas* in Καλλισθένης· ἦν δὲ εὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν, καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι. *Liban.* T. IV. p. 141. ἐπειδὰν δὲ πάντα αναλώσῃ τῇ ῥύμῃ τῆς γλώττης, τὰ ἡμέτερα. Ap. Eund. T. IV. p. 702. 24. ῥώμης et ῥύμης confunduntur in verbis, quae nunc non expedio. Eandem confusionem animadvertit *Markland.* ad *Max. Tyr.* Diss. XIX. 4. p. 364. ed. *Reisk.* et *Stephan.* ad *Plutarch.* V. Poplic. c. 13. δόντα τῇ ῥύμῃ καὶ φερόμενον. ubi vulgo ῥώμῃ legebatur.

P. 399. D. III. 477. *Archestrati* fr. V. 1. τοῦ τε λαγὼ πολλοί τε τρόποι; πολλαί τε θέσεις Σκευασίας εἰσί. In priore versu nihil deest, modo scribas,

τοῦ δὲ λαγῶ πολλοί τε τρόποι, πολλαὶ θέσιές τε σκευασίας εἰσί.

Hoc mihi in mentem revocat locum *Dion. Chr.* Or. I. p. 69. 17. ὑψηλοτέρῳ καὶ κρείττονι τῷ θρόνῳ, μυρίας τινὰς ἄλλας ἔχοντι γλυφὰς καὶ διαθέσεις χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, καὶ ἠλέκτρου καὶ ἐβένου, καὶ παντοδάπων χρωμάτων πεποικιλμένῳ. *Reiskius* corrigebat διαθέσει; non male; sed vera lectio procul dubio fuit: γλυφάς, καὶ διαθέσεσι χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κ. π. χρ. πεποικιλμένῳ. — V. 7. αἱ δ' ἄλλοι περίεργοι ἐμοί γ' εἰσὶν διὰ πάντος Σκευασίαι. in hunc sensum accipio: reliqui leporis apparandi modi, quibus utuntur, me quidem judice, minus sunt probandi *nimisque quaesiti.* Nam saepe περίεργος in malam partem accipitur. *Aelian.* V. H. XII. 1. πενομένη δ' ἐκείνη καὶ τρεφομένη ὑπὸ πατρὶ καὶ αὐτῷ πένητι, περίεργον μὲν οὐδέν, οὐδὲ περιττὸν εἰς τὸ εἶδος ἠράνιζεν. et mox: προετιμήθη ὅτι ἀπεριέργως καλὴ ἦν. De iis, qui musicam mollibus pervertunt modis *Dio Chr.* Or. XXXII. p. 683. 30. ὥςπερ (Lego ὡς γὰρ) κακοὶ καὶ περίεργοι μάγειροι συντρίψοντες τοὺς νόμους, ἰδιώτας καὶ λίχνους ἀκροατὰς κινοῦσι. Ibid. p. 685. 5. γένος ἀναιδὲς καὶ περίεργον. De oratoribus *Liban.* T. IV. p. 292. ἀργὸν ἔθνος καὶ περίεργον καὶ λάλον. Ibidem de se ipso loquitur Demosthenes ex mente adversariorum p. 298. ἀλλ' ὅτι περίεργος, ἄκαιρος, θρασύς, καὶ τοὺς προγόνους κακοήθως ἐπαινῶν·.. ὅτι τῇ μὲν εἰρήνῃ καὶ τοῖς καλῶς περὶ ταύτης δόγμασιν ἠναντιούμην. ubi si τοῖς καλοῖς legeris, nihil amplius ad sensus integritatem desiderabis. Ap. *Eund.* T. IV. p. 308. 2. ὧν οὖν μὲν ὑμῖν οὐδὲν πλέον, ἐμοὶ δὲ ἔλαττον παρακινοῦντι δεήσεται, τούτων τις ὁ περίεργος καὶ μάταιος οὗτος ἔρως ἔγκειταί τισιν. scribendum arbitror, ἐμοὶ δὲ ἔλαττον παρείκοντι γενήσεται.

P. 400. *A.* III. 479. In *Aristophanis* fr. probabiliter me scripsisse arbitror

μύσας ἴσως ἂν τὸν λαγὼν ξυναρπάσειεν ἡμῖν.

clausis oculis. Quae hic disputantur de variis formis accusativi λαγών, λαγωόν, λαγόν, mihi in mentem revocant fabulam *Gabriae* ap. *Hauptm.* nr. 358. ἤτει λαβεῖν ἄγροικον λαγωὸν ἱππότης. ubi scribendum videtur,

ἤτει λαβεῖν ἄγροικον ἱππότης λαγών.

P. 402. *B.* III. 487. In *Aeschyli* versu ἔδυ δ' ἐς ἄντρον ἀσχέδωρος ὥς. defectus signum in capite ponendum, non in exitu. — Mox P. 402. D. III. 489. primi *Antiphanis* versus sic videntur corrigendi

α. κρέα δὲ τίνος ἥδιστ' ἂν ἐσθίοις; β. τίνος;
ὅσ' εὐτελῆ γ' ἄν· τῶν προβάτων μὲν....

pro εἰς εὐτελείαν. *quaecunque vilis sunt pretii.* — V. 4. Scr. κατὰ ταῦθ' ἃ μὴ τ. π. — V. 6. ταῦτ' ἐσθίων τὰ φαῦλ' ἀνέχομαι. Sic membranae. Unde scribendum existimo

ταῦτ' ἐσθίων τὰ φαῦλ' ἄγαν ἀνέξομαι.

In ἄγαν, quod inter α et αν facile omitti potuit, posterior syllaba semper producitur. Sensus est: *propter usum ex adultioribus capiendum, haec vilia, quae dixi, lubentissime comedere sustinebo.*

P. 403. *A.* 491. In *Mnesimachi* fr. V. 19. πάντες δ' ἔνδον τὰ κάτωθεν ἄνω. non persuadet doctissimus *Boissonade* πάντες stare posse. Lege potius

πάντως δ᾽ ἔνδον τὰ κάτωθεν ἄνω.

Idem vitium tollendum ap. *Dion. Chr.* Or. I. p. 51. 5. οἱ δὲ φίλοι θαῤῥοῦσι, καὶ οἱ σφόδρα ἐγγὺς ἡγοῦνται πάντες ἐν τῷ ἀσφαλεστάτῳ εἶναι. Rectius scripseris: πάντως. Et iterum Or. XXXII. p. 655. 16. ἐπεὶ καὶ τοὺς Ἀθηναίους... οὐ πάντως εὑρήσομεν ἁμαρτάνειν. vulgo πάντας. In loco *Lysiae* Or. Apolog. p. 433. 15. gravius corrupto: ὥστε τὸ αὐτὸ πάντες ἐμποδὼν εἰσιν, ἐάν τι δι᾽ ἄλλων ἀγαθὸν ὑμῖν φαίνηται. legendum suspicor: ὥστε τὸ κατ᾽ αὐτοὺς πάντως ἐμποδὼν εἰσιν. *Sic, quantum in iis est positum, omnia impediunt, quae quis vobis benefacturus esse videatur.* Apud *Xenophontem* vero Cyrop. V. 3. 50 καὶ πάντας ἐν αἰτίᾳ εἶναι, καὶ οὐδεὶς τῇ αἰτίᾳ οὔτε αἰσχύνεσθαι, οὔτε φοβεῖσθαι ὁμοίως, (F. ὅλως) διὰ τὸ σὺν πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν· διὰ ταῦτα δὴ πάντας ὠνόμαζεν αὐτός, ὅτῳ τι προστάττοι. cave πάντως corrigas, aut πάντα, quod nonnemo ex *Philelphi* versione eruit. *Simonidis* ap. *Platon.* Protag. p. 159. πάντας δ᾽ ἐπαινοῖμι καὶ φιλέω ἑκών, ὅστις ἕρδῃ μηδὲν αἰσχρόν. *Plat.* Rep. VIII. p. 230. προσγελᾷ τε καὶ ἀσπάζεται πάντας, ᾧ ἂν περιτυγχάνῃ. quae cum aliis nonnullis laudavit *Matthiae* Gr. gr. §. 475. — Ad *Mnesimachum* redeo, ubi V. 20. scripserim

χάσκεις αὔτως;

i. e. μάτην. εἰκαίως. *Aristoph.* Eqq. 1032. ἐξέδεταί σοι τοὔψον, ὅταν σύ που ἄλλοσε χάσκῃς. *Lucian.* Tim. §. 22. τοὺς μάτην κεχηνότας ἐκείνους εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντας καταλιπὼν... οἷος αὐτοὺς ὁ θύννος ἐκ μυχοῦ τῆς σαγήνης διέφυγεν. In *Scholiis Platon. Siebenkeesii* p. 47. lege σαίρειν.

δὲ ἔστι, τὸ διέλκειν τὸ στόμα καὶ χαίνειν. non χαίρειν.

P. 403. F. *III.* 495. *Anthippus* coquos antiqua nonnulla ἀρτύματα penitus proscripsisse docet... οἷς ὁ Κρόνος ἀρτύμασιν Ἐχρᾶτο πάντα· φίλων τὸ εἶναι θ' ὑπέλαβον Τὸν τοῖσι τούτοις παντοπώλην χρώμενον. In depravatissimis verbis *Casaubonus* φλέδονα reponendum putabat; ad sensum optime. Sed sic copula non suo loco est posita; quare cl. Editor φλέδονά τ' εἶναι ὑπέλαβον, quod an atticis auribus placuerit, vehementer dubito. Audaciori itaque molimine scripserim,

ἐχρᾶτο πάντα· φληναφῶντά θ' ὑπέλαβον
τὸν ἔτι τούτοισι παντοπώλην χρώμενον.

i. e. ληροῦντα, φλυαροῦντα. Vide *Pierson.* ad *Moer.* p. 384. Apud *Achill. Tat.* VII. 11. p. 302. scriptum fuisse videtur, οὐ παύσεσθε φληνάφων ἀνεχόμενοι κενῶν καὶ τηλικούτων ἔργων τιθέμενοι παιδιάν; non quod vulgo legitur καινῶν. *)

P. 404. E. F. *III.* 498. fr. *Dionysii* V. 21. verba mutila et corrupta sic digero, a vulgata scriptura quam minimum recedens:

πάντα μὲν λήψει σχεδὸν
ἀεὶ γάρ, οὐκ ἀεὶ δὲ τὴν τούτων χάριν
ἕξεις ὁμοίαν, οὐδ' ἴσην τὴν ἡδονήν.

pro τὴν τούτων ἀρχὴν ἔχει θ' ὁμ. *Omnia quidem fere semper habebis, sed non semper eorum eandem*

*) Apud *Liban.* T. IV. p. 825. οὐ βούλομαι τὰς κοινὰς κώμας ἰδεῖν τῶν ἑαλωκότων. scribe τὰς κενὰς κ.

invenies suavitatem, *nec similem voluptatem.* Facile χάριν in ἀρχὴν abire potuit. Initio Oration. *Lysiae* de homine mutilato, legerim: πολλὴν λέγω χάριν ἔχειν, ὦ βουλή, τῷ κατηγόρῳ, ὅτι μοι κατεσκεύασε τὸν ἀγῶνα τουτονί. pro πολλοῦ δέω χ. ἔ. quod menti dicentis prorsus adversatur. — In eadem Ecloga V. 24. III. 500. verba μὴ πάντ' ἄκουε, μηδὲ πάντα μάνθανε τῶν βιαίων ἔσθ' ἕνεκα τὰ γεγραμμένα.. nondum pristinum nitorem recepisse apparet. Tu scribe emendatione longe certissima,

τῶν βαιόνων ἅ γ' ἔσθ' ἕνεκα γεγραμμένα.

quae in blennorum gratiam scripta sunt. Cf. L. VII. p. 288. A. 524 *Etym. M.* βαιών. ὃς καὶ βλέννος λέγεται.. καὶ παρ' Ἀθηναίοις δὲ παροιμία ἐστί· μή μοι βαίων κακώσῃ ἰχθῦς. ἐπὶ Φιληδόνου εἴρηται. ubi vide an corrigendum sit: μή μοι βαιόνα, κακὸς γὰρ ἰχθῦς. Jam dubitare licet, *fatuosne* poëta significaverit, qui βλεννοὶ vocantur (Cf. *Plauti* Bacchid. V. 1. 2. *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 165.) an τοὺς λιχνοὺς καὶ Φιληδόνους. Apud. *Hesych.* Βαίων. ἰχθῦς οὕτως· καὶ μέτρον παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι distinguendum videtur: Βαίων. ἰχθῦς· οὕτως καὶ μ. π. A. — V. 37. pro σημεῖα, quod in Senarii exitu stare nequit, fortasse,

σῆμ' ἐγὼ
πάντων ποιήσω

legi debet. Etiam in sequentibus supersunt nonnulla, quae nondum satis emendate leguntur.

P. 405. *E.* *III.* 502. Verba, quae cl. Editor primus a textu separavit, sic digerenda et emendanda videntur:

σύ μου καταφρονεῖς ὅτι μάγειρός εἰμ' ἴσως.
ὅσον ἀπὸ ταύτης τῆς τέχνης εἴργασμ' ἐγώ!

Tu me fortasse contemnis propterea, quod coquus sum. At quantum ex hac arte quaestum feci equidem! Dicitur autem ἐργάζεσθαι ἀπὸ sive ἐκ τέχνης τινός, et ἐργάζεσθαι τέχνην, ut ἀρετήν, σωφροσύνην ap. *Isocrat.* T. III. p. 8. τὴν μουσικήν. *Plato* in Phaedon. p. 376. G. *Wyttenb.* Epist. crit. p. 28. (248) ἐργάζεσθαι τὴν θάλασσαν. *quaestum e mari facere*; ap. *Lucian.* I. Mar. Dial. XV. *Wessel.* Obss. crit. p. 53. Hinc ἐργασία *quaestus.* In *Libanii* Apol. Socr. T. III. p. 43. 20. ἀλλ' ἀργούς φησιν ἐποίει Σωκράτης· τίνα τρόπον; εἰπέ· τὸ καθῆσθαι ποιοῦντα μηδέν, τὸ μετιέναι τὰς ἐργασίας ποτὲ βέλτιον. scribe: τίνα τρόπον; (ὅτι) εἶπε, τὸ καθῆσθαι ποιοῦντα μηδὲν τοῦ μ. τὰς ἐργασίας πολὺ βέλτιον.

P. 407. E. *III.* 509. In *Timoclis* fr. de Telemacho, quem ridebant homines ὡς αἰεὶ κυάμων χύτραν σιτούμενον. V. 4. θανατηγὸν καλὴν χύτραν φέρει. scripserim

θανατηγὸν αἰὲν ἀγκάλῃ χύτραν φέρων.

quod certe probabilitate non destitutum est. *Lucian.* Dial. Mar. I. §. 5. ἔφερε δὲ ὁ ἐπέραστος ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀθυρμάτιον ἄρκτου. *Eurip.* Bacch. 698. ἀγκάλαισι δορκάδ' ἢ σκύμνους λύκων ἀγρίους ἔχουσαι. — Sequentem *Ejusdem* Eclogam sic correxerim:

ὥστ' ἔχειν οὐδὲν παρ' ἡμῖν· νυκτερεύσας δ' ἀθλίως
πρῶτα μὲν σκληρῶς καθεῦδον, εἶτα Θούδιππος φλέων
παντελῶς ἐπῆξεν ἡμᾶς, εἶθ' ὁ λιμὸς ἥπτετο·
εἶτ' ἐφεῖρπον πρὸς Δίωνα τὸν διάπυρον· ἀλλὰ γὰρ

οὐδ' ἐκεῖνος οὐδὲν εἶχε· πρὸς δὲ τὸν χρηστὸν δραμὼν
Τηλέμαχον Ἀχαρνέα, σωρὸν κυάμων τε καταλαβὼν,
ἁρπάσας τούτων ἀνέτραγον· ὁ δ' ὄνος ἡμᾶς ὡς ὁρᾷ
. . . . . Κηφισόδωρος περὶ τὸ βῆμ' ἐπέρδετο.

V. 2. pro καθεύδω, quod intolerabilem hiatum facit, καθεῦδον scripsi, quam imperfecti formam adstruxit *Brunck.* ad *Arist.* Thesm. v. 479. et ad Aves. 495. Tum scripsi φλέων pro ὀλέων. Thudippus hominem nostrum multa inepte garriendo (φληναφῶν. ληρῶν.) *frigore percusserat.* Hoc est ἔπηξεν, quod recte tuetur cl. Editor in Addend. p. 476. De admirantium stupore verbo πηγνύσθαι utitur *Philostr.* Imag. I. 24. p. 709. πεπηγέναι φήσεις αὐτόν· τοσοῦτον αὐτῷ τῆς ἐκπλήξεως ἐμπέπτωκεν. *Heliodor.* L. II. 23. ἐπάγη πρὸς τὴν ἀκοὴν τῶν ὀνομάτων ὁ Κνήμων. ubi nonnemo ἐπλάγη tentavit, infeliciter. Ib. L. IV. 13. ἐπάγη πρὸς ταῦτα. *Theocrit.* Eid. II. 110. ἀλλ' ἐπάγην δαγῦδι καλὸν χρόα παντόθεν ἶσα. Cf. *Wernsd.* ad *Himer.* p. 309. — V. 4. εἶτ' ἐφεῖρπον. *accedebam*, ut saepe ἕρπειν ponitur pro ἔρχεσθαι. de quo monuit *Brunck.* ad *Eurip.* Hipp. 561. p. 362. nec minus ap. Atticos, quam ap. Dorienses, quibus hunc usum vindicat *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 400. A. B. Exemplis ab illo allatis adde versum apud Spartanos cantari solitum, ἕρπει γὰρ ἄντα τῷ σιδάρῳ τὸ καλῶς κιθαρίσδειν. *Plutarch.* T. II. p. 335. A. Ad nostrum locum facit *Aeschyl.* Eum. 490. οὔτε γὰρ βροτοσκόπων μαινάδων τῶνδ' ἐφέρψει κότος τις ἐργμάτων, — V. 5. in Ἀχαρνέα ultima producitur. Cf. *Pierson.* ad *Moer.* p. 192. et *Brunck.* ad Oed. Col. 1458. pauca exempla exstant hujus formae correptae, de quibus vide *Porson* ad *Eurip.* Hec. 876. — τὲ quod vulgo post

σωρὸν legitur, metri causa transposui. V. 8. ab initio est mutilus. Eum sic fortasse impleveris

ὁ δ' ὄνος ἡμᾶς ὡς ὁρᾷ
πῶς δοκεῖς, Κηφισόδωρος, περὶ τὸ βῆμ' ἐπέρδετο.

Formula πῶς δοκεῖς, sic saepissime ad orationem animandam interponitur. Vide *Valcken.* ad Hipp. V. 446. *Herm.* ad *Arist.* Nub. 878. p. 145. Cephisodorus *asini* nomen habuisse videtur, fortasse ob eam ipsam causam, quod nonnumquam in foro apud suggestum pepedisset. — Jam superest, ut moneam, initio hujus fragmenti scriptum fuisse videri: ἐν δ' Ἰκαρίοις Σατύροις φησὶν οὕτως· Εἶχον οὐδεὲν παρ' ἡμῖν. pro ὥςτε ἔχειν. Certe vulgata οὐδεὲν non temere videtur rejicienda.

P. 408. *A. B. III.* 511. *Heniochi* versus sic fortasse scribendi sunt et distinguendi

α. πρὸς ἐμαυτὸν ἐνθυμούμενος ἦν, νὴ τοὺς θεούς,
ὅσῳ διαφέρει σῦκα καρδάμων· σὺ δὲ
Παύσωνι φῂς τοῦδ' οὕνεκα προςελελακέναι.
β. ναί, πρᾶγμ' ἐπηρώτα με δυςτράπελον πάνυ,
ἔχον τε πολλὰς φροντίδων διεξόδους.
α. λέγ' αὐτό, καὶ γὰρ οὐκ ἀγέλοιόν ἐστ' ἴσως,
β. ἔτνος κυάμινον διότι τὴν μὲν γαστέρα
φυσᾷ, τὸ δὲ πῦρ οὔ· α. χάριεν οἷς γινώσκεται
τὸ πρᾶγμα τοῦ Παύσωνος, ὡς δ' ἀεί ποτε
περὶ τοὺς κυάμους ἐσθ' οὗτος ὁ σοφιστὴς πολύς.

Idem fragmentum erudite tractavit in Addendis cl. *Boissonade*, cui V. 5. debeo διεξόδους pro δυςεξόδους. V. 1. inserui ἦν, a pracedente νὴ absorptum. Color, ut in *Terentii* Eunucho II. 2. 1. *Di immortales, homini homo quid praestat? stulto*

intellegens quid interest! hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi. — V. 3. vulgo τὸ δεῖνα. Cod. A. τοδειναι. quod ex τοῦδ' εἵνεκα ortum videtur. Jam librarii hoc, quod ab Atticorum consuetudine alienum (v. *Brunck.* ad *Arist.* Lysistr. 74.) saepe posuerunt pro οὕνεκα. — V. 4. vulgo καὶ πρᾶγμ' ἠρώτα με. et V. 5. ἔχων. At dubitari nequit, participium referendum esse ad πρᾶγμα, non ad *hominem.* — V. 8. φυσᾷ, τὸ δὲ πῦρ οὔ. Sic haec mecum distinxit *Boissonade*, qui opportune comparavit *Philostrat.* Prooem. Vit. Soph. p. 483. — V. 10. πολὺς scripsi pro τέλος. Cf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 142. *Boisson.* ad *Philostr.* Her. p. 342.

P. 409. D. *III.* 516. *Antiphanis* versus sic impleri posse videntur,

ἐν ὅσῳ δ' ἀκροῶμαί σου, κέλευσον ὕδωρ τινὰ
φέρειν ἀπονίψασθαι.

pro κέλευσόν τινα. Jam recte sequitur: δότω τις δεῦρ' ὕδωρ. *) In proximo fragm. Ejusdem aut, ut alii volunt, *Epigenis*, scribe

*) ὕδωρ reddo *Libanio* T. III. p. 415. 15. de servili Thebanorum animo agenti: χαρίζονται ἐκεῖνοι βαρβάροις· τί θαυμαστόν; πατέρων ἀκολουθοῦσι παραδείγμασι· μετὰ τὴν μεθ' ὑμῶν, μετὰ ἀπαρχὰς δουλείας τὴν Πυλαίαν προπεπώκασιν. ubi *Reiskius* de verbis corruptissimis ex ingenio sanandis desperat. Noli tamen dubitare corrigendum esse: μετὰ γῆν, μεθ' ὕδωρ, μετ' ἀπαρχὰς δὴ *postquam Persis aquam et ignem dediderunt tanquam primitias servitutis.* De hac deditionis formula vide, si tanti est, *Brisson.* de Regno Pers. III. 66. p. 733. Ipse *Libanius* p. 425. 21. οἱ μικρὸν ὕδωρ καὶ βῶλον γῆς οὐ

καὶ τότε
πτέριν πατήσεις, κἀπονίψει κατὰ τρόπον
τὰς χεῖρας, εὐώδη λαβὼν πηγὴν ἐκεῖ.

quibus verbis loci amoeni fructus promittitur nescio cui. V. 2. vulgatum περιπατήσεις, quo metrum evertitur, minima mutatione correximus. Emendationis veritatem praestat *Theocritus* Eid. V. 50. ubi quum alter pastorum dixisset, ἦ μὰν ἀρνακίδας τε καὶ εἴρια τᾷδε πατησεῖς. alter locum, in quo ipse moratur, commendans, respondet,

αἰ δέ κε καὶ τὺ μόλῃς ἁπαλὰν πτέριν ὧδε πατησεῖς.

V. 3. vulgo λαβὼν τὴν γῆν. nostrum contextui aptissimum. Passim apud veteres commemorantur fontes aquae odorae. ἐκεῖ versus explendi causa addidi. Verbum περιπατεῖν, quod ex hoc loco sustuli, restituo *Dioni Chrys.* Or. LXVI. p. 357. 34. ἐὰν μὲν ἐμβάλλῃς συνεχῶς εἰς τὴν ἀγοράν, ἀγοραῖος ἀκούσῃ.... ἐὰν δ' ἐπ' ἐργασίας ᾖς τινος, βάναυσος· ἐὰν δὲ σχολάζων περιπατῇς, ἀργός. Vulgo inepte σχολάζων προπετής. Ibidem paulo post p. 358. 12. scribendum existimo, δέον πολλάκις εὐλαβεῖσθαι κἂν ἀρέσαι συμβαίνῃ τινί. pro κἂν ἄρα συμβαίνεις τι. *si cui contigerit, ut placeat, saepe tamen tum quoque sibi cavere debet.* Quam conjecturam sequentia abunde confirmant.

δόντες, τὸν τῆς γῆς, ὥς αὐτοί φασιν, ὀμφαλὸν δεδώκασι; Caeterum animadvertendus elegans usus praepositionis μετά, de quo nuper monuit cl. *Boissonade* ad *Philostr.* Her. p. 429. Noster T. III. p. 63. 8. πῶς ἀλλήλους ὀψόμεθα μετὰ τὸ κώνειον. T. IV. p. 46. 24. τῶνδ' ἀλλοφύλων ταῦτ' εἰργασμένων μετὰ γάμον, ὦ Ζεῦ, καὶ παῖδα. p. 119. 22. ἐπανήρχου δὲ μετὰ Τροίαν.

Liber decimus.

P. 412. F. *IV.* 8. De Milone vide quae tradidit *Philostratus* in Vit. Apoll. IV. 28. p. 169. ubi in descriptione statuae ejus lege: τὸ δὲ διεῖρον τῶν δακτύλων καὶ τὸ μήπω διεστός, τῇ ἀρχαίᾳ ἀγαλματοποιΐᾳ προσκείσθω. pro τὸ δὲ ἔργον et καὶ μήπω διεστώς. Referuntur haec ad praecedentia p. 168. ἡ δεξιὰ δέ, ὀρθοὶ τῆς χειρὸς ἐκείνης οἱ δακτύλοι καὶ οἷον διείροντες. Aliud hujus familiae compositum restituo *Libanio* T. IV. p. 765. 28. καὶ νῦν μὲν τὸ ξίφος, τὰ φάρμακα, δέδωκε πρόφασιν καθ' ἡμῶν ταύτῃ συκοφαντίας, σαθρὰ μέν, ὡς ἤδη δεδήλωται, συναιρόμενα δὲ ὅμως πρὸς συκοφαντίαν εὔφωρατον. Scribe: συνειρόμενα. — Mox in *Doriei* Epigrammate P. 413. A. vulgatam lectionem V. 6. πάντα κατ' οὖν μοῦνος ἐδαίσατό νιν. a prava conjectura nostra docte vindicavit *Schaefer* ad *Longum.* p. 418.

P. 414. *A. IV.* 12. *Xenophanis* Eleg. V. 6. ἀστοῖσί κ' εἴη κυδρότερος προσέραν. Sic membranae; quod in πρὸς ἄκρα mutaverunt Editores. Fortasse recte. Vide tamen, an in Cod. lectione lateat

κυδρότερος προσορᾶν.

ut ap. *Aeschyl.* Prom. 246. ἐλεεινὸς εἰσορᾶν ἐγώ. *Theocr.* Eid. XI. 20. λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν. Similia congessit *Fischer.* ad Velleri Gramm. T. III. 2. p. 24. — Mox V. 15. εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσιν ἔτ' εἴη. alii ἐπείη, alii ἐνείη mallent. Neutrum recte. Verum fuerit,

εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσι μετείη.

Homer. Ιλ. ε. 85. οὐκ ἂν γνοίης πατέροισι μετείη. Ιλ. ο. 251. ἵνα ἀθανάτοισι μετείη. Ιλ. ω. 435. θανὼν φθιμένοισι μετείην. — In proximo *Achaei* fr. V. 2. ἥβης σφριγῶντες ἐμπορεύονται. vere correxit ἥβῃ *Ruhnk.* ad Tim. p. 245. In *Philostrati* Imagg. IV. p. 885. emendaveram καὶ βραχίων ξυνὼν ἁπαλότητι σφριγῶν τε. (pro σφυγμῶν.) non multum aberrans a vera lectione, quam eruit cl. *Boissonade* ad Heroic. p. 683. Cf. eundem p. 427. sq. Hoc verbum haud scio an restituendum sit *Plutarcho* in Amator. T. II. p. 753. B. ἐρᾷν δὲ φάσκουσαν γυναῖκα καὶ σ φ ρ ι γ ᾷ ν, τίς οὐκ ἂν ἔ χ θ ο ι καὶ βδελυχθείη, μή τι γε λάβοι γάμου ποιησάμενος ἀρχὴν τὴν τοιαύτην ἀκρασίαν. Vulgo καὶ φυγεῖν τις ἂν ἔχοι. *mulierem, quae se amare et libidine turgere fateatur, quis non oderit?* Verbo σφριγᾷν sic utitur *Longus* L. III. p. 83. καὶ γέροντας ὁρῶντας ἐξώρμησεν εἰς ἀφροδίτην τὰ τοιαῦτα· οἱ δέ, καὶ νέοι καὶ σφριγῶντες... ἐξεκᾴοντο πρὸς τὰ ἀκούσματα. Ibid. L. III. p. 88. μαθοῦσα ἐνεργεῖν δυνάμενον καὶ σφριγῶντα. Cf. *Ruhnken.* ad *Timae.* p. 245.

P. 416. *D. E. IV.* 22. In *Anaxilae* testimonio de Ctesia helluone, depravatus est V. 1. ἤδη σχεδόν τοι πάντα σοι πλὴν Κτησίου. qui nec

sensum habet, nec cum sequentibus de eodem homine testimoniis satis conspirat. Scribendum suspicabar:

ἤδη χέσαιντο πάντες ἂν πλὴν Κτησίου·
δείπνου γὰρ οὗτος, ὥς λέγουσιν οἱ σοφοὶ
ἀρχὴν, τελευτὴν δ' οὐκ ἐπίσταται μόνος.

Tanta ciborum vi devorata quivis alius jamdudum abiisset, quo saturi eunt; at Ctesippus alvum non exonerabat; quippe quae voragini similis omnia recipiebat, nihil reddebat. — Idem jocus iteratur in proxima Ecloga, ubi scribendum videtur,

διαῤῥαγήτω χἄτερος δειπνῶν τις, εἰ
μὴ Κτησίας μόνος· β. τί γάρ σφε κωλύει.

pro δειπνῶν τις ευ. et τί γάρ σε κ. quod cl. Editor mutavit in ἕ κωλύει. Cf. supra ad L. III. p. 124. D. — Ex ejusdem *Anaxilai* Gratiis V. 1. οὐκ ἐτὸς ἐρωτῶσι προσιόντες τινές. non in media sua parte est mutilus, sed in capite. Fortasse fuit,

εἶτ' οὐκ ἐτὸς ἐρωτῶσι προσιόντες τινές...

Cf. *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 200. — In proximo denique *Philetaeri* fragm. fortasse scribendum,

κἂν δέῃ
ἐγὼ τροχάζω στάδια πλείω Σωτάδου.

nisi forte in δέῃ est synizesis.

P. 417. *B. IV.* 24. in *Theophili* dialogo cum athleta voracissimo V. 4. α. σύκων δύο Μνᾶς· β. ἔπιες δὲ πόσον; α. ἀκράτου δώδεκα Κοτύλας. lacunam sic minimo negotio repleveris,

σύκων δύο
μνᾶς· β. ἐπέπιες δὲ πόσον;

Aristoph. Eqq. 353. ἐμοὶ γὰρ ἀντέθηκας ἀνθρώπων τιν'; ὅστις εὐθὺς Θυννεῖα θερμὰ καταφαγὼν, κᾆτ' ἐπιπιὼν ἄκρατον οἴνου χοᾶ.

P. 417. E. IV. 26. *Mnesimachi* locus: εἰμὶ γὰρ Βοιώτιος Ὀλίγα μὲν ἄλλων, ταῦτα πολλὰ δ' ἐσθίειν. vereor, ut sensum habeat. Fortasse scribendum

ὀλίγα μὲν ἀλέγων ταῦτα, πολλὰ δ' ἐσθίων.

quod facetum, et Boeotio homine nihil praeter ventrem curante, dignissimum. Non minus tamen probabiliter scripseris

ὀλίγα μὲν ἀλγῶν ταῦτα, πολλὰ δ' ἐσθίων.

Finge tibi Boeotium, in re tristi nec parvi momenti interrogatum, quomodo ipse eâ affectus esset; ad quam interrogationem ille respondet, se, ut Boeotium, talibus rebus parum affici. Conf. quae de Boeotiorum ἀναισθησίᾳ diximus supra ad L. V. p. 186. F. et quae de Atticorum in illos dicteriis docte disputavit *Boettiger* in Museo Attic. T. I. P. II. p. 341. sqq. *) Recte dicitur ἀλγῶν ταῦτα.

*) Illi enim, quod *Eubulus* paulo ante dixit, ut famelici et loquaces, hi, ut stupidi et edaces traducebantur. Haec mihi in mentem revocant laudes Athenarum ap. *Dion. Chr.* Or. LXIV. p. 332. ubi et frugalitatis Atheniensium praecipue habetur ratio. Ex quo loco si vitia quaedam conabor tollere, nihil, quod ab hujus libri ratione alienum sit, facere videbor. Primum p. 332. 15. lego: τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τῶν Ἀθηνῶν (sic marg. Morell.) εἰς Εὔβοιαν

ut ap. *Sophocl.* Aj. 789. τοῦδ' εἰςάκουε τἀνδρὸς ὡς ἥκει φέρων Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν ἣν ἤλγησ' ἐγώ. *Achill. Tat.* L. III. 10. τὰ μὲν οὖν ἐμὰ ἧττον ἀλγῶ. Simili ratione dicitur θαῤῥεῖν τι et alia, de quibus vide *Matthiae* Gramm. gr. §. 408 p. 555. Hinc existimo ap. *Xenoph.* in Hier. c. II. 18. p. 239. ed. *Schn.* olim lectum fuisse: καὶ ὅταν ἀποθάνωσιν, οὓς ἐφοβήθη, οὐδέν τι μᾶλλον τοῦτο θαῤῥεῖ. pro τούτου θ. *Ejusd.* Cyrop. VII. 5. 9. ὃ λέγεται φοβερὸν εἶναι.. τοῦτο μάλιστα θαῤῥεῖτε. Cf. *Heindorf.* ad *Platon.* Phaedr. p. 228. *Boisson.* ad *Phil.* Her. p. 364. Apud *Libanium* autem T. IV. p. 547. 1. mallem θάλλουσαν βλέπων νεότητα. quam θαῤῥοῦσαν. ut et ap. *Juncum* in *Stobaei* Flor. CXII. p. 585. legerim: ὥςπερ δὲ ἔν τινι ἀγαθῇ γῇ φυτὸν ἀεὶ θάλλοντας (vulg. θαῤῥοῦν τοὺς) πτόρθους ἀνίησι. cujus emendationis partem occupavit *Wyttenb.* ad *Plut.* de S. N. V. p. 49.

P. 418. *A. IV.* 27. *Eratosthenes* Πέμπελόν φησιν ἐρωτηθέντα, τί αὐτῷ δοκοῦσιν εἶναι οἱ Βοιωτοί; εἰπεῖν· τί γὰρ ἄλλο ἢ τοιαῦτα ἐλάλουν οἷα ἂν καὶ τὰ ἀγγεῖα φωνὴν λαβόντα, πόσον ἕκαστος χωρεῖ. Salebrosum esse hoc locum bene monuit cl. Editor. Certe responsum ad interroga-

ἐξήγαγεν. *primum enim Fortuna eos ex Athenis in Euboeam traduxit.* Tum. p. 333. 31. διὰ δὲ τοῦτο ἀπαγαγοῦσα, ἐνθάδε ἵδρυσε. et paulo post: εἰ μέ τις ὑψηλὸν ἄραι ἄνω μετέωρον ἐπὶ πτηνῶν Πηγάσου νώτων, ἢ Πέλοπος πτηνῶν ἁρμάτων, ὑποκλίνων τὴν γῆν ἅπασαν καὶ τὰς πόλεις, οὐκ ἂν τὴν Λυδῶν ἑλοίμην τρυφήν, οὔτ' εὐτέλειαν τὴν Ἀττικήν. Tandem p. 335. 24. καλὸς δὲ ὁ Πειραιεύς, οὐκέτι δὲ μετὰ τῶν τειχῶν αὐτὸν βλέπεις.

tionem non quadrat. At si legeris: *τί αὐτῷ δοκοῦσιν* ε ἰ ρ η κ έ ν α ι *οἱ Βοιωτοί*; omnia habebis perspicua. Idem verbum restituo *Dioni Chr.* Or. LXXX. p. 437. 32. *Σόλωνα μέντοι καὶ αὐτὸν* ε ἰ ρ η κ έ ν α ι *φασίν, ὡς αὐτῷ μὴ ἀρέσκοντα εἰσηγεῖτο Ἀθηναίοις, ἀλλ' οἷς αὐτοὺς ὑπελάμβανε χρήσεσθαι.* Vulgo *καὶ αὐτὸν εἰδέναι ὡς ὅτι αὐτῷ.* In eadem Or. p. 441. 43. legerim: *ἕνα δ' οὖν ἄξιον* ο ἶ μ α ι *μὴ παριέναι.* pro vulgato, *ἄξιον εἶναι μὴ παρεῖναι.* Sic etiam ap. *Liban.* T. IV. p. 396. 16. *τὸ τῶν κοινῶν φροντίζειν καὶ τὴν πόλιν εὖ ποιεῖν, ἤδη σωφρονοῦντος ἢ παροινοῦντός ἐστιν. Οὐκ ἂν* ε ἶ ν α ι *φαίη τάγε τοιαῦτα μεθυόντων.* lego: *οὐκ ἂν*, ο ἶ μ α ι, *φαίη...* Sed ap. Eundem p. 668. 9. *τοῦτον καὶ φιλάνθρωπον εἶναί τινες ὀνομάζουσιν.* vulgata temere sollicitatur. *Platon.* Laches §. 52. *τί λέγεις τοῦτο ὃ ἐν πᾶσιν ὀνομάζεις ταχυτῆτα εἶναι.* de Rep. IV. p. 428. C. *οὐκοῦν καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ἐπιστήμας ἔχοντες ὀνομάζονταί τινες εἶναι.* *Xenoph.* Apolog. §. 13. *οἱ μὲν οἰωνοὺς.. ὀνομάζουσι τοὺς προσημαίνοντας εἶναι.* ubi v. *Schneiderum.* Conf. *Heindorf.* ad *Platon.* T. II. p. 344. *Schaefer* ad *Dionys. Hal.* p. 141. not. — Recte contra ap. *Eund.* T. IV. p. 11. 6. Codd. habent, *τὸ μὲν οὖν εἰς τοὺς κρείττους τὰ τῶν ἡττόνων* ἰ έ ν α ι (Vulg. *εἶναι*) *κτήματα. λόγον ἴσως ἂν ἔχοι* *). quem dicendi usum illustravit *Valckenar.* ad *Herodot.* L. II. p. 120. 95. Sententia videtur ducta ex *Demosthen.* Philipp. I. p. 41. 24. ed. *R.*

*) Ap. *Liban.* T. IV. p. 28. 15. vera videtur lectio marg. Morell. *καὶ γὰρ εἰ μὲν ἤρκει τοῖς Ἕλλησι ταῦτ' ἀκούσασι τὴν ταχίστην ἀποπλεῖν,* ε ἶ χ ε ν ἂ ν ἴ σ ω ς τ ι ν ὰ λ ό γ ο ν *ἡ περὶ ταῦτα διατριβή.* pro vulgata *ἴσως τι χρηστόν.*

Obiter conjecturam expromam de alio *Libanii* loco T. IV. p. 53. ubi de Agamemnonis in peste illa, quae in castris Graecorum grassabatur, socordia agitur: νῦν δὲ ὥςπερ τῶν πολεμίων ἀπόντων ἐπιθήσας τοῖς νεκροῖς τὰς συνεχεῖς πυράς, καὶ συμφορὰς ἀκούων ἀλλοτρίας... οὐ λόγον εἶπεν. Lego: ὥςπερ τῶν πολεμίων ἀ π ι ό ν τ ω ν ἐπινήσας τοῖς νεκροῖς τ. σ. π. *haud secus ac si hostium defunctorum cadaveribus continuos illos extruxisset rogos..* ἀπιόντες. *defuncti.* ut p. 52. 27. — ἐπινήσας τὰς πυράς. ut in *Aristoph.* Lys. 269. μίαν πυρὰν νήσαντες, ἐμπρήσωμεν αὐτόχειρες Πάσας. Ib. 373. ἵνα νήσας πυρὰν τὰς σὰς φίλας ὑφάψω. Cf. *Wessel.* ad *Herodot.* I. p. 23. *Ruhnk.* Ep. crit. p. 258. Jam olim hoc vocabulum restitui *Heliodoro* L. VIII. 9. κἀπειδὴ τὴν πυρκαϊὰν ὡς ὅτι μεγίστην ἔνησαν οἱ δήμιοι. pro ἐνῆψαν. idque legi in Cod. Veneto monuit cl. *Bast.* in Epist. ad Boiss. p. 182.

P. 418. C. *IV.* 29. In *Cratetis* ex *Lamia* versu ἔπει τριπήχη Θετταλικῶς τετμημένα. praeclara mihi videtur et unice vera emendatio *Casauboni*, ἔπη τριπήχη. *verba sesquipedalia.* Similiter *Aristophanes* in Ran. 811. ubi certamen agitur inter Aeschylum et Euripidem, καὶ κανόνας ἐξοίσουσι καὶ πήχεις ἐπῶν. ut verba emetiantur scilicet illi. Caeterum *Cratetis Lamia* nomen habuisse videtur ab illa, quam anilium naeniarum argumentum fuisse veteres tradunt. *Dio Chr.* Or. LV. p. 285. οἷς ἐκεῖνος ἐκήλει τοὺς ἀναισθήτους, ὥςπερ αἱ τίτθαι τὰ παιδία, διηγούμεναι τὴν Λαμίαν. Ejus mores pulchre descriptos dedit *Philostrat.* in V. Apoll. IV. 25. p. 165. ἐρῶσι δ' αὗται καὶ ἀφροδισίων μέν, σαρκῶν δέ· καὶ μάλιστα ἀνθρωπείων ἐρῶσι καὶ πάλλουσι καὶ ἀφροδισίοις, οὓς ἂν ἐθέ-

λωσι δαίσασθαι. Depravatissima verba, quae *Valckenar.* tentavit ad *Herodot.* p. 602. 67. sed, si quid video, minus feliciter, equidem in hunc modum corrigenda esse suspicor: ἐρῶσι δ' αὗται καὶ ἀφροδισίων μέν, σαρκῶν δὲ καὶ μᾶλλον· καὶ μάλιστα ἀνθρωπείων ἐρῶσι καὶ αἰκάλλουσι τοῖς ἀφροδ. *Idem* in Imagg. L. I. 22. p. 796. καὶ ἐρῶσιν οἱ γενναῖοι, καὶ ὑποποιοῦνται τὰς Λυδάς, αἰκάλλοντες τέχνῃ. Conf. de hoc vocabulo *Interpp. Hesychii* T. I. p. 156. 23. *Toup.* Em. in Suid T. I. p. 100. *Boissonade* ad *Philostr.* p. 437. Facetum de Lamia locum *Plutarchi* T. II. p. 515. F. supra emendatum dedi ad L. V. p. 193. D.

P. 419. *B. IV.* 31. In fr. *Alexidis,* ἀλλ' ἔγωγε τοῦ τὰ δέοντ' ἔχειν Τὰ περιττὰ μισῶ. intricatior verborum structura depravationis suspicionem movet. Scripserim

ἀλλ' ἔγωγέ που τὰ δέοντ' ἔχων
τὰ περιττὰ μισῶ.

που restituendum existimaverim *Xenophonti* in Oecon. c. 20. 9. ubi omnes fere libri habent, ὅταν τε αὖ διὰ στενοπόρων ἴωσιν, οὐ χαλεπὸν εὑρεῖν... sed verior lectio videtur fuisse: διὰ στ. ἴωσί που, χαλ. εὑρ. Et *Dioni Chrys.* Or. L. p. 258. 41. ἢ τὴν ἀλήθειάν που ἐπὶ μόνοις τοῖς κακοῖς οὖσαν ὠφέλιμον. pro vulgato, οὐκ ἐπὶ μόνοις. Ibidem paulo post legendum, ἐὰν ἀληθὲς ᾖ. non ἦν.

P. 421. *C. IV.* 39. In *Mnesimachi* V. 1. lego revocata membranarum lectione

ἆρ' οἶσθ' ὅτιὴ πρὸς ἄνδρας ἐστὶ μαχητέον.

omisso σοὶ post ἐστί, quod ex glossa oriri potuit. — V. 9. autem pro δὲ ἐστεφανώμεθα legerim: καταπέλτας δ' ἐπεστεφανώμεθα. *Pindar.* Ol. IX. 107. ὅς Οἰλιάδα νικῶν ἐπεστεφάνωσε βωμόν.

P. 421. *F. IV.* 41. ex *Aeschyli* Phineo καὶ ψευδόδειπνα πολλὰ μαργώσης γνάθου Ἔρυσαν οἷον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ. Phinei verba sunt narrantis, ut cibum sumturus a diris Harpyiarum monstris decipi soleat. *Cornelius de Pauw*, qui ἔῤῥευσαν emendavit, mihi quidem a vero proxime abfuisse videtur. Sed quum veteres Attici substantivis neutrius generis pluralis numeri singularem verbi addere soleant *), scribendum existimo,

> καὶ ψευδόδειπνα πολλὰ μαργώσης γνάθου
> ἔῤῥευσ' ἂν οἷον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ.

perire solebat. Hanc vim particulae ἂν verbis additae illustratam dedit *Brunck.* ad Philoct. v. 290. *Herm.* ad *Viger.* p. 785. nr. 286. ἂν sic positum

*) Plurima loca, quae huic regulae adversari videntur, facilem emendationem admittunt. Vide *Heindorf.* ad *Platon.* T. III. p. 137. In *Xenoph.* Hellen. IV. 2. 7. admittenda lectio Stephani et Leuncl. τὰ δὲ πάντα ἆθλα οὐκ ἔλαττον ἐγένετο. pro ἐγένοντο. Haec in Codd. sibi sunt simillima. *Lysias.* p. 270. ὅσα ἑκάστῳ ἐγένοντο. Scr. ἐγένετο. ut fortasse etiam ap. *Aelian.* V. H. XIII. 3. ἔκπυστα οὖν ἐγένοντο τὰ τολμηθέντα. Ap. *Lysiam* p. 315. ἅπαντα μὲν γὰρ πλείονος ἢ ταλάντου τετίμηνται. corrige cum *Scaligero* τετίμηται. Ap. *Liban.* T. IV. p. 125. 20. καὶ ξίφη τοῦτον ἐδέξατο. non ἐδέξαντο. Minus obvia est emendatio ap. *Isocrat.* Panath. §. 18. p. 407. ed. *Lang.* ὀλίγα ἃ τοῖς ἀκούσασιν ὀργὴν ἀξίαν ἐμποιήσουσι.

passim offensioni fuit interpretibus; ut ap. *Xenoph.* in Hellen. VI. 2. 28. ἐπανήγαγεν ἂν τὸ κέρας. et mox in ἀντιστρέψας ἄν, ubi *Morus* ἂν delet. Eandem vim habet in Anabas. L. II. p. 11. ἔπαιον ἄν. ubi difficultas est in ἐπιτήδειος Ib. IV. 7. 17. καὶ ἀποτέμνοντες ἂν τὰς κεφαλάς. Cyropaed. VII. 1. 10. ὁπότε προσβλέψειέ τινας τῶν ἐν ταῖς τάξεσι, τοτὲ μὲν εἶπεν ἄν.. τοτὲ δ' αὖ ἐν ἄλλοις ἂν ἔλεξεν. ubi Vir doctus frustra haesit. Sic plane *Thucyd.* L. VII. 71. εἰ μέν τινες ἴδοιέν πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἄν. *Xenophon* iterum in Cyrop. VIII. 1. 17. τῶν γὰρ παρ' ἑαυτῷ μάλιστα φίλων, ἐκέλευσεν ἄν τινα λαβεῖν τὰ τοῦ μὴ φοιτῶντος.... Ἐπεὶ οὖν τοῦτο γένοιτο, ἧκον ἂν αὖθις οἱ στερόμενοι ὡς ἠδικημένοι. et ap. *Lysiam* Or. VII. p. 138. 3. in ἠγανάκτουν ἄν. servanda est haec particula, quam *Reiskius* temere damnabat.

P. 422. *A. B. IV.* p. 42. In *Alexidis* tetrametris V. 4. οὐδ' ἂν ἀδικοῖτ' οὐδὲν οὐδείς, οὔθ' ὑβρίζοιτ' ἂν ἑκών. versus in exitu vacillat. Scribe verbis transpositis

οὔτ' ἂν ὑβρίζοιθ' ἑκών.

In proximo *Diphili* loco v. 12. nondum me poenitet conjecisse,

διότι πανταχοῦ
διὰ τὴν τάλαιναν πάντ' ἄτακτα γίγνεται.

pro πάντα ταῦτα. Ejusdem peccati aliquot exempla dedi in Exercitt. crit. T. I. p. 99. sqq. ubi scripsi ap. *Euripidem* Iphig. Aul. v. 448. τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν Ἄτακτα ταῦτα. pro ἅπαντα ταῦτα.

quod Criticorum ingenia vehementer exercuit. Haec expresserat *Ennius: plebes in hoc regi antestat loco: licet Lacrimare plebi; regi h o n e s t e n o n l i c e t.* i. e. ταῦτα ἄτακτά ἐστιν. Eundem locum fortasse respexit *Valer. Flacc.* L. III. p. 369. *quamquam tristissima rerum Castiganda duci vultuque premenda sereno.*

P. 423. *C. IV.* 47. in *Antiphanis* V. 2. 3. legerim,

οὐχὶ παιδίων,
κυάθους δὲ θεῶν τε καὶ θεαινῶν μυρίους.

non ut vulgo παιδίον, nec παιδίου. Non enim de uno puero loquitur, sed de pueris in genere. Particulam adversativam, quam inserui ante θεῶν, sensus omnino postulabat.

P. 426. *C. IV.* 59. *Alexis* V. 4. λέγε τι, καὶ διατριβήν τε τῷ πότῳ Ποιῶμεν. Bene cl. Editor suspicatus est excidisse θέλεις aut νοεῖς; cujus vestigia premens legerim,

λέγ' εἴ τι ἔχεις . . .

sive λέγ' εἴ τι λέγεις, quod dictum ex formula, ut ap. *Theocrit.* Eid V. 78. εἶα λεγ' εἴ τι λέγεις. *Incipe si quid habes* ap. *Virgil.* III. Ecl. 52. εἰπὲ ὅ τι καὶ λέγεις. *Lucian.* T. I. p. 747. quod cum similibus laudat *Valcken.* ad *Herodot.* L. VIII. p. 644. 28. — Paulo post in *Dioclis* loco ex Μελίσσαις, unice veram esse arbitror lectionem *Casauboni*, πῶς... Πίνειν τὸν οἶνον δεῖ με. β. τὰ τέτταρα καὶ δύο. pro μετὰ τέτταρα. Idem vitium sustuli ex Epigr. ἀδεσπ. CCXXXII. ἀχρείως γέλα-

σόν με· τὰ δ' εὔκηλος πεφύλαξο σίνεσθαι. ubi vulgo legitur, γέλασον· μετα δ' εὔκ. et tollendum est etiam ex loco *Libanii* T. IV. p. 61. 20. ἀλλὰ δῶρα φῂς τὰ μὲν δίδωσι, τὰ δ' ὑπισχνεῖται. Καὶ τούτοις ὑβρίζων φαίην ἄν, εἰ πεπίστευκεν ἐπ' ἐμαυτῷ μετὰ χρήματα λήψεσθαι. quae verba magis etiam corrupit sciolus in marg. Morell. ἐπ' ἐμαυτὸν μὲν μετὰ χρημάτων. Tu scribe certa emendatione: καὶ τούτοις ὑβρίζειν φαίην ἄν, εἰ πεπίστευκεν ἐπ' ἐμαυτῷ με τὰ χρήματα λήψεσθαι. Ap. *Eundem* T. IV. p. 396. 12. καὶ λέγει μὴ μισοῦντος εἶναι τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ παιδεύοντος καὶ βουλομένου μετὰ τὴν θεραπείαν τῶν τρόπων κομίσασθαι. scribendum emendatione non minus certa: βουλομένου με ταύτην θεραπείαν. τ. τ. κ. *optantis, ut hoc morum meorum remedio uterer.* *)

P. 427. *C. IV.* 63. *Achaei* fr. in membranis sic exhibetur,

μῶν Ἀχελῷος ἦν κεκραμένος πολύς;
ἀλλ' οὐδὲ λῆξαι τοῦδε τῷ γένει θέμις.
καλῶς μὲν οὖν ἄγειν σκύθῃ πιεῖν.

In corruptissimis his verbis verum vidisse arbitror *Dalecampium*, qui V. 2. θῖξαι scripsit. Reliqua sic corrigi posse existimabam:

*) Obiter corrigam *Ejusdem* locum T. III. p. 32. 2. εἰ γὰρ ὥς οἱ παρ' ὑμῖν καὶ λέγοντες καὶ πολιτευόμενοι μετὰ χρηματίας ἐπὶ τὰς ἐμπορίας τραπόμενοι, τὸ βῆμα τοῖς πλουσίοις μὲν . . . ἀφεῖσαν. in quibus verbis corrigendis valde trepidabat *Reiskius*. At leni mutatione scribe: εἰ γὰρ οὕτως οἱ παρ' ὑμῖν καὶ λ. καὶ π. μετ' ἀχρηματίας.

α. οὐ μὴν Ἀχελῷος ἦν κεκραμένος πολύς.
β. ἀλλ' οὐδὲ θῖξαι τοῦδ' ἐμῷ γένει θέμις.
α. χάλιος μὲν οὖν ἄγ' ἔγχεον Σκύθῃ πιεῖν.

Haec certe intelligi possunt. Negat is, qui primus loquitur, *multum aquae vino admistum esse.* Tum unus Satyrorum: *at nostro generi aquam ne tangere quidem fas est;* quibus verbis vel minimam aquae admistionem recusat ille. Ad quae alter respondet: *agedum, da igitur Scythae illi* i. e. *Satyro bibacissimo merum potandum.* Ἄγ' ἔγχεον, ut ap. *Eurip.* Cycl. 565. Φέρ' ἔγχεον νῦν. *Diphilus* supra p. 423. F. ἔγχεον σὺ δὴ πιεῖν Εὐζωρότερόν γε, νὴ Δί', ὦ παῖ, δός· τὸ γὰρ Ὑδαρὲς ἅπαν τοῦτ' ἐστὶ τῇ ψυχῇ κακόν. *Anacreon* p. 427. A. ἄγε δὴ... τὰ μὲν δέκ' ἔγχει Ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου. De χάλις et χάλιξ conf. *Schneider.* ad *Nicandri* Alex. v. 29. p. 89.

P. 427. *D. IV.* 64. *Pindari* scolion recte me emendasse arbitror hunc in modum:

χάριτας τέλει ἀφροδισίων ἐρώτων,
ὀφρύσι χλιαρῶς μειδιῶν,
Ἀγάθωνι καλῷ κότταβον.

V. 1. τέ mutavi in τέλει. Dicitur autem χάριτας τελεῖν ut ὕμνους τελεῖν ap. *Pindar.* Pyth. I. 154. — V. 2 vulgo ὄφρα σὺν χειμάρῳ μεθύων. Nostrae conjecturae unice favet alius *Pindari* locus Pyth. IX. 65. ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάξαις ὀφρύϊ. *Hermesianax* ap. Nostr. L. XIII. p. 597. C. κωκυτόν τ' ἀθέμιστον ἐπ' ὀφρύσι μειδήσαντα. *Hymn. Homer.* in Cerer. 357. μείδησεν δὲ ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς Ὀφρύσιν. Ubi vide cl. *Matthiae* in Animadv. p. 401. Haec mihi in mentem revocant locum

Alciphronis L. II. Epist. IV. p. 324. θεασάμεναι δέ με παρὰ τὸ εἰωθὸς καὶ τῷ προσώπῳ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς χαίρουσαν, ὦ Γλυκέριον, ἤροντο, τί σοι τηλικοῦτον γέγονεν ἀγαθόν, ὅτι καὶ ψυχῇ καὶ σώματι καὶ πᾶσιν ἀλλοιοτέρα νῦν πέφηνας, καὶ τὸ σῶμά γεγάνωσαι καὶ διαλάμπεις ἐπίχαρτόν τι καὶ εὐκταῖον. ubi legendum suspicor, καὶ τὸ σὸν ὄμμα γεγάνωσαι. *Hesychius.* γάνυται... γελᾷ. ἥδεται. Γάνυμαι. χαίρω. *).

P. 429. *C. IV.* 70. *Melanippides* vini describens effectum, non scribere potuit, τάχα δή, τάχα τοὶ μὲν οὖν ἀπελαύοντο, Τοὶ δὲ παράπληκτον χέον ὀμφάν, sed dedit, ni fallor,

> τάχα δή, τάχα τοὶ μὲν νοῦν ἐπλανῶντο,
> τοὶ δὲ παράπληκτον χέον ὀμφάν.

ubi vix duas tresve literas immutatas vides. Noster L. I. p. 14. B. ἀπεπλάνα τὴν διάνοιαν φαύλων ἐπινοιῶν. *Choricius* ap. *Villoison.* Anecd. T. II. p. 60. ὑφ' ὧν (ἐλπίδων) ἀποπλανώμενος τὴν διάνοιαν. *Liban.* T. IV. p. 91. 6. ἐπιθυμίας ἐρωτικῆς πλανώσης τὸν λογισμόν. Non minus tamen probabiliter emendaveris

*) Ap. *Liban.* T. IV. p. 189. 3. Timon describit pulchritudinem Alcibiadis: κόμαι μὲν αὐτῷ τοῖς κροτάφοις ἐπισείονται Βακχικαί, τοῖς στεφάνοις ἤδη καὶ τοῖς ἄνθεσι πρὸς κόσμον ἀνθοῦσαι· ὀφθαλμοὶ δὲ ἀφιᾶσι βολάς, ταῖς ἡλίου μαρμαρυγαῖς ἁμιλλώμενοι, μεγάλαυχον ἤδη καὶ γαῦρον καὶ προσηνὲς ὁρῶντες. Hoc loco temere *Reiskius* tentavit, ἄνθεσι πρὸς κῶμον ἀνθ. Nihil vulgata lectione verius. Intelliguntur comae, quibus non corollae, sed quae corollis ornamento sunt. Quod Sophista dignum acumen, nec apud solum *Libanium* est obvium.

τάχα τοὶ μὲν ὄμμ' ἐπλανῶντο.

Infra p. 445. F. ὅτι δὲ τὸ μεθύειν καὶ τὰς ὄψεις ἡμῶν πλανᾷ, σαφῶς ἔδειξεν Ἀνάχαρσις.

P. 430. *F. IV.* 73. ὕει μὲν ὁ Ζεύς. *Liban.* T. III. p. 27. 1. ἀλλὰ τοῦ Διὸς οὐχ ὕοντος, καὶ πάλιν ἔξω τοῦ μετρίου, βοῶμεν ὡς ἀδικούμενοι. Sic haec distinguenda. Respicit autem versum *Theognidis* 25. οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς Οὔθ' ὕων πάντεσσ' ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων. de quo vide *Schaefer.* ad *L. Bos* de Ell. Gr. p. 168.

P. 431. *A. IV.* 77. in *Alexidis* fr. τῆς Φιλοτησίας ἐγὼ Μεστὰς προπίνω, ἴσον ἴσῳ κεκραμένας. vix dubitari potest, quin scribendum sit:

τρεῖς Φιλοτησίας ἐγὼ
μεστὰς προπίνω γ', ἴσον ἴσῳ κεκραμένας.

nam Φιλοτησία est poculum, quod hospiti propinatur. Cf. *Suid.* V. *Aristoph.* Acharn. 985. Noster L. XI. p. 502. Idem L. III. p. 85. B. de Clearcho tyranno, qui plurimos cicuta sustulit: ἐπειδὴ οὖν πάντες ἔγνωσαν τὴν τοῦ φαρμάκου ταύτην φιλοτησίαν, οὐ προῄεσαν τῶν οἰκιῶν, πρὶν φαγεῖν πήγανον. *Theopompi* sunt verba, quae haud scio, an obversata fuerint *Aeliano* V. H. I. 16. ubi Socrates, καὶ πῶς ὑπὲρ ἡμῶν καλῶς Ἀπολλόδωρος οὕτω δοξάζει, εἴ γε αὐτὸ (fortasse: εἴγε ἐτεόν) πεπίστευκεν, ὅτι μετὰ τὴν ἐξ Ἀθηναίων φιλοτησίαν καὶ τὸ τοῦ φαρμάκου πόμα, ἔτι οὕτως ὄψεται Σωκράτην; Idem L. XII. 49. de Phocione, ἐπεὶ δὲ ὤρεξεν ὁ δήμιος αὐτῷ τὴν κύλικα, οἱ προσήκοντες ἤροντο, εἴ τι λέγοι πρὸς τὸν υἱόν. ὁ δέ, ἐπισκήπτω αὐτῷ μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικα-

κήσειν ὑπὲρ τῆς παρ' αὐτῶν φιλοτησίας. ἧς νῦν πίνω. *Heliodor.* L. III. 11. p. 194. ἐπεὶ δὲ τὰς κύλικας ἔδει περιάγεσθαι, προέπινεν ὁ Θεαγένης, καὶ ἄκων, ἑκάστῳ φιλοτησίαν. Alia quaedam vid. ap. *Gatacker.* ad *Anton.* p. 326. — In proximo Ejusdem *Alexidis* fr. correxerim,

α. μὴ παντελῶς αὐτῷ δίδου
ὑδαρῆ· κατανοεῖς; ἴσον ἴσῳ μίξον καλῶς.
β. ἡδύ γε τὸ πόμα· ποταπὸς ὁ Βρόμιος τροφῇ;
α. Θάσιος.

V. 2. vulgo ἴσον ἴσῳ μικροῦ· καλῶς. V. 3. verborum distinctionem mutavi, et omnino ea commodius, ut mihi quidem videtur, inter loquentes distribui. Ποταπὸς τροφῇ. *unde et in qua regione nutritus?* Vulgo τρυφῇ — In sequ. fragm. scribe, ut turpis hiatus tollatur, ἀπνευστὶ δ' ἐκπιών.

P. 431. *E. IV.* 80. *Alexis* V. 3. procul dubio scripsit

ἐν τοῖς συμποσίοις οὐ πίνετε.

pro ἐν τοῖς συμποσίοισιν οὐ πίνετ'. Mox p. 432. B. IV. 82. legerim: ἔπινον δ' οἱ παλαιοὶ καὶ ἄλφιτα. pro οἱ πολλοί. Conf. ad L. XV. p. 681. C. — Ibidem in *Epinicii* fr. claudicanti metro sic fere succurri posse putabam:

γέροντα Θάσιον, τόν τε γῆς ἀπ' Ἀτθίδος
νασμὸν μελίσσης τῆς ἀκραχόλου γλυκύν,
συγκυρκανήσας.

Vulgo τῆς ἀκρολόχου, quae est Cod. Veneti lectio, quam Epitomator non imperite mutavit in ἀκροχόλου. Sed quum in hac quoque lectione metrum

vacillet, scripsi ἀκραχόλου, quod est ap. *Aristoph.* Eqq. v. 42. δεσπότης Ἄγροικος ὀργήν, κυαμοτρὼξ, ἀκράχολος. et in *Ejusd.* fr. CXXXIII. καὶ κύων ἀκράχολος. *Hesych.* ἀκραχολεία. ἡ πρόχειρος ὀργή. Jam hoc epitheton elegantem facit antithesin cum γλυκὺν νασμόν.

P. 432. *E. IV.* 84. In *Critiae* Elegia V. 11. τεύχουσιν· πρὸς δ' ὄμμ' ἀχλὺς ἀμβλωπὸς ἐφίζει. haud paulo elegantiores forent numeri, si legeretur

πρὸς δ' ὄμματ' ἀχλὺς ἀμβλωπὸς ἐφίζει.

P. 437. *E. IV.* 103. In faceta versus Homerici parodia ex Od. φ. 152. Dionysius dixisse videtur:

οὐ δύναμαι τανύσαι μὲν ἐγώ, λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος.

P. 441. *C. IV.* 116. in fr. *Alexidis* V. 1. lege ἐάν γ' οἶνος παρῇ. ne metrum ruat. Tum tres posteriores versus in hunc fere modum scribendos existimo:

ἔσται καὶ μάλα
πολιός, ὀδόντας οὐκ ἔχων, ἤδη σαπρός,
φλεδών, γερῶν τε δαιμονίως· ἀσπάζομαι
γραῦν σφίγγα! περισεμνῶς γὰρ ὡς αἰνίγματα
λέγει.

Vetula, quae h. l. verba faciens repraesentatur, de vino loquitur, ut de homine; unde alter eam aenigmata ait canere, ut sphingem aliquam. Hanc ob causam lubens amplector lectionem πόλιος a *Piersono* inventam. Certe *Eustathius* non ἡδύς, ut vulgo h. l. habetur, sed πολὺς videtur legisse in

Epitome. Σαπρὸς de hominibus passim usurpatur. *Aristoph.* Pac. 697. ὅτι σαπρὸς ὢν καὶ γέρων. De vetula idem in Eccl. 879 921. 1000. ὦ τρισκακοδαίμων, εἰ γυναῖκα δεῖ σαπρὰν Βινεῖν ὅλην τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν. Hinc lusus non inficetus ap. Eund. in Plut. 1086. ἀλλ' ἔστι κομιδῇ τρὺξ παλαιὰ καὶ σαπρά. — Tum in allegoria persistit Comicus, vinum et *garrulum* et *senem* appellans, φλεδῶνα καὶ γέροντα. Sic enim membr. lectionem λέγων γέρων γε corrigendam suspicor. Λάλος οἶνος non infrequens; nostrum etiam fortius. — Tandem lectionis nostrae vestigia satis expressa apparent in elementis vulgatae πρὸς ἐμέ γ' ὥς. Voce περίσεμνος *Aristophanes* utitur in Vesp. 602. — De *Xenarchi* versu, qui sequitur

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.

vide, quae docte disputavit *Huschke* in Anal. crit. p. 63. sq. contra *Luzacium*, qui lectionem integerrimam frustra sollicitavit in Epistola praefixa Fragm. Callim. ex Eleg. p. 10. sq. — In proxima *Platonis* Ecloga tam lepida, quam corrupta, primum versum, qui mutilus est, sic facili negotio resarcias:

εἶεν, γυναῖκες, εἰκότως ὑμῖν πάλαι
οἶνον γενέσθαι τὴν ἄνοιαν εὔχομαι.

merito vobis, o mulieres, precor, ut stultitia vestra in vinum vertatur. Quod dictum est παρ' ὑπόνοιαν, pro ὕδωρ γενέσθαι. Nam mulieri, quae loquitur, passim accidit, ut alia dicere velit, alia dicat. In illis autem linguae suae erroribus et suam et mulierum in universum vinolentiam prodit. Sic in proximis quum dicere voluisset, νοῦς ὑμῖν οὐκ ἔνεστιν

ἐν τῇ κεφαλῇ, dicit ἐν τῷ καπήλου. V. 10. sic potest corrigi

ἐπισέληνα, τἄλλα δὲ
ἤδη τοιαῦτάγ', εὐτελέστατ'· ἄκουε δή.

pro ἤδη ταῦτ' ἐῦτ. Sed hoc jam *Casaubono* in mentem venisse video. *). — V. 15. λύχνων γὰρ ὀσμάς. Spectatur consuetudo quaedam mulierum, quam attigit *Aristoph.* Eccl. 12. 13. De παρατιλτρίαις egimus supra ad L. IV. p. 166. C. — V. 16. πύργης τετάρτης κυσί τε καὶ κυνηγέταις. Ut Conisalo, obscoeno deo, μύρτων πινακίσκον i. e. *naturam muliebrem*, immolandam esse dixerat, sic simile huic donum alii ejusdem familiae numini offerri jubet. Scribe enim,

πυγῆς τετάρτη Κυνί τε καὶ Κυνηγέταις.

Loquitur de πυγῇ, ut de ποπάνῳ, cujus *quadra* apponenda sit Κυνί. i. e. τῷ αἰδοίῳ, et Κυνηγέταις, qui παράστατοι appellantur V. 13. *Marc. Argent.* Ep. XVI. de scorto impurissimo: ἦ γὰρ ὁ ταύτης Οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει καὶ κύνα καὶ διδύμους. ubi vide Not. Φλογόεντα κύνα appellat *Strato* Ep.

*) Ab eodem vitio liberabo *Dion. Chrysost.* Or. XXXIV. p. 34. μὴ γὰρ οἴεσθε ἀετοὺς μὲν καὶ ἱέρακας προσημαίνειν ἀνθρώποις τὸ δέον καὶ τὴν παρ' αὐτῶν τούτων συμβουλὴν πιστὴν εἶναι. Scribe, καὶ τὴν παρὰ τῶν τοιούτων συμβ. Fortasse etiam Or. XXXVII. p. 120. 38. ᾔδειν θνητὸν γεννηκώς, ἀλλ' οὐκ ᾔδειν ὅτι τοιοῦτον. τῶν γὰρ ἀνδριάντων ἕκαστος ἀνατίθεται ὡς αἰώνιος γενόμενος. pro vulgato: ὅτι τούτων τῶν ἀνδρ. ἕκ. Male autem *Reiskius* Or. VI. p. 208. 35. tentat, τὰ δέ τοι αὐτά. pro τὰ δὲ τοιαῦτα. cujus lectionis veritatem arguunt, quae monuit *Schaefer* in Meletem. p. 32.

LXVII. *Hesych.* κύων.. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀνδρεῖον μόριον.

P. 443. E. IV. 125. *Alexidis* verba ex Ὀπώρᾳ sic facile possunt impleri et digeri,

οἶνον πολὺν οὐ κεκραμένον πίνεις ἀεί,
καὶ μεστὸς ὢν οὐκ ἐξεμεῖς.

ubi, quas addidi, voculae, cum ad versum tum ad sensum implendum aeque sunt opportunae.

P. 445. C. IV. 131. in *Agathonis* fr. saltem scribe: καὶ σὺ χῶ νέος τρόπος. pro καὶ ὁ νέος τρ. — Mox P. 446. B. IV. 135. *Cratini* verba

τῇ νῦν τόδε πῖθι λαβὼν ἤδη, καὶ τοὔνομά μ' εὐθὺς ἐρώτα.

unum efficiunt versum tetrametrum anapaesticum. — In *Diphili* autem fr. quod sequitur, V. 2. qui trochaicus est tetrameter, sic refingendum existimo, metro non minus quam sensui consulturus,

πῖθι· τοῦτο γὰρ παρ' ἡμῶν Διὸς ἑταιρίου, πάτερ.

Fortasse etiam πάτηρ. ut poculum hospiti oblatum vocetur *pater et auctor* Jovis fidii i. e. amicitiae. Vulgo ταῦτα γὰρ ἡμῶν. παρ' a librario ob praecedens γὰρ omissum est.

P. 446. D. IV. 136. *Menandri* locus multis multorum conjecturis vexatus,

βάλλ' ἐς κόρον· ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
πᾶσι νῦν πῖθι· μένει γὰρ κακῶς.

Sic fortasse corrigi debet,

> ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
> πτισάνην σύ; νυνὶ πῖθι· μαίνῃ γὰρ κακῶς.

ubi majorem emendationis nostrae partem in depravatae lectionis elementis extare vides. σι νυν πῖθι; vocabuli πτισάνην autem duae syllabae ob similitudinem cum proximis perierunt. Veritatem hujus lectionis praestant observationes medicorum, qui *ptisanam* furentibus et maniacis potandam dabant; ut intelligere licet ex *Celso* L. III. 18. *Theoph. Non.* c. XXXII. p. 124. et aliis. Ille qui interrogat, Sosilae responso non expectato — quid enim opus erat, quum non veri explorandi causa, sed ut alterum lacesseret, interrogasset? — statim addit: *bibe nunc saltem, si nunquam alias; nam male furis.* Eundem fere sensum efficere conabatur *Bentleius*, qui scripsit: ἐλλέβορον; β. οὔ. α. νῦν πῖθι. quem mihi ad hunc locum probabilius restituendum facem praetulisse, lubens fateor.

P. 447. *C. IV.* 139. *Aeschyli* fr. ex Lycurgo sic corrigo,

> κἄκ τῶν δ' ἔπινε βρῦτον ἰσχναίνων χρόνῳ,
> καὶ σεμνοκόπτει τοῦτ' ἐν ἀνδρείας τύχῃ.

pro ἐν ἀνδρείᾳ στέγῃ. Τύχη *conditionem, sortem* significat (V. *T. H.* ad *Arist.* Plut. p. 9.) unde ἐν ἀνδρείας τύχῃ dictum videtur fuisse pro ἀνδρὸς ἔργον εἶναι καυχᾶται.

P. 449. *A. IV.* 145. *Antiphanis* V. 10. οὐδὲ εἷς muta in οὐδείς. — V. 13. τὸ πρᾶγμα est res, de qua agitur, convivium de symbolis. Hoc igitur videtur dicere: ferendos esse, si qui verba dent in conviviis et symbolorum ratione, debitam

pecuniam non solventes scilicet; ut v. c. Philippus, homo in ejusmodi fallaciis reperiundis sollertissimus. Scribo autem

ὡς σφόδρα
Φίλιππος εὑρεῖν εὐτυχής τις, νὴ Δία.

pro Φίλιππος ἄρ᾽ ἦν. Illud vero ambigue dictum etiam de homine in griphis explicandis ingenioso accipi potest. Εὐτυχὴς idem quod εὔστοχος; unde oppositum ἀτυχής, pro *stolido* usurpatur. *Demosth.* Or. Olynth. γ. p. 34. 13. οὐ γάρ οὕτως ἄφρων, οὐδ᾽ ἀτυχής τις εἰμὶ ἐγώ, ὥστε ἀπεχθάνεσθαι βούλεσθαι, μηδὲν ὠφελεῖν νομίζων. At quo sensu εὐτυχίαν dicamus positum in historia ap. *Stobae.* T. XIII. p. 146. 38. Ἀντιπάτρῳ ἄγροικος ἄνθρωπος ἐπεδίδου βιβλίον εὐτυχίαν ἔχον· ὁ δὲ οὐ σχολάζω, ἔφη, καὶ μὴ βασίλευε, εἶπεν ἐκεῖνος, εἰ μὴ σχολὴν ἔχεις. Vertunt: *Antipater rustico librum de felicitate exhibenti, respondit.* At quid rustico cum libro de felicitate? Nihil hac historia ineptius, nisi legas: βιβλίον ἀντιδικίαν ἔχον. *actionis libellum.* — In proximo *Antiphanis* fragm. P. 147. V. 15. nullo pacto ferri potest enclitica in versus initio: μοὶ τοιοῦτον. Vulgatam lectionem σμύρναν εἰπέ μοι μακρὰν μηδὲ τοιοῦτον ἄλλο μηδέν. sic refingi posse existimo

σμύρναν εἰπὲ μὴ οὐ μακράν·
μηδὲ τοιοῦτον ἄλλο μηδέν.

μὴ οὐ μακρὰν cum praecedentibus jungendum esse, apparet ex V. 11. οἶνον εἰπὲ συντεμών. et V. 12. παραλιπὼν ὕδωρ φάθι. In altero horum versuum dactylus in impari sede offensioni esse non debet. Haec enim licentia in Comicorum tetrametris non

infrequens. — In *Ejusdem* fr. P. 451. A. 152. Versum 13. sic impleverim equidem,

οὐδὲν λέγεις· πῶς γὰρ γένοιτ' ἄν, ὦ πάτερ . . . .

Hunc versum enim initio potius, quam in fine mutilum esse, ut existimem, efficiunt verba ὦ πάτερ, quae saepenumero versum finiunt. V. 14. synaloephe in verbis μὴ ἀλῷ, idque in quarta senarii sede vereor ut ferri queat. Fortasse totus hic locus, quem membranae mutilum exhibent, sic debet restitui:

οὐδὲν λέγεις· πῶς γὰρ γένοιτ' ἄν, ὦ πάτερ,
ῥήτωρ ἄφωνος, πρὸς θεῶν, ἣν μή γ' ἀλῷ
τρὶς παρανόμων; β. καὶ μὴν ἀκριβῶς ᾠόμην
ἐγνωκέναι τὸ ῥηθέν, ἀλλὰ δὴ λέγε.

In Aenigmatis explicatione, quae sequitur, V. 1. scribo, ut labanti metro succurram,

θήλεια μὲν οὖν ἦδ' ἐστι φύσις ἐπιστολή.

P. 452. *A. IV.* 156. Ἀρκάδων πολιορκούντων Κρῶμνον. De hac Cromni oppugnatione quaedam dedit *Xenoph.* Hellen. VII. 4. 20. ubi *Schneiderus* Nostri locum excitavit. Initio narrationis ap. *Xenophontem* legitur, πιεζόμενοι δὲ οἱ Ἠλεῖοι ἐν τῇ ἑαυτῶν ἠξίουν καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους, πέμποντες πρέσβεις, ἐπιστρατεύειν τοῖς Ἀρκάσι, νομίζοντες οὕτως ἂν μάλιστα ἀποβαλεῖν τοὺς Ἀρκάδας, εἰ ἀμφοτέρωθεν πολεμοῖντο. Pro ἀποβαλεῖν *Stephanus* et alii correxerunt ἀποκαλεῖν, probante *Schneidero*. Mihi ἀπολαβεῖν videtur verius. Est autem ἀπολαμβάνειν *tenere aliquem sic, ut elabi nequeat;* docente *Valckenario* ad *Herodot.* L. IX. 70. p.

724. 2. *Demosth.* Or. de Chers. T. I. p. 98. 22. εἶτα.. δέκα μῆνας ἀπογενομένου τἀνθρώπου, καὶ νόσῳ καὶ χειμῶνι καὶ πολέμοις ἀποληφθέντος. *Dio Chr.* Or. V. p. 194. 17. οὕτως περισχόντα πανταχόθεν, πῦρ ἐμβάλλειν· καὶ τὰς μὲν ἀποληφθείσας ἀπολέσθαι. ut V. D. recte emendavit vulgatum ἀπολειφθείσας. Negligentior autem transitus ab uno subjecto ad alterum, ab Eleïs ad Arcadas, neminem facile offendet, qui talia apud optimum quemque scriptorem occurrere noverit.

P. 455. F. *IV.* 171. In *Anaxandridae* verbis, σώματος μέρη δαμάζετ' ἐν πυρικτύποισι γᾶς. *ollam* significari sequentia declarant. Sed haec verba, ut nunc leguntur, significaverint potius *regiones igne circumdatas.* In membran. Paris. est, περικτύτοισι γᾶς. Unde scribendum esse suspicor,

δαμάζετ' ἐμπύροις κύτοισι γᾶς.

Sic χύτρα circumscribitur supra p. 449. B. τροχοῦ ῥύμαισι τευκτὸν κοιλοσώματον κύτος. L. XI. p. 783. D. *Plato* ἵησιν εὐθὺς κύλικος εἰς κοῖλον κύτος. *Euripid.* Cycl. 398. λέβητος εἰς κύτος χαλκήλατον. De urna cineraria *Sophocl.* Electr. 1138. σμικρὸς προσήκεις ὄγκος ἐν σμικρῷ κύτει.

P. 456. *A. IV.* 172. In Oraculo, quod Cinyrae regi datum esse *Plato* narrat ἐν Ἀδώνιδι, V. 3. in membr. legitur, δύο δ' αὐτὸν δαίμονε χεῖτον. in qua lectione aliud quid latere, quam ἕχητον, recte suspicatur cl. Editor. Fortassé scribendum,

δύο δ' αὐτὸν δαίμον' ὀλεῖτον.

duo illum perdent numina. Cf. *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 86. Adonis autem propter Veneris amo-

rem Marti infestus immatura morte exstinctus est; Bacchus eundem rapuisse dicitur. *Plutarch.* T. II. p. 671. B. οἱ δὲ παιδικὰ τοῦ Διονύσου Ἄδωνιν γεγονέναι· καὶ Φανοκλῆς, ἐρωτικὸς ἀνὴρ, ὧδέ πως πεποίηκεν·

ἢ ὡς θεῖον Ἄδωνιν ὀρειφοίτης Διόνυσος
ἥρπασεν, ἠγαθέην Κύπρον ἐποιχόμενος.

ut hunc locum emendavit *Lenzius*, pro εἰδώς. Cf. *Phanoclis* Eleg. ap. *Stobae.* LXII. p. 399. V. 1. Hinc fortasse colligas, fuisse, qui immaturum Adonidis fatum a Bacchi furore et invidia derivarent. — Cinyrae nomen, qui ob insignem pulchritudinem, Veneri inprimis carus fuisse dicitur ap. *Pindar.* Pyth. II. 27. Cf. *Heyn.* ad *Apollodor.* L. III. 14. p. 3. p. 325. restituendum videtur *Dioni Chrys.* Or. XXI. p. 509. 4. πλὴν ὅτι γε οὗτος ἂν εἴποι τούσδε ὁμοίως ἂν εἶναι (vulg. ἀνεῖναι) καλούς· οὐδὲ Ἀλέξανδρον, ἢ Εὔφορβον, ἢ Τρωΐλον, ἐοικέναι τε Μενελάῳ καὶ Πατρόκλῳ καὶ Νιρέϊ· οὐδὲ ἐν τοῖς βαρβάροις Σέσωστριν τὸν Αἰγύπτιον, ἢ Μέμνονα τὸν Αἰθίοπα, ἢ Κινύραν, ἢ Εὐρύπυλον, ἢ Πέλοπα. Vulgo ἢ Μινύαν, cui Νινύαν substitui voluit *Reiskius*, qui *Ninyas* albus aterve fuerit, nemo dicere poterit. Κινύραν iterum commemorat *Dio* Or. VIII. p. 285. 37. καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ κάλλει, τοὺς δὲ ἐπὶ πλούτῳ ἐθαύμαζον, καθάπερ Ἰάσονα, καὶ Κινύραν.

Liber undecimus.

P. 461. *B. IV.* 191. In *Chamaeleonis* loco ex libro de Μέθῃ· ἐν δὲ τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπος οὔτ᾽ ἐν γραφαῖς, οὔτ᾽ ἐπὶ τῶν πρότερον εὑρήσομεν ποτήριον εὐμεγεθὲς εἰργασμένον, πλὴν τῶν ἐπὶ τοῖς ἡρωϊκοῖς. Recte intellexit cl. Editor post οὔτε desiderari aliquid, v. c. ἐν ποιήμασι, quod in latina versione expressit. Sed quod quaerebat, habebat ob oculos. Scribendum enim, nisi egregie fallor, οὔτ᾽ ἐν γραφαῖς, οὔτ᾽ ἔπει τῶν πρότερον.... Praepositio priori vocabulo addita, ad alterum subaudiri potest. Sensus fere ut ap. *Eurip.* Troad. v. 681. αὐτὴ μὲν οὔπω ναὸς εἰςέβην σκάφος, Γραφῇ τ᾽ ἰδοῦσα καὶ κλύουσ᾽ ἐπίσταμαι. Ἐπὶ similiter depravatum ap. *Heliodor.* L. II. 24. p. 137. ὡς οὖν ἐπὶ μεγάλων καὶ πολλῶν τῶν ἐπ᾽ αὔτῇ προςδοκωμένων χρημάτων ἐστερημένος, πᾶσαν ἐγείρει καὶ κινεῖ μηχανήν. Lege: ὡς οὖν, εἶπε, μεγάλων. i. e. *perrexit.* In longioribus enim orationibus εἶπε iterari solet.

P. 462. *D. IV.* 195. In *Xenophanis* El. V. 2. πλεκτοὺς δ᾽ ἀμφιτιθεὶς στεφάνους, ἄλλος δ᾽ εὐῶδες μύρον ἐν φιάλῃ παρατείνει. Distinctione post στεφάνους posita, participium ἀμφιτιθεὶς male

a verbo suo sejungitur. At hoc suadebat copula δ' post ἄλλος. Omnia erunt facilia et expedita, si legeris,

πλεκτοὺς δ' ἀμφιτεθεὶς στεφάνους
ἄλλος ἴδ' εὐῶδες μύρον ἐν φιάλῃ παρατείνει.

alius, ecce, plexis corollis instructus unguentum porrigit in phiala. — In proximo *Ionis* fragm. V. 4. fortasse scribendum,

ὁ δὲ χρυσὸς
οἶνον ἔχων διερὸν νιζέτω εἰς ἔδαφος.

aurea patera, qua vinum continetur, effundatur in pavimentum humidum. Διερὸν per prolepsin est additum. — V. 5. Scr. ob numeros suaviores Ἡρακλέϊ pro Ἡρακλεῖ.

P. 464. *A. IV.* 201. *Anaxandridae* fr. sic mihi probabiliter correxisse et distinxisse videor:

α. τίνα δὴ παρεσκευασμένοι πίνειν τρόπον
πάρεστε νυνί, λέγετε. β. τίνα πίνειν τρόπον;
ἡμεῖς γε τοιοῦτον οἷον ἂν καὶ σοὶ δοκῇ.
α. βούλεσθε δήπου τὸν ἐπιδέξι', ὦ πάτερ,
λέγειν ἐπὶ τῷ πίνοντι.

V. 2. vulgo ἐστε νυνί. Idem vitium passim sustulimus supra ad L. I. p.8. B. p. 28. E. ad L. III. p. 117. A. et alibi. Tum in versus exitu verba τίνα τρόπον πίνειν transposui cum metri causa, tum ut responsum interrogationi accuratius responderet. V. 3. γε inserui. V. 4. vulgo τὸν ἐπιδέξια πάτερ. membr. Parisin. ἐπιδεξίω. in qua lectione nostra perspicue continetur. Simili ratione supra correxi fr. *Sophoclis* L. I. p. 23. C. — In proxi-

mo *Choerili* fr. V. 1. χερσὶν ὄλβον ἔχω κύλικος τρύφος. legerim: χερσὶν ἴδ' ὄλμον ἔχω. quod inferiorem partem poculi fracti significare videtur. V. *Valcken.* ad *Ammon.* p. 183 Noster L. XI. p. 494. B. Error ortus ex similitudine litterarum μ et β, quae in Codd. non nisi parva lineola discrepant.

P. 466. *A. IV.* 208. in fr. Thebaïdos cyclicae V. 9. Oedipus ira in filios inflammatus, diras illis imprecatur, ἀρὰς ἀργαλέας ἠρᾶτο

ὡς οὔ οἱ πατρῴον εἴη φιλότητι δάσαιντο.
ἀμφοτέροισι δ' ἀεὶ πόλεμοί τε μάχαι τε.

Locum vario modo tentatum sic mihi probabiliter emendasse videor:

ὡς οὐ δῶ πατρῷον ἐνὶ φιλότητι δάσαιντο,
εἶεν δ' ἀμφοτέροισιν ἀεὶ πόλεμοί τε μάχαι τε.

Sic certe *Euripides* in Phoen. v. 68. ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε. quod respexit *Plutarch.* in Vit. Pyrrhi c. 9. τοῦτο δ' οὐδὲν ἀπᾴδει τῆς τραγικῆς ἀρᾶς ἐκείνης· Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν. ut recte emendavit *Reiskius* pro ἀποδεῖ. Ad grave illud fratrum Thebanorum dissidium facit locus *Dion. Chrys.* Or LXIV. 340. 15. qui sic videtur emendandus: διόπερ μοι δοκοῦσι καὶ ἄνθρωποι τὰ μὲν ἄλλα πάντα τῶν πραγμάτων ἐπιτρέπειν τῇ τύχῃ, καὶ κληρωτὰς (vulg. κλήρῳ τὰς) ἀρχὰς καὶ στρατηγίας ποιούμενοι· καὶ ἀδελφοὶ κτῆσιν αὐτῶν οὕτως διανέμονται· Ἐπεὶ ἔδει ἂν (ed. Venet. ἐπεὶ δὲ ἄρα. marg. Morell. ἐπεῖδεν) καὶ τὸν Πολυνείκην, εἴπερ καλῶς ἐβουλεύετο, κλήρῳ πρὸς τὸν

ἀδελφὸν περὶ τῆς βασιλείας λαχεῖν· νυνὶ δὲ αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ τὸν ἀδελφὸν προσαπώλεσεν, ἡλικίᾳ τὸ πρᾶγμά ἐπιτρέψας, οὐ τύχῃ.

In Fragmento de poculis, quod ex Epitome accessit P. 782. IV. p. 213. in *Nicomachi* verbis, ὦ χρυσοκλαῦστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν. bene observavit cl. Editor post καὶ aliquid excidisse. Nihil reperio, quod lacunam facilius impleverit, quam ἀκόλους:

ὦ χρυσοκλαῦστα κἀκόλους χρυσοῦς ἐμῶν.

o tu qui aurum lacrymaris, aureasque offas evomis. *Suidas* ἄκολοι. κλάσματα καὶ θραύσματα ἄρτων. *Eustath.* in Od. p. 628. 3. εὕρηται δὲ καὶ ἡ ἁπλῶς τροφὴ ἄκολος λεγομένη. Ἀκόλους αἰτίζειν dicuntur mendici ap. *Callim.* H. in Cerer. 116. in *Agathiae* Ep. LXVI. ap. *Phavorin.* in *Stobae.* T. XCIII. p. 515. 25.

P. 782. *D. IV.* 217. Apud *Cratinum* V 1. lege ἐὰν sive ἢν ὕδωρ ἐπῇ. Sequentes autem versus sic legendi et distinguendi videntur,

δύο χοᾶς
πιοῦσ', ἀπ' ἀγκύλης, ἐπονομάζουσ' ἀεὶ
ἵησι λάταγας . . .

Junge ἵησιν ἀπ' ἀγκύλης. Mulier, de qua agitur, duobus congiis potis, cottabum ejiciebat, semper nominato eo, in cujus honorem hoc faceret. In hoc contextu, copula τε, quam ex *Piersoni* conjectura addunt post ἐπονομάζουσα, locum habere non videtur. — *Epicratis* fragm. quod legitur p. 218. sic scribo:

ἄγε δὴ κατάβαλλε τἀκάτια, καὶ κυλίκια·
αἴρου τὰ μείζω, κεὐθὺ τοῦ καρχησίου
ἄνελκε τὴν γραῦν, τὴν νέαν δ' ἐπουρίσας
πλήρωσον, εὐτρεπῆ δὲ τὸν κοντὸν ποοῦ,
καὶ τοὺς κάλως ἔκλυε, καὶ χάλα πόδα.

Quamvis non omnia et singula mihi in his versibus perspicua sunt, hoc tamen mihi intelligere videor, recte judicasse *Villebrunium*, facetam in his verbis inesse amphiboliam, vocabulis nauticis ad res longe diversas significandas adhibitis. Prioribus verbis *minores calices* auferri, *majora pocula* apponi jubet is, qui loquitur. Ἀκάτιον autem, fortasse etiam κυλίκιον, *cymbam* quoque significat. V. 3. ἐπουρίσας scripsi pro ἐπηύρισας, *hanc juvenculam*, ceu velum vento, *impleas*. Nam πληροῦν et ad venti et ad viri officium designandum valet. Hinc *Plutarch.* T. II. p. 368. C. μητέρα τὴν σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσι ... πληρουμένην ὑπὸ ἡλίου καὶ κυϊσκομένην. Ib. p. 374. D. Πενίαν .. πληρουμένην ὑπ' αὐτοῦ. *Aristotel.* Hist. Anim. VI. 24. ἑπταετὴς δ' ὢν καὶ πληροῖ. et mox, καὶ ὁ θῆλυς ὀρεὺς ἐπληρώθη.

P. 783. *D. IV.* 221. *Plato* V. 1. λύσας δὲ ἀργὴν στάμνον εὐώδους ποτοῦ. Nunquam adducar, ut credam, *Platonem* cadum dealbatum ἀργὴν appellasse. Et vel hiatus suffecerit solus ad vitium hujus loci indicandum. Scribe

λύσας διαρκῆ στάμνον . . . .

amphoram, quae convivis sufficiat. — Proximum *Amipsiae* locnm sic fere correxerim:

αὖλει μοί μέλος·
σὺ δ' ᾆδε πρὸς τήνδ' ἐκπίομαι δ' ἐγὼ τέως·
αὔλει σύ, καὶ σὺ τὴν ἄμυστιν λάμβανε.

Finge tibi Silenum in grege Satyrorum, vel hominem Sileno similem. Is ad unum sodalium conversus, *tu mihi*, ait, *carmen modulare fistula*; tum ad alterum: *tu vero cane*. Interea ipse poculum, quod manu tenet, ebibit. Πρὸς absolute positum, ut ap. *Aeschyl*. Prometh. 73. κἀπεθωΰξω γε πρός. *Eurip*. Phoen. 619. καὶ κατακτενῶ σε πρός. Cf. *Brunck*. ud *Arist*. Lysistr. 628. *Wesseling*. ad *Diod. Sic*. T. II. p. 66. τήνδε, ἄμυστιν scil. quam deinde alteri porrigit, καὶ σὺ τὴν ἄμυστιν λάμβανε. Sic una vocula inserta, et distinctione emendata, sensum hujus loci haud parum adjuvimus. Quae sequuntur pro Scolio sunt habenda, et in hunc fortasse modum scribi debent:

οὐ χρὴ πολλὰ ἔχειν θνητὸν ἐόντα γε
ἀλλ' ἐρᾶν τε καὶ ἐσθίειν.

Hoc enim rhythmo Scolia solent decurrere. Vulgatum ἄνθρωπον ex librarii errore ortum, qui εοντα pro compendio ανον habuit. Reliqua verba, σὺ δὲ κάρτα φείδῃ, pro novi senarii principio haberi debent.

P. 467. C. *IV*. 228. *Eubuli* fr. sic scribendum videtur:

μισῶ κάκιστον γραμματικὸν ἔκπωμ' ἀεί·
ἄκρως γὰρ ὅμοιον οὑμὸς υἱὸς ᾤχετο
ἔχων φιάλιον· τῷ δὲ πολλὰ γίνεται
ὅμοια.

Sic verba depravatissima, ἔκπωμα ειαταρως ὅμοιον. Adverbio ἄκρως sic utitur *Maxim. Tyr*. XXI. 1. ἀνακέκραται ἔνδειά τις πρὸς τὸ ἄκρως καλόν. Noster L. I. p. 20. F. ἄκρως ἐσφαίρισεν. *Theocrit*.

Eid. XIV. 61. *εἰς ἄκρον ἀδύς.* *Hesych.* *ἄκρως.* *ὀξέως. μεγάλως.* Senex comicus literato poculo uti non vult, quippe quod odio habet; nam filius ejus phialam huic poculo simillimam fugiens secum abstulerat. Aliud itaque poscit forma vulgari. Τῷ δὲ positum pro *τούτῳ δέ*, *huic*, in quod intendit digitum.

P. 468. *A. IV.* 231. *δέπαστρον.* *Σιληνὸς καὶ Κλείταρχος ἐν Γλώσσαις, παρὰ Κλειτορίοις τὰ ποτήρια καλεῖσθαι.* Aliquid excidisse apparet. Lenissima fuerit erroris corrigendi ratio: *δέπαστρον· δέπαστρα Σιληνὸς.... τὰ ποτήρια καλεῖσθαι.* subaudito *λέγουσι.* — In *Antimachi* fr. quod ad hanc glossam illustrandam laudatur, V. 4. membranae Venetae exhibent, *νώμησαν δὲ δέπαστρα θοῶς βασιλεῦσιν Ἀχαιῶν, Ἐκχέρως ἑστιῶσι*, non ut vulgo habetur *ἐκ χερός.* Hinc scribendum, emendatione, ut mihi quidem videtur, certissima,

ἐνσχερὼ ἑστιόωσιν.

i. e. *ἐπισχερώ.* Homer. Ιλ. Σ. 68. *ἀκτὴν εἰςανέβαινον ἐπισχερώ.* Ιλ. ψ. 125. *κὰδ δ' ἄρ' ἐπ' ἀκτῆς βάλλον ἐπισχερώ.* *Schol.* *ἐφεξῆς· κατὰ τάξιν.* *Pindar.* Isthm. VI. 31. *μυρίαι δ' ἔργων καλῶν τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐνσχερὼ κέλευθοι.* *Apollon. Rhod.* L. I. 330. *λάζοντο δὲ χερσὶν ἐρετμὰ Ἐνσχερὼ ἑζόμενοι.* Cf. *Casaub.* ad *Athen.* L. XIII. 3. p. 867.

P. 469. *B. IV.* 235. *Stephani* V. 1. 2. sic scribendos arbitror,

α. τούτῳ ποτὲ προὔπιεν ὁ βασιλεὺς κώμην τινά.

β. καινόν τι τοῦτο νῦν γέγονε ποτήριον;

num hoc novum nunc est poculi factum genus? Haec mihi verborum distinguendorum ratio vulgatâ haud paulo videtur elegantior. νῦν semel delevi, ut ab oscitante librario temere scriptum. V. 1. autem ποτὲ inserui, ut metrum fulcirem. Haec vocula inter similes syllabas facile praeteriri potuit.

P. 469. *F. IV.* 238. In *Antimachi* verbis τότε δὴ εὔχρεῳ ἐν δέπαϊ. nihil mutandum. Non enim, quod *Casaubonus* existimabat, hexametri partem constituunt, sed pentametri exitum. Unde sponte sequitur, hoc fragm. non recte referri ad *Antimachi* Thebaïdem. — In Etymol. M. p. 443. 55. laudatur versus *Antimachi* πλῆσεν δ' ἄρ' ἐπιστράψας δέπαστρον. quae sic legenda esse, nullus dubito:

πλῆσεν δ' ἄρ' ἐπιστέψας τὸ δέπαστρον.

ἐπιστέψαι. πληρῶσαι. Homer. Ἰλ. α. 470. ι, 175. et alibi.

P. 471. *A. IV.* 242. In *Theopompi* Ecloga V. 3. gravi vitio liberavit *Corayi* acumen ἄρει mutans in ἆρ' εἶ. Sed superest aliud in eodem versu, cujus quartam sedem spondeus occupat. Hunc igitur versum et proximos sic scribo:

ἆρ' εἶ Φύσεως κάτοπτρον, ἣν πλήρης δοθῇς·
οὐδέν ποτ' ἄλλο· δεῦρο δή· γεμίσω σ' ἐγώ.
γραῦ, Θεολύτη, γραῦ· — τί με καλεῖς; — ὦ φιλτάτη,
ἵν' ἀσπάσωμαι· δεῦρο παρ' ἐμέ, Θεολύτη.

De poculo potator loquitur, ut de amasia. Hinc γεμίσω., quod idem est ac πληρώσω. supra P. 782. F. Vulgo γε μισῶ. Sed in hanc emendationem longe certissimam diu ante nos inciderat

Abresch. in Dilucid. Thucyd. p. 97. Illud fortasse reddendum *Lysiae* Or. c. Eratosth. p. 192. ed. *Tayl.* Θέογνις γὰρ καὶ Πείσων ἔλεγον ἐν τοῖς τριάκοντα περὶ τῶν μετοίκων, ὡς εἶέν τινες τῇ πολιτείᾳ ἀχθόμενοι· καλλίστην οὖν εἶναι πρόφασιν τιμωρεῖσθαί μεν δοκεῖν, τῷ δ' ἔργῳ χρηματίζεσθαι· πάντως δὲ τὴν μὲν πόλιν γενέσθαι τὴν ἀρχὴν δεῖσθαι χρημάτων. Inter plura depravatissimi hujus loci emendandi conamina insignem speciem habet conjectura *Marklandi*, τὴν μὲν πόλιν πένεσθαι, τὴν ἀρχὴν δὲ δ. χρ, sed vereor, ne oratoris menti adversetur. Quare scripserim: πάντως δὲ τὴν μὲν πόλιν γεμίζεσθαι, τὴν ἀρχὴν δὲ δεῖσθαι χρημάτων. *civitatem enim divitiis abundare* (quae paratam ipsis messem offerrent), *magistratus autem* qui reipublicae clavum tenerent, *pecunia indigere.* — V. 8. scribo

τί νοεῖς, τάλαν; πειρᾷς με; — ναί, τοιοῦτό τι.

quod me maximam partem Editoris acumini debere libens fateor. Voci σπινθήρ, quae vulgo in versus capite legitur, σ adhaesit de praecedente vocabulo; tum reliquae literae ΠΙΝΘΗΡ proxime absunt ab eo, quod posuimus, ΤΙΝΟΕΙC. Πειρᾶν quo sensu dictum sit, docent *Abresch.* ad *Aristaen.* p. 218. *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 210. Minus tritum est πείρας καθιέναι de muliere, juvenem in amoris laqueos pellicere conante apud *Heliodor.* L. I. 9. p. 26. τὰς πείρας ἃς καθῆκε… quod piscatorum est. Ad eandem imaginem refer sequentia, καὶ οἷς τισι μᾶλλον προστρέχω περισκοποῦσα, ubi cave quid mutes. Sic idem L. VII. 19. p. 183. καὶ ὅλως ἀπόπειραν ἐν οἷς διεξήει λαμβάνουσα, εἰ προστρέχει τοῖς ἐπαφροδίτοις. — Tandem V. 10. scribe

πιοῦσα δ' ὁπόσον ἂν σοι θυμὸς ᾖ γ', ἐμοὶ παραδὸς τὸ περιττόν.

Certe vulgatum τὸ πρῶτον ab hoc loco alienissimum. Simile vitium inhaeret *Dioni Chrys.* Or. III. p. 139. 39. ὅσοι δὲ κέκτηνται γῆν (ὁρᾷ) διαπονοῦντας πρότερον τὰ περὶ γεωργίαν· ὅσοι δ' ἐν ἄστει διάγουσι, τῶν κατὰ πόλιν τι πράττοντας. Vitium odoratus *Reiskius* προθύμως malebat pro πρότερον, vel simile quid. Mihi rhetor dedisse videtur, διαπονοῦντας περιττότερον. *eximie agriculturam exercentes.* Fortasse etiam ap. *Philostr.* V. Apollon. II. 29. p. 81. scribendum, φιλοσοφία δὲ ἡ περισσὴ πόθεν ἐνταῦθα. Pro vulgato ἡ περί σε. Sic certe erratum ap. *Libanium* T. IV. p. 106. 2. τὴν μὲν ὕβριν τὴν ὑπ' ἐκείνου Χρυσηΐδος ἐποίησεν ἔρως, καὶ θυμὸς περισσός, τὴν δὲ τιμὴν σωφρονοῦσα καὶ καθεστηκυῖα κρίσις. Ubi vulgo θυμὸς περί σε legitur. Apud *Antonin. Liber.* c. VI. p. 38. pro ἐπείπερ ἴσος αὐτὸν ἐτίμα. *Bastius* in Epist. ad Boisson. p. 79. corrigit verissime, ἐπεὶ περισσῶς αὐτὸν ἐτίμα, nesciens, sic jamdudum emendatum esse in libello, qui nobis paene pueris excidit, Specim. Emend. p. 108. Noster L. XIII. p. 600. C. καὶ οὔτε ἡ Ἄρτεμις ἡ περισσῶς ἀγαπήσασα, οὔτε τῶν ἄλλων θεῶν τις... ἐβοήθησεν αὐτῷ. *)

*) Non magis sincere ἐπείπερ scribi suspicor ap. *Xenoph.* Anab. VII. 4. 19. καὶ ἐπείπερ ᾔσθετο, ὅσον περ χρόνον ἐβοήθει, τοσοῦτον καὶ τὸ κέρας ἐφθέγγετο αὐτῷ. Est, qui hunc locum mutilatum esse censeat, sine causa idonea. Seuthen cum equitibus auxilii ferendi causa accurrisse, praecedentia verba in universum indicaverant; jam additur, quid ad hostes perterrendos fecerit. Nam postquam

P. 471. *C. D. IV.* 244. In *Eubuli* fr. V. 1. sensum adjuveris legens

διένιψα δ' οὐδὲν σκεῦος ὧδ' οὐπώποτε.

pro οὐδεπώποτε. *nullum unquam vas sic elui.* — Mox in *Ejusdem* poëtae fr. ex Campylione V. 1. quum membranae Venetae offerant κεραμῖτιος ε Θ. legendum existimabam

ὦ γαῖα κεραμῖτ', εὖ σε Θηρικλῆς ποτε
ἔτευξε.

P. 472. *D. IV.* 248. Verba *Theophili* ex nostra maximam partem emendatione scripsit cl. Editor,

οὐδ' ἂν Αὐτοκλῆς
οὕτω, μὰ τὴν γῆν, εὐρύθμως τῇ δεξιᾷ
ἄρας ἐνώμα.

pro ἄρασαν ὦμον. Εὐρύθμως in re simili usurpavit *Euripid.* Cycl. 560. θὲς δὴ τὸν ἀγκῶν' εὐρύθμως, κᾆτ' ἔκπιε. *Heliodor.* L. VII. 27. καὶ ἅμα προσέφερε τῇ Ἀρσάκῃ προσηνὲς κερασάμενος, εὔρυθμόν τε τι, καὶ ἄκροις τοῖς δακτύλοις ἐποχῶν τὴν φιάλην. Quod ductum ex *Xenoph.* K. Π. I. 3. 8. οἱ δὲ τῶν βασιλέων τούτων οἰνοχόοι κομψῶς τε οἰνοχοοῦσι, καὶ καθαρείως ἐγχέουσι καὶ διδόασι τοῖς τρισὶ δακτύλοις ὀχοῦντες τὴν φιάλην. Veritatem lectionis ἐνώμα arguit usus Homericus Ιλ. α. 471. Od. γ. 340. et passim. Cf. supra fr.

intellexerat, quid rei esset, dum in via erat cum comitibus, tubam inflari jussit. Scribendum vero, ni fallor: ἐπεὶ παρῄσθετο . . . quod pro simplici usurpavit *Xenophon.* in K. Π. IV. 2. 15. ὡς παρῄσθοντο τῶν φευγόντων.

Antimachi p. 468. A. Proxima verba sic fortasse corrigenda:

ἐν δὲ Προίτισιν
ἄγε κύλικα θηρίκλειον εἰςφέρει,
πλέον ἢ κοτύλας χωροῦσαν ἕπτ', ἀγαθῆς τύχης.

In *Epigenis* fr. V. 4. emendatio a cl. Editore in Addendis p. 497. proposita tum demum locum habebit, si verbis transpositis legeris

ἡμῖν ἀφίχθαι δηλαδὴ Πιξώδαρον.

P. 473. *E. IV.* 253. Versus *Eubuli* sic fortasse scribendus

. . . ὁ δὲ κάνθαρος πάλαι δὴ κείμενος
ξηραίνεται.

pro καινοςως, ut est in membr. Venet. Loquitur ille de canthаro poculo, ut de navigio — cantharus enim navigii quoque genus est — quod in litore positum siccatur. Aliter in proxima Ecloga dicitur ξηρὸν ποιεῖν τὸν κάνθαρον, quod est cantharum potando siccare. — Mox ap. *Epigenem* conqueritur nescio quis, quod nunc parva nimis et elegantia formentur pocula. Tum pergit, ὥςπερ αὐτὰ ποτήρια, Οὐ τὸν οἶνον πιόμενοι. Ubi, ni fallor, scribendum

ὥςπερ ἂν τὰ ποτήρια
ἀλλ' οὐ τὸν οἶνον πιόμενοι.

quasi non vinum, sed pocula bibituri essemus.

P. 474. *B. IV.* 254. *Nicostrati* fr. sic corrigendum existimo

ἡ δὲ ναῦς δὲ πότερον εἰκό-ορός ἐστ' ἢ κύκνος,
ἢ κάνθαρος; τουτὶ γὰρ ἐὰν πύθωμ' ἔτι,
αὐτὸς περανῶ τὰ πάντ' · β ἀμέλει κυκνοκάνθαρος
ἐξ ἀμφοτέρων τούτων . . . . . . κεκερασμένος.

V. 2. 3. Vulgo πύθωμ' ὅτι αὐτὸς περιάγω. Membranarum lectio περιάνω sponte ducit ad id, quod reposuimus. *Hoc si adhuc audivero Ipse omnia ad finem perducam.* — V. 4. vocabulum excidit, fortasse γενῶν. Forma κεκερασμένος, quod posui pro κεκεραμευμένος, obvia est. ap. *Anacr.* Od. XXIX. 12.

P. 475. *D. IV.* 260. In versu *Antimachi* ex Thebaïde non fieri potest, quin depravata sint verba κήρυκας ἀθανάτοισι φέραν μέλανος οἴνοιο Ἀσκόν. Versum varie tentatum sic lenissima ratione corrigi posse puto,

κήρυκας ταγοῖσι φέρειν . . .

quod priore syllaba temere repetita facile pro ἀθανάτοισι haberi potuit. Similiter Idem p. 482. F. πᾶσιν δ' ἡγεμόνεσσιν ἐποιχόμενοι κήρυκες Χρύσεα καλὰ κύπελλα τετυγμένα νωμήσαντο. Vox ταγός, qua Tragici passim utuntur, ut *Eurip.* Iphig. Aul. 269. *Sophocl.* Aj. 1057. priorem producit, licet composita eandem interdum corripiant. V. *Brunck.* ad *Arist.* Lys. 105. Eqq. 159. Obiter corrigam aliud *Antimachi* fr. quod servavit *Stephan. Byz.* V. Δύμη.

Ἐν δέ σὺ τοῖσι μάλα πρόφρων ἐπίκουρος ἀμορβῶν
ὡμιλήσας ὡς διεπέρσατε Δύμιον ἄστυ.

ubi *Berkelius* vehementer trepidat in explicandis verbis ἐπίκουρος ἀμορβῶν, multaque frustra moli-

tur, ut efficiat, *ducem pastorum* significari. *Schellenbergius*, qui totam *Berkelii* disputationem repetivit in *Antimachi Reliquiis* p. 63. sq. rem quidem nondum ad liquidum perductam esse vidit, sed ipse ad vitium tollendum nihil attulit. Scribe, una litera deleta,

ἐπίουρος ἀμορβῶν

Homer. Ιλ. v. 450. Ζεὺς Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον. De Eumaeo Od. v. 405. ὅς τοι ὑῶν ἐπίουρος. *Theocrit.* Eid. VIII. 6. μυκητᾶν ἐπίουρε βοῶν Δάφνι. Hoc vocabulum et ἐπίκουρος commixtum in eadem glossa ap. *Hesychium* p. 1362. In altero versu, quum vulgo legatur, ὡμιλήσαε ὡς, noli dubitare quin legendum sit,

ὡμιλήσας ἕως διεπέρσατε Δύμιον ἄστυ.

Error ortus ex similitudine literum Ε et Σ. Hinc fortasse corrigendus est locus ap. *Suid* T. II. p. 248. καρχαρόδοντα· ὅσα στρογγύλους καὶ ἐναλλάσσοντας τοὺς ὀδόντας ἔχουσι, λέων, κύων, πάρδαλις ʼΑΕΤΙΔΕΣ. Fuisse puto ʼΑΣΠΙΔΕΣ. Aliter *Toup*, Em. in Suid. T. I. p. 206.

P. 476. *B. IV.* 262. *Pindarus* de Centauris, ὀδάμαν δ' ἐπεὶ Φῆρες Δάεν ῥιπὰν μελιηδέος οἴνου. Sic vulgo. Sed ni fallor, scribendum

ὀδμὰν δ' ἐπεὶ Φῆρες
δάεν, ῥιπὰν μελιαδέος οἴνου.

Ριπὴ οἴνου idem est, quod alibi αὔρα, *afflans a vino odor*. De aura commota ῥιπὴ passim occurrit; ut ἀνέμων ῥιπαὶ ap. *Soph.* Antig. 140. *Plut.* T. II. p. 426. C. ὠκείας ἀνέμων ῥιπάς. Hoc igitur

per epexegesin additur τῷ ὀδμάν, quod in ὀδάμαν manifeste continetur. — Proximum *Sophoclis* ex Pandora fragmentum p. 263. καὶ πλῆρες ἐκπιόντι χρύσεον κέρας Τρίψει γέμοντα μαλθακῆς ὑπ' ὠλένης. sic corrigendum esse suspicor:

καὶ πλῆρες ἐκπιών τι χρύσεον κέρας
τρίψει γε μέντοι μαλθακῆς ὑπ' ὠλένης.

Plenum postquam ebiberit cornu aureum illud certe sub molli ulna teret. De particulis γε μέντοι vide *Herm.* ad *Viger.* p. 801. de quarum usu non debebat dubitare V. D. ad *Xenoph.* Cyrop. V. 4. 19. p. 327. cum in ipsa Cyropaedia reperiantur L. VII. 5. 51. et 52. 53.

P. 477. F. *IV.* 269. *Hipparchus* V. 1. προσέχεις τι τούτῳ τῷ στρατιώτῃ. του δε δειου ἀργύριον οὗτος οὐδάμοθεν, εὖ οἶδ' ἐγώ. Sic membr. Venetae. Quae lectio eo videtur ducere, ut scribamus,

προσέχεις τι τούτῳ τῷ στρατιώτῃ; ποῦ δ' ἔχει
ἀργύριον οὗτος; οὐδάμοθεν, εὖ οἶδ' ἐγώ.

V. 6. autem sic facile restitues

καὶ κένδυ καὶ ψυκτηρίαν καὶ κυμβίον.

pro ψυκτῆρα. Cf. L. XI. p. 503. A. Quod praecedit ἓν ἀγαπητὸν est *vix unum*; quo sensu ἀγαπητῶς usurpari solet. Vid. *Bergl.* ad *Alciphr.* p. 54. *Heindorf.* ad *Platon.* T. I. p. 40.

P. 478. *C. IV.* 270 *Hermippi* versus ἄμετρος sic fere restituendus

τὸν δὲ κότυλον
μόνωτον ἤνεγκ' ἐνέχυρον τῶν γειτόνων.

pro vulgato τὸν δὲ κότυλον πρῶτον ἤνεγκεν ἔχυρον. Κότυλον poculi genus fuisse *una ansa* instructum, μόνωτον, *Athenaeus* docet. *Hesych.* κοτυλίσκος. κρατηρίσκος... τὰ μόνωτα ποτήρια. — *Aristophanis* locum ex Κωκάλῳ, cujus alterum versum *Toupii* correctio mire debilitat, rectius sic fortasse correxeris:

ὑποπρεσβύτεραι γρᾶες Θασίου μελανὸς μεστὸν κεράμειον
κοτύλαις μεγάλαις ὡς ἐνέχεον ἐς σφέτερον δέμας οὐδένα κόσμον,
ὑπ' ἔρωτι βιαζόμεναι μέλανος Βακχείου θυμὸν ἀκράτου.

pro μέλανος οἴνου ἀκράτου, quod ex θυμὸν oriri potuit; nisi οἴνου a glossatore scriptum pro βακχείου. Hoc illustravit *Valcken.* ad Phoen. p. 11. Conf. et *Casaub.* ad *Athen.* p. 781. 55. *Kuster.* ad *Arist.* Acharn. 242. *Wessel.* ad *Herodot.* p. 318.

P. 481. *A. IV.* 281. in *Alcaei* fr. quod emendatius legitur L. X. p. 430. D. ut metrum choriambicum sibi constet, lege, articulo ante λύχνον deleto,

πίνωμεν· τί λύχνον ἀμμένομεν; δάκτυλος ἀμέρα.

In proximo *Pherecratis* fr. V. 4. ubi vulgo legitur, εἰ λάβω κυρίσοι τὴν κυλίσκην sive κοτυλίσκην. Scribendum suspicabar:

τί; λάβω, κόρη, σοὶ τὴν κοτυλίσκην; α. μηδαμῶς.

In ejusdem poëtae fragm. quod sequitur scribe ἀνδράσιν ποτήρια.

P. 481. *F. IV.* 285. *Alexidis* verba trochaicis numeris decurrunt,

τὰ δὲ κύμβια
ἦν πρόςωπ' ἔχοντα χρυσᾶ παρθένων; β. νὴ τὸν Δία,
ἦν γάρ. α. ὦ τάλαιν', ἔγωγε τῶν κακῶν . . . .

P. 482. D. *IV.* 287. *Anaxandridae* verba mire depravata in hunc modum corrigenda suspicor:

δὸς δὴ τὸν χοᾶ
αὐτῷ· σὺ δ' ἐγκόνει τὸ κυμβίον φέρων.

pro σύγκωμε καὶ τὸ κ. φ. *Tu autem festina cymbium afferens.* De verbo ἐγκονεῖν vide *Spanhem.* ad *Arist.* Plut. 255.

P. 483. E. *IV.* 292. In *Theopompi* testimonio metro et sensui consultum ibis scribendo

ἐγὼ γὰρ ἂν κώθωνος ἐκ στρεψαύχενος
πίοιμ' ἅμα τὸν τράχηλον ἀνακεκλασμένη;

Versu 1. ἂν addidi. V. 2. membr. ποιμαντὸν exhibent; Cod. Epit. autem πιόμαν τόν. Meretricula videtur loqui, quae se militem in castra secuturam esse negat: *Ego vero cum militibus ex cothone bibam, collo inter bibendum male retorto?*

P. 484. D. *IV.* 295. In *Menandri* versibus Thrasonem te audire puta, qui opes ex militia comparatas apud auditores jactat. Ibi V. 3. pro ποτηρίδια τορεύματα fortasse ponendum

ποτήρι', ἰνδικά τε τορεύματα.

In *Diphili* autem fr. ubi similis est pretiosarum rerum enumeratio, V. 1. verbis transpositis lego

πρίστις, τραγέλαφος, βατιάκη, λαβρώνιος.

P. 485. D. *IV.* 298. *Philyllii* locus ex Auge, qui vulgo est corruptissimus, sic constituendus esse videtur:

πάντα γὰρ ἦν μέστ' ἀνδρῶν
καὶ μειρακίων πινόντων,
ὅμαδος δὲ λάλων γραϊδίων
μεγάλαισι λεπασταῖς
οἴνου χαίρων.

V. 1. μετὰ mutavi in μεστά, qua permutatione nulla est crebrior. Exempla ejus dedi in Exercitt. crit. T. II. p. 13. In Oratione tamen inter Lysiacas, περὶ τραύμ. ἐκ προνοίας (quae Oratio non *Lysiae* est, sed imitatoris cujusdam) p. 171. ed. R. νῦν δ' ὁμολογούμεθα πρὸς παῖδας καὶ αὐλητρίδας καὶ μετ' οἴνου ἐλθόντες. non scripserim cum *Reiskio*: μεστοὺς οἴνου; sed leniore mutatione, καὶ μετ' οἶνον. *post compotationem.* Quae ibi sequuntur verba: ἀλλ' οὗτος ἐναντίως τοῖς ἄλλοις δύσερώς ἐστι, καὶ ἀμφότερα βούλεται, τό τε ἀργύριον μὴ ἀποδοῦναι, καὶ τὴν ἄνθρωπον ἔχειν. nemo interpretum recte accepit. Sensus est: *ille prorsus aliter atque ceteri amantes facit, qui nullam impensam detrectant, modo eo, quod amant, potiantur; dum hic et puellam habere, nec pecuniam debitam pro ea vult solvere.* Sed vocem μεστὸς restituo *Libanio* T. III. p. 15. 15. οὐ μεστὸν μὲν τὸ βῆμα τῶν λεγόντων, μεστὴ δ' ἡ ἐκκλησία, πλήρη δὲ τὰ δικαστήρια τῶν γραφομένων. Vulgo ἐστὶν ἐκκλησίας. *Themist.* Or. XXVIII. p. 341. C. καὶ ᾄσματα ᾄδοντες τὰ ἡδονῆς. ὥσπερ Σειρῆνες. Scribe, μεστὰ ἡδονῆς. Versus ap. *Dion. Chr.* in Or. LXXIV. p. 400. 44. μεσταὶ μὲν ἀνθρώπων ἀγοραί, μεσταὶ δὲ ἀγυιαί. sic videtur scribendus,

μεσταὶ μέντ' ἀνδρῶν ἀγοραί, μεσταὶ δέ τ' ἀγυιαί.

Liban. T. IV. p. 296. 7. μεστὸν γὰρ τὸ Μητρῷον τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων καὶ νόμων. μεστοὶ δὲ οἱ

λιμένες τῶν τριηραρχῶν καὶ νεῶν. Scribe τριηραρχιῶν. Quas *trierarchias* Demosthenis commemorat etiam *Lucian.* in Encom. Dem. §. 16. νὴ Δία, γε, εἶπε, δημοθοινίας τε καὶ χορηγίας ἐθελουσίους, καὶ τριηραρχίας καὶ τεῖχος. Cf. *Demosth.* Or. pro Cor. p. 259. 12 *). — V. 2. καὶ ob metrum inserui. V. 3. Vulgo ὁμοῦ δ' ἄλλων. in quo id, quod reposui, non obscure videbatur latere. Nam et ου saepe a librariis scribitur pro α, unde ὁμουδ' pro ὁμαδ'. et ΑΛΛΩΝ a ΛΑΛΩΝ minimo discrimine abest. Similiter ap. *Hesychium* T. I. p. 275. pro ΑΜΙΑ. Φυλακία. scribendum videtur, ΛΑΛΙΑ. Φλυαρία. Idem Λάλος. Φλύαρος. Ex hac observatione restituendus locus *Libanii* T. IV. p. 100. 13. ubi quum Patroclus enumerasset urbes ab Achille eversas, addit: τοσαύτης δὲ ζημίας οὔσης τοῖς 'ΟΠΛΟΙΣ, ἂν ἐπέλθῃς τὴν Τροίαν αὐτὴν ὡς ἔχει καταλιπών, δι' ἣν ἐχείρωσας τὰς τρεῖς καὶ εἴκοσι πόλεις, παρόμοιόν τι δόξεις ποιεῖν, ὥςπερ ἂν Μενέλαος εὔξαιτο πάντας διαφθεῖραι τοὺς Τρῶας, πλὴν Ἀλεξάνδρου. Lego: τοσαύτης δὲ ζημίας οὔσης τοῖς 'ΟΠΑΔΟΙΣ. *Jam quum Trojanorum socii tam graves luerint poenas...* *Hesychius*: 'Οπαδός. ἀκόλουθος. συνεργός. Similiter peccatum ap. *Eundem* T. IV. p. 833. in Declamatione Avari: καὶ τὰ

*) Philippus in Oratione simulati Demosthenis ap. *Liban.* T. IV. p. 318. 12. τί σε ὤνησεν ὁ Μαραθών; . . . τί δὲ αἱ δημηγορίαι αἱ μακραί; τί δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ τριηραρχίαι; Quae ibi sequuntur, ἥκεις εἰς Μακεδονίαν, εἰς Πέλλαν· ὅθεν; οὐδὲ ἀνδράποδον ἐμοὶ σὲ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων ἔδωκε. sic corrigo: ὅθεν οὐδ' ἂν ἀνδράποδον ἐγώ, ἐμοὶ δὲ σὲ ὁ δῆμος . . . . *unde ego ne servum quidem tradidissem.* Sic fere idem p. 326. 1. καὶ Φίλιππος μὲν . . . οὐδένα τῶν πονηρῶν τῶν παρ' αὐτῷ πρὸς ὑμᾶς ἀποστέλλει δίκην ὑφέξοντα· ὑμεῖς δὲ . . . .

φύλλα τῶν δένδρων οὐκ ἐῶ τοὺς ἀνέμους ἐπὶ ΠΛΕΟΝ βλέπειν καὶ κατέχειν. Scribe: ἐπὶ ΠΕΛΟΝ βάλλειν καὶ καταχέειν. *nec arborum folia a ventis in solum dejici et deturbari patior.* — In *Philyllii* fragmento, ut eo redeam, χαίρων refertur ad ὅμαδος, ut saepissime participia referuntur ad illa vocabula, quae periphrasin faciunt. — *Theopompi* autem hexametri, qui sequuntur, sic distinguendi videntur,

οἷον δ' οὐ κήλησε δέμας λεπτὸν Ραδάμανθον
Λύσανδρον, κώθωνι πρὶν αὐτῷ δῶκε λεπαστήν.

priusquam ei lepastam una cum cothone dederat. Verbum κηλεῖν, quo *Theopompus* utitur, de oratoribus praecipue usurpatur et musicis, qui suavi modorum cantu auditorum pectora demulcent. Depravatus est locus *Dionis Chrys.* Or. XXXII. p. 658. 35. τῶν δὲ εἰς ὑμᾶς προϊόντων ὡς πεπαιδευμένων, οἱ μὲν ἐπιδεικτικοὺς λόγους καὶ τοὺς ἀμαθεῖς· οἱ δὲ ποιήματα συνθέντες ᾄδουσι. Novissimam vocem sic emendavit *Valckenarius.* Totum autem hunc locum sic correxerim: οἱ μὲν ἐπιδεικτικοῖς λόγοις κηλοῦσι τοὺς ἀμαθεῖς· οἱ δὲ π. συνθέντες ἐπᾴδουσι. *Lucian.* de Herodoto T. IV. p. 117. ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτόν, ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας. *Heliodor.* L. I. 23. ὑπὸ δὲ τῶν λόγων ὥσπερ τινὸς Σειρῆνος κεκηλημένος. *Plutarch.* T. II. p. 397. A. ὅσην χάριν ἔχει τὰ Σαπφικὰ μέλη, κηλοῦντα καὶ καταθέλγοντα τοὺς ἀκροωμένους. Ἐπᾴδειν non minus proprie dicitur in talibus. *Eurip.* Iphig. Aul. 1212. εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον, Πείθειν ἐπάδουσ', ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας, Κηλεῖν τε τοῖς

λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην. *Plut.* T. II. p. 145. C. mulier φαρμάκων ἐπῳδὰς οὐ προσδέξεται, τοῖς Πλάτωνος ἐπᾳδομένη λόγοις, καὶ τοῖς Ξενοφῶντος.

P. 485. E. *IV.* 299. *Apollophanis* versum sic scribe:

καὶ λεπαστά μ' ἀδύοινος εὐφρανεῖ δι' ἡμέρας.

Teleclidis autem quae sequuntur verba, una litera transposita, jambicum tetrametrum efficient omnibus numeris absolutum:

καὶ μελιχρὸν οἶνον εἶλκεν ἐξ ἡδυπνόου λεπαστῆς.

Pro ἕλκειν. *) Alia aut mutatione aut verborum transpositione opus non est. Saepe autem accidit, ut librarii auribus magis quam oculis verborum elementa retinentes, eosdem quidem sonos, sed alio ordine redderent. Hujus generis aliud exemplum statim dabo ad P. 487. D. in fragm. *Sophoclis*, ubi ἴστε et ἐστὶ confusa videntur. Ex eadem observatione in Epigr. ἀδεσπ. DCXLI. 4. pro τλῆμον, ἐπ' αἰακτῷ πόλλ' ἐβόα στεφάνῳ, correxi, πόλλ' ἐβόασε τάφῳ. In *Xenophontis* Anabasi V. 4. 2. Graeci Mosynoecos interrogasse dicuntur, utrum eos tanquam amicos, an ut hostes recepturi essent? Illi respondent, ὅτι οὐ διοίσειεν, *nihil sua referre*; ἐπίστευον γὰρ τοῖς χωρίοις.

*) Verbum ἕλκειν reddo *Libanio* T. IV. p. 979. 34. παῖδες δὲ πολλῆς οὐσίας κληρονόμοι πολλοὺς ἔχουσι τοὺς σπαράττοντας καὶ ἕλκοντας. Vulgo ἐλαύνοντας. Junguntur verba ἕλκειν et σπαράττειν. ap. *Plutarch.* T. II. p. 78. F. οἱ δὲ ὥσπερ τὰ σκυλάκια τῷ ἕλκειν καὶ σπαράττειν χαίροντες.

Haec verba ad illam responsionem prorsus non quadrant. Quare scribendum, ὅτι οὐ διήσοιεν: *se eos non transmissuros esse.* Huic responso conveniunt etiam, quae Timesitheus fecisse narratur in proximis; quaeque *Xenophon* in oratione ad Mosynoecos dicit §. 5. κωλύουσι δὲ οὗτοι ἡμᾶς. L. III. 2. 23. εἰ δὲ μήθ' οἱ ποταμοὶ διήσουσιν. L. IV. 1. 5. εἴ πως ἂν ἐθελήσειαν οἱ Καρδοῦχοι διϊέναι αὐτοὺς ὡς διὰ φιλίας. τῆς χώρας. *Demosth.* Or. p. Cor. p. 276. 9. μήτε Θετταλῶν ἀκολουθούντων, μήτε Θηβαίων διϊέντων. In verbo ejusdem familiae erratum ap. *Lysiam* c. Theomn. p. 174. ἀλλ' οὐδ' ἂν τῶν ἕνδεκα γενόμενος, ἀποδέξαιο, εἴ τις ἀπάγοι τινά, φάσκων θοιμάτιον ἀποδεδύσθαι, ἢ τὸν χιτωνίσκον ἐκδεδύσθαι· ἀλλ' ἀφίεις ἂν τὸν αὐτὸν τρόπον ὅτι οὐλωποδύτης ὀνομάζεται. Scribe ἀλλ' ἀφείης ἂν... quod praecedens ἀποδέξαιο postulat. Apud *Dion. Chr.* Or. IV. p. 163. 34. *Reiskius* bene ἀνείθη legendum esse vidit pro ἀνέθει. Totus autem locus distinctione juvandus sic: καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἀνείθη τε καὶ ἐγέλασεν, καὶ ἔφη· τὰ περὶ τὸν χρησμόν, ὦ Διόγενες, λέγεις. Ὁ δὲ στρυφνῷ τῷ προσώπῳ, ποῖον, εἶπε, χρησμόν; *) οὐκ οἶδα

*) Hac interrogandi forma, quae peculiarem quandam habet emphasin, et modo cum indignatione, modo cum irrisione quadam pronuntiatur, veteres saepe sunt usi. *Xen.* Cyr. VIII. 3. 37. ποίων πλουσίων; *quos mihi narras divites?* Quibus verbis ille se divitem esse negat. Inepte haec explicavit *Fischerus.* Ib. VIII. 4. 31. *Plut.* T. II. p. 507. F. οὐ γὰρ ταῦτα μετὰ τριακοσίων ἄλλων ἤκουσας; ποίων, ἔφη, τριακοσίων; σοῦ βιαζομένης ἐπλασάμην. Cf. *Aristoph.* Lysistr. 730. 971. 1178. Ex *Platone* plurima excitavit exempla *Heusde.*

ἔγωγε· πλὴν αἰπόλος ἦν Ἀρχέλαος. In *Libanii* Apol Socr. T. III. p. 18. 17. εἰ μὲν οὖν Σωκράτην μὲν ᾔδει πονηρὸν Ἄνυτος οὑτοσί, πονηρὸν δ' οὖν οὐκ ἠπίστατο διδάσκαλον, καλῶς ἂν ἐπὶ μόνον εἴη. Recte *Reiskius* οὖν delet ante οὐκ. Sed praeterea scribendum, καλῶς ἂν ἐπὶ μόνον ᾔει. *recte illum unum impugnaret.* *) Eodem vitio laborat

in Spec. crit. p. 108. *Heindorf.* ad Plat. T. I. p. 111. 133. T. III. p. 365. Obiter emendare conabor locum *Lysiae* vexatissimum in Or. c. Andocid. p. 127. ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ καὶ δυνάμενος τοῖς χρήμασι, καὶ βασιλεῦσιν ἐξενωμένος καὶ τυράννος; ἃ νυνὶ κομάσει, ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους, ποιὰν εἰςφορὰν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο, καὶ ἐπιστάμενος . . . Legendum puto: ἃ νυνὶ κ. ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους. Ποίαν ἂν εἰςφορὰν οὗτος ἢ τί ἀγαθὸν λέγοιτο; καὶ ἐπιστ. Andocides suas divitias et opes jactabit, regumque amicitias, *bene gnarus, quantopere ad talia populus stupeat.* Hic est sensus, quem *Reiskius* mire pervertit. Tum pergit orator: at si talibus et tantis pollebat opibus, *quaenam tributa, aut quod aliud beneficium commemorare poterit,* quo populum adjuverit?

*) In *Parthenii* Erot. c. 16. p. 44. πάσῃ μηχανῇ ἐπεὶ τὸν Ἀκάμαντα εἰς Δάρδανον ἀφικέσθαι πείθει. fortasse legendum, πάσῃ μ. ἐπῄει τὸν Ἀκ. καὶ εἰς Δ. α. π. quod lenius puto, quam ἐπεὶ cum *Legrandio* delere. Ap. *Liban.* T. III. p. 19. 14. recte scripsit *Reiskius*, οὐκ ἂν ᾔει ἐπὶ γυμνὴν την παραίνεσιν. pro ἦν. Mox ibidem lego, εἰκὸς δ' ἦν, ὦ ἄνδρες καὶ εἰ σφόδρα τὴν πρώτην ἐδεδοίκει τὸ τῆς συμβουλῆς σαφὲς . . . χρόνου γε προϊόντος . . τολμῆσαι καὶ φανερὸν εἰπεῖν. pro vulgato, τὴν πόλιν ἐδεδοίκει, quod sensu caret. Verissimum est τὴν πρώτην, quod illustravit *Boissonade* ad *Philostr.* Her. p. 593. Utitur hac formula ipse *Libanius* T. IV. p. 45. in loco depravato et fortasse in hunc modum corrigendo:

locus *Libanii* T. IV. p. 73. 17. ἃ δὲ Κάλχας ἤκουσε, ἐπειδὴ τἀληθὲς οὐκ ἔκρυψεν, οὐκ εἰς αὐτοὺς ἂν εἴη τοὺς θεούς, παρ' ὧν ἐκεῖνος εἶχε τὴν τοῦ πάντ' ἐπίστασθαι τέχνην; Lege: οὐκ εἰς αὐτοὺς ἀνήει τοὺς θεούς.... Sed ne in uno verbo haereamus, alia etiam exempla in promtu sunt corruptelarum, quae ex syllabis literisque alieno loco et perverso ordine positis provenerunt. In *Dion. Chr.* Or. X. p. 299. 9. γυναῖκα τοίνυν εἰ εἶχες, τότε μὲν οὐκ ἂν ἠξίου σε θερεπεύειν. Verum esset εἶχες si Diogenes hominem, qui cum loquitur, conjugem habere neget. At ille id nec affirmat, nec negat. Quare scribendum: εἰ ἔχεις. *si conjugem habes, illa tum, cum servum habebas,*

ἂν οὖν ὑμεῖς μὴ δέχησθε τὸ ἕρμαιον . . . εἶτα πταίσαντες ὕστερον, μὴ πάνθ' ἕτοιμοι συγχωρεῖν ἦτε· ὧν καὶ πολλοστὸν μέρος ἤρκει τὴν πρώτην· ἀνταιτῆτε δὲ τοσοῦτον, μὴ (vulg. μήτε) τὴν πόλιν ὑμῖν ἀπόλλυσθαι. *si quid adversi vobis acciderit, verendum, ne parati sitis ad omnia concedenda, nec quidquam vobis praeter urbis salutem expetatis.* Ap. *Eund.* T. IV. p. 703. 28. καὶ προσεμπεσὼν εἰς μέσους ὁπλίτας. lege, quod contextus postulat, καὶ πρῶτος ἐμπεσών. Contra πρώτην perperam legitur ap. *Eund.* p. 74. 17. εἰ μὲν οὖν ἐτίμα τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῖς τ' ἐν Αὐλίδι καὶ πρώτην ἐνθάδε, μὴ διαβάλλωμεν τὸν ὅρκον. ubi fuisse videtur, τοῖς τ' ἐν Αὐλίδι πρώην καὶ ἐνθάδε. Iterum πρώτων male legitur ap. Eund. T. IV. p. 25. de Medeae in Jasonem amore, ὡς μὲν οὖν συνέπραξεν αὐτῷ πρὸς τοὺς ἄθλους, αὐτόματος ὁρμήσασα εἰς ἐπικουρίαν . . καὶ ὡς ἀβίωτον ἡγεῖτο τὸν βίον, εἰ μὴ ἐκεῖνον ὄψεται, καὶ ὅσα τῶν πρώτων ἐστί, παραλείψω. Noli dubitare, quin corrigendum sit, καὶ ὅσα τῶν ἐρώντων ἐστί. *Achill. Tat.* L. IV. 7. ἀκοῦσαι θέλω φωνῆς, χειρὸς θιγεῖν, ψαῦσαι σώματος, αὗται γὰρ ἐρώντων παραμυθίαι.

tibi, puto, servire noluit. Ibid p. 302. 32. ὅμως δὲ ἐπὶ πάντων σχεδόν, ὅσων ἄπεστιν ἐμπειρία τοῦ χρῆσθαι, χαλεπὸν τὸ προθυμεῖσθαι. Scribe, τὸ προμηθεῖσθαι. *Liban.* T. IV. p. 280. τὰ δὲ φοβοῦμαι, τὰ δὲ λογίζομαι, μή τι μοι τῶν οὐκ εἰρῆσθαι νῦν προσηκόντων ὑπ' ἔθους τῶν παλαιῶν λόγων ἐκφύγῃ (haec sincera sunt: *ne mihi quidquam eorum excidat, quae olim in regem solebam jacere*) Ἀλλ' οὔ τι μοι τῶν παρόντων λείπεται Φίλιππος, τὴν ἀνάγκην αὐτῶν πυθόμενος. Scribe certa emendatione, ἀλλ' οὔτι μοι τ. π. λυπεῖται Φίλ. *nihil eorum, quae nunc dicturus sum, aegre feret Philippus, quum me coactum dicere audiverit.* Ap. *Eund.* T. IV. p. 316. 4. Macedones Demosthenem captivum spectantes clamasse dicuntur: τὰ ὅπλα καταθώμεθα· ἡμέτερός ἐστιν· ἐνταῦθα δὲ ἤδη Πελλήνῃ μὲν ἦν· ὁ δὲ φόβος ἔτι πολὺς προσῆν. Quae sic fortasse laevigari poterunt: ἡμέτερός ἐστιν ἐνταῦθα ὤν· Ἤδη δὲ ἐν Πελλήνῃ ἤμην· ὁ δὲ Φ. Quae ibi sequuntur, ea in hunc modum emendari posse puto: καὶ τὸ μὲν πάθος εἰ (vulgo ἐστὶ) δεινόν, φέρειν δεῖ (vulg. δὲ)· θαῤῥύνας δ' ἐμαυτὸν καὶ πρὸς τὴν ἐμαυτοῦ ψυχὴν εἰπών... Haec participia ab εἰσηγόμην pendent.

P. 486. F. *IV.* 96. *Anaxippi* versus sic scribo:

σὺ δὲ τὴν μέλην, Συρίσκε, ταυτηνὶ λαβών,
ἔνεγκον ἐπὶ τὸ μνῆμ' ἐκείνῃ· μανθάνεις;
καὶ κατάχεον.

pro ἔνεγκ' ἐπὶ τὸ μν. Quum postremae verborum syllabae plerumque per compendium, saepe per lineam tenuissimam, exprimantur, factum est saepissime, ut librarii eas negligerent. Ex hac obser-

vatione fortasse corrigendus *Lysias* in Or. de Arist. Bon. p. 337. 7. ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἦν τὰ ἑαυτοῦ πράττειν· Ἀριστοφάνης δὲ οὐ μόνον τῶν ἰδίων, ἀλλὰ καὶ τῶν κοινῶν ἐβούλετο ἐπιμελεῖσθαι. Alii alia supplent, ut oratio fiat integra. Equidem scripserim, ἐκείνῳ γὰρ ἤρκει τὰ ἑαυτ. πρ. Id. p. 352 καὶ ὅτι οὐκ ἐξήρκει τὰ ἐκείνου. *Demosth.* p. 1273. ἐξήρκει αὐτοῖς ταῦτα ἀδικουμένοις περιορᾶν. *Libanius* T. III. p. 25. 8. Σωκράτης δὲ Ὅμηρον οὐκ ᾔδει τύραννον Ἀθηνῶν, οὐδὲ Θέογνιν· οὐδέ γε τυραννοῦντος ἑώρα, κολακεύειν ὑπέμεινεν· ἀλλ' εἰ πρὸς τὸ τῆς πόλεως ἄρχειν ἐπῇ καὶ τυραννούμενος ἂν ἐξήταζε τὰ ποιήματα, καθάπερ τῶν τριάκοντα τὰ ἔργα. Obscurus hic locus perspicuus fiet, si scripseris: οὐδέ γ' εἰ τυραννοῦντας ἑώρα, κολακεύειν ὑπέμεινεν ἄν· ἀλλ' εἰ πρὸς τὸ τ. π. ἀ. ἐπῆρε, καὶ τυρ. *vel sub tyrannis constitutus explorasset, an ad civitatis imperium capessendum excitarent.* Verbum ἐπαίρειν, *excitandi* et *persuadendi* sensu usurpatum illustravit *Kuster.* ad *Arist.* Nub. 42. *Markl.* ad *Eurip.* Suppl. 581. p. 157. *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 119. Interdum etiam ἐξαίρειν eadem significatione gaudet. Vide *Valcken.* ad Hippol. v. 332. — Ap. *Eund.* T. IV. p. 428. ἀναμνήσθητι τῶν ἐν Πύλαις ὑπ' ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων δεδωκότων τὰ σώματα. *Reiskius* mallet ἐπ' ἐλ. Mihi verum videtur ὑπὲρ ἐλευθ. *Demosthen.* Philipp. Or. III. p. 129. 3. καὶ γὰρ ἂν ἅπαντες δουλεύειν δήπου συγχωρήσωσιν οἱ ἄλλοι, ὑμῖν γ' ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιστέον. — *Dio Chrysost.* Or. XXXVII. p. 124. de duabus juvenum Arcadicorum statuis agens, quibus indocta manus Priami et Nestoris nomina adscripserat, ὁ δὲ δῆμος, inquit, ὁ τῶν Ῥωμαίων τοῦτ' ἐκεῖνο τοὺς ἐξ ἐκείνου ὁρᾷν ᾤοντο, ὁρῶν Ἀρκάδας ἐκ Φενεοῦ. Ubi

quid verba τοὺς ἐξ ἐκείνου significent, nemo facile dixerit. Equidem scribendum suspicor: τοὺς ἐξώρους ἐκείνους. Senes illos se videre existimabant. De sene *Liban.* T. IV. p. 394. 1. ἔξωρος ὢν τὰ τῶν νέων πλημμελεῖ. — *Hierax* in *Stob.* Flor. T. IX. p. 106. 25. καὶ εἰ χρημάτων μὲν ἅρπαξ ἀλλοτρίων δὲ ἐπιθυμεῖ, ὑβριστὴς δὲ ὑπάρχοι καὶ ἀκόλαστος περὶ ἡδονάς. ἆρα ὁ τοσούτων κακῶν ἀνάπλεως δίκαιος ἂν εἴη. Contextus postulat, ut legatur, εἰ χρ. μὲν ἁ π α ξ α π λ ῶ ς ἀλλοτρίων μὴ ἐ π ι θ υ μ ο ί η.... *si aliena bona quidem omnino non appetat, sed libidinosus fuerit..* Ex eadem observatione fortasse emendandus locus depravatissimus *Teletis* ap. *Eund.* T. CVI. p. 575. ὥςπερ οἱ ναυτικοὶ πρὸς τοὺς ἀνέμους καὶ πρὸς τὴν περίστασιν ὁρῶντες ἐκποιεῖ χρῆσαι, οὐκ ἐκποιεῖ παῦσαι. Suspicabar legendum: ὁποίᾳ (περιστάσει) χρὴ σ α λ ε ύ ε ι ν, καὶ ὁποίᾳ πλεῦσαι. Quod tamen quam incertum sit, minime ignoro. Nec in ejusmodi tenebris certum pedem figere licet.

P. 487. *D. IV.* 306. In *Sophoclis* fr. ex Salmoneo mihi persuadere nequeo, sincera esse verba, τάδ᾽ ἐστι κνισμός, quae cl. Editor utcunque explicare conatus est. Fortasse scribendum

> τάδ᾽ ἴστε, κνισμοὺς καὶ φιλημάτων ψόφους
> τῷ καλλοκοτταβοῦντι νικητήρια
> τίθημι.

Post ἴστε et ἴσθι saepe ὅτι subauditur. Sic ap. eundem Tragicum in *Stobaei* Flor. XLIV. p. 307. 31. ἴσθι δ᾽ ὥςπερ ἡ παροιμία, Ἐκ κάρτα βαιῶν γνωτὸς ἂν γένοιτ᾽ ἀνήρ. Frustra itaque ap. *Xenoph.* Hellen. V. 1. 14. εὖ δ᾽ ἴστε, ὅταν ὑμῶν ἐγὼ ἄρχω,

εὔχομαι... *Morus* ὅτι desiderabat. Nec magis audiendus *Reiskius* ad *Dion. Chr.* Or. XLVII p. 224. 46. εὖ δ' ἴστε, ὥσπερ προειλόμην σιγᾶν, ἀφ' οὗ νῦν ἧκον· οὐκ ἂν ἐφθεγξάμην. Sic *Idem* Or. II. p. 74. εὖ ἴσθι, ἔφη, ὦ πάτερ, ἐγὼ οὐ μόνον ποιητὴν ἕτερον, ἀλλ' οὐδὲ μέτρον ἄλλο, ἢ τὸ Ὁμήρου ἡρῷον ἀκούων ἄχθομαι. *) Et Or. XVIII. p. 482. καὶ εὖ ἴσθι, οὐδένα σοι τρόπον μεταμελήσει. *Plato* in Phaedon. c. 64. εὖ γὰρ ἴσθι, ... τὸ μὴ καλῶς λέγειν... κακόν τι ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς. Apolog. Socr. c. 5. εὖ μέντοι ἴστε, πᾶσαν ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν ἐρῶ. et ibid. εὖ γὰρ ἴστε, ... οὐκ ἐμὲ μείζω βλάψετε ἢ ὑμᾶς αὐτούς. Cf. *Abresch.* ad *Aeschyl.* T. II. p. 165. *Schaefer.* Meletem. I. p. 4. — Proximum Antiphanis fr. paulo aliter legitur L. XV. p. 666. F. Ibi haud scio an V. 6. pro ἐὰν τύχῃ μόνον Αὐτῆς, ἐπὶ τὸν μάνην πεσεῖται. rectius legatur,

ἐὰν θίγῃ μόνον

*) In iis, quae ibi sequuntur, leni correctione sensum restitues, πάνυ οὖν αὐτὸν ὁ Φίλιππος ἠγάσθη τῆς μεγαλοφροσύνης, ὅτι δῆλος ἦν οὐδὲν φαῦλον, οὐδὲ ταπεινὸν ἐπινοῶν, ἀλλὰ τὸ τοῖς τε ἥρωσι καὶ τοῖς ἡμιθέοις π α ρ α β α λ λ ό μ ε ν ο ν. Novissimi vocabuli, in quo frustra trepidabat *Reiskius*, explicationem pete ab *Heindorfio* ad *Platon.* T. I. p. 4. Ipse *Reiskius* recte accepit Or. IV. p. 168. 28. Paulo ante illum locum scribe et distingue, τὴν δέ γε Ὁμήρου ποίησιν, μόνην ὁρῶ τῷ ὄντι γενναίαν καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ βασιλικήν, ᾗ πρέπει τὸν νοῦν προσέχειν τ ὸ ν ἀνδρῶν μάλιστα μὲν ἄρξειν μελλόντων τῶν ὅποι ποτὲ ἀνθρώπων· εἰ δὲ μή, τῶν πλείστων . . . *eum, qui omnibus* *v i r i s* (hoc emphatice dictum) *inter omnes quotquot ubique sunt homines imperare velit.*

αὐτῆς. *si modo tetigerit.* Bene vulgata se haberet, nam τυγχάνειν de eo, qui scopum ferit, minime infrequens, nisi μόνον fuisset additum. Hoc, ni fallor, satis indicat, verbum fuisse scriptum, quod non *assequendi* in universum, sed *leviter perstringendi* notionem habeat. *Achill. Tat.* L. I. 17. p. 41. ἐρᾷ γοῦν ἡ μαγνησία λίθος τοῦ σιδήρου, κἂν μόνον ἴδῃ καὶ θίγῃ πρὸς αὐτὴν εἵλκυσεν. Idem error occupasse videtur *Dion. Chr.* Or. XX. p. 497. 5. de Paride, qui, dum domi erat, τὰς μὲν ἐν Ἰλίῳ νύμφας καὶ παρθένους ἅτε τύραννος ὤν, ἠτίμαζε καὶ οὐκ ᾤετο ἀξίας τυχεῖν. Scribe θιγεῖν. *nec dignas habuit, quas tangeret.* ut ap. *Eurip* Or. 1153. πάσαις γυναιξὶν ἀξία στυγεῖν ἔφυ Ἡ Τυνδαρὶς παῖς. pro στυγεῖσθαι, ut *Schol.* interpretatur. Alcest. 1063. ἀξία δέ μοι σέβειν. *) In *Aeschyli* Choëph. 991 scribendum videtur, μύραινά γ᾽ ἤτ᾽ ἔχιδν᾽ ἔφυ Σήπειν θιγοῦσα κἄλλον οὐ δεδηγμένον. *Ion Chius* ap. *Athen.* L. III. p. 91. E. κεῖται δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχανος. Junge ἔφυ σήπειν. Coll. *Eurip.* Hell. 1004. Rhes. 107. *Toup.* ad *Longin.* p. 274. — Verbum τυγχάνειν perperam legitur ap. *Heliodor.* VI. 2. p. 86. καὶ τοὔμπαλιν ἐγὼ γελῶ... ὁ δὲ γεννάδας ἡμῖν Ναυσικλῆς καὶ πολλῷ γέλωτι τῶν ἄλλων κατατωθάζων ἐτύγχανε. Scribe: στυγνάζει. *vultum tristem ostendit et tetricum.* *Himer.* Ecl. XXXVI. p. 308. πρὶν μειδιάσαι στυγνάζομεν. *Xenoph.* Anab. II. 6. 9. καὶ γὰρ ὁρᾷν στυγνὸς ἦν καὶ τῇ φωνῇ τραχύς. Obiter

*) Eadem constructio infinitivi activi locum habet post δίκαιος. In depravato *Libanii* loco T. IV. p. 136. καὶ μὴν ἐκεῖνο δεῖν ἐξελάσαι τῆς ἀγορᾶς, τὸ τῆς προσρήσεως. scribendum videtur, καὶ μὴν ἐκεῖνο δίκαιον ἐξελάσαι.

corrigo ap. *Liban.* T. IV. p. 841. 9. νομίζων οὐδαμῶς ἂν ὢν ἐσπούδακα τυχεῖν.

P. 494. *C. IV.* 332. In *Cratini* fr. V. 1. membranae Venetae habent, πῶς τις αὐτὸν πῶς τις ἂν ἀπὸ τοῦ ποτοῦ παύσειε τοῦ λίαν ποτοῦ. Unde fortasse elicienda sunt haec,

πῶς τις αὐτὸν ἂν
ἀπὸ τοῦ πότου παύσειε, τοῦ λίαν πότου;

In proxima *Antiphanis* Ecloga V. 6 — 8. sic legerim, cl. Editore facem praeferente:

τούτῳ δέ, τέκνον, πολλὰ κἀγαθ' οἱ θεοὶ
τῷ δημιούργῳ δοῖεν, ὅς ἐποίησέ σε,
τῆς συμμετρίας κἀφελείας οὕνεκα.

Vulgo ὅς σ' ἐποίησε τ. σ. καὶ τῆς ἀσφαλείας. De permutatione verborum ἀφέλεια et ἀσφάλεια infra dicetur ad L. XII. p. 534. B. Articulo τῆς non erat opus, quippe qui priori vocabulo additus, ad alterum saepe omittitur. Quod fefellit *Reiskium* ad *Dion. Chr.* Or. IV. 178. 24. τό τε σχῆμα καὶ εἶδος, scribentem, τὸ εἶδος. Sic iterum Or. VII. p. 256. εὖ μάλ' ἐπισταμένων τῶν ἡμερῶν τε καὶ μηνῶν ἀριθμόν. ubi scribendum: τὸν τῶν ἡμ. τε καὶ μηνῶν ἀ. Huc tamen non referendus locus ejusdem Orationis p. 270. 19. ἀκάθικτον τὴν αἰσχύνην καὶ ῥώμην λαβοῦσα. ubi fortasse scribendum, ἀκάθικτόν τινα ἰσχὺν καὶ ῥ. λ.

P. 494. *E. IV.* 338. In secundo *Phoenicis* fr. V. 3. verbis transpositis videtur legendum

τρέμων περ οἷον ἐν βορηΐῳ νωδός.

In prioribus quoque versibus, ubi difficiles quaedam extant membranarum lectiones, nondum omnia ad liquidum perducta esse arbitror.

P. 496. *E. IV.* 342. In *Astydamantis* V. 3. scripserim:

> ῥέοντα δὲ δώδεκ', ὧν τὰ μὲν δέκ' ἀργυρᾶ,
> τὰ δύο δὲ χρυσᾶ.

Et mox ap. *Diphilum* V. 1. scribo:

> ἔνεσθ' ὑποσχέσθαι πλέονας πιεῖν γέ τι
> ἁδρότερον . . .

pro ἔσθ' ὑπ. πλείονάς. In *Epinici* autem Ecloga, quae proximum locum occupat, sensum, quem versui tertio et sqq. inesse suspicatus sum, leniore mutatione efficies, scribendo:

> ἔστιν δ' ἐλέφας· ἐλέφαντος ἄγει κέρας, ῥυτόν,
> χωροῦν δύο χόας, ὃν οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι,
> ἐγὼ δὲ τοῦτο τρὶς πέπωκα πολλάκις.

Haec si cum vulgatis conferas, nullam graviorem factam videbis mutationem, nisi V. 4. ἄγει κέρας. pro περιάγει, quod ex verbis male transpositis κέρας ἄγει oriri potuit. Κέρας ἐλέφαντος dens est elephanti, cum quo τὸ ῥυτὸν comparatur. Servavi verba ἔστιν δ' ἐλέφας, ad quae referuntur verba, οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις οὐδὲ σύ. Deinde χωροῦν scripsi pro χωροῦντα, quod cum ῥυτὸν non convenit. Tandem τοῦτο τρὶς dedi, pro τις, sensu sic postulante. Reliqua omnia exhibui ad fidem Cod. A. Caeterum quam apta sit et ipsi rei accommodata comparatio *rhyti* cum *elephanti dente*, apparet ex *Athenaei* verbis P. 497.

B. ἐκαλεῖτο δὲ τὸ ῥυτὸν πρότερον κέρας. Et paulo post; τὰ ῥυτὰ κέρασιν ὅμοια εἶναι.

P. 497. F. IV. 346. De *Sannacrio* tradens Noster non scribere potuit, ut vulgo habetur: Φιλήμων δ' ἐν τῇ Χήρᾳ βατιακῶν μνησθείς. sed βατιακῶν μνησθεὶς καὶ σαννακρῶν, καὶ τῇ γελοιότητι τοῦ ὀνόματος προσπαίξας φησίν. Qui sequitur versus trochaicis numeris videtur decurrisse:

σαννάκρ', ἱπποτραγέλαφοί τε, βατιάκαι καὶ σαννάκρα.

De forma βατιάκαι vide P. 784. A. T. IV. p. 223. Risus movendi causa poëta idem vocabulum bis posuit, in capite versus et in exitu, quo magis auditorum aures barbaro sono ferirentur. Nam nisi in hoc inest ἡ γελοιότης, quam *Athenaeus Philemonem* in hoc versu quaesivisse ait, equidem ubi latere possit, ignoro.

P. 502. B. IV. 366. *Aristophanis* verba, in quibus trochaeorum sunt vestigia satis manifeste impressa, sic fortasse digerenda sunt et emendanda

ἑπτάπους γοῦν ἡ σκί' ἐστίν, ἡ 'πὶ τὸ δεῖπνον ὥρα δή.
ἤδε δὴ καλεῖ, καλεῖ θ' ὁ χορὸς ἔμ' ὁ Φιλοτήσιος.

Pro τὸ δεῖπνον ὡς ἤδη καλεῖ μ' ὁ χορὸς ὁ φ. ubi vides, vix quidquam esse mutatum, nisi ut fugientes syllabas et voces, quas similitudo vicinarum expulisse videbatur, revocaremus. ὡς et ὥρα in Codd. sibi sunt simillima.

P. 507. B. IV. 386. Ἀπολλοδώρῳ προέπιεν. Apollodorus is est, quem *Plato* in Phaedone magistri mortem ante caeteros omnes deflesse narrat:

Ἀπολλόδωρος δὲ καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ οὐδὲν ἐπαύετο δακρύων, καὶ δὴ καὶ τότε ἀναβρυχησάμενος, κλαίων καὶ ἀγανακτῶν οὐδένα ὅντινα οὐ κατέκλασε *) τῶν παρόντων. De eodem historia est ap. *Aelian.* V. H. I. 16. quae seriorum videtur fuisse commentum, ductum videlicet ex *Platon.* Phaedone c. 64. Cf. *Ciceron.* Tusc. Qu. I. 43. — Mox in narratione de somnio Socrati per quietem oblato, hic narrasse dicitur, quae sequuntur: δοκεῖν γάρ, ἔφη, τὸν Πλάτωνα κορώνην γενόμενον ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου ἀναπηδήσαντα, τὸ φαλακρόν μου κατασκαριφᾶν, καὶ ΚΡΑΤΕΙΝ περιβλέπουσαν. Recte me emendasse κράζειν, nullus dubito. Hoc enim et cornicum consuetudinem graphice repraesentat, et unice firmatur interpretatione a Socrate adhibita, δοκῶ οὖν σέ, ὦ Πλάτων, πολλὰ κατὰ τῆς ἐμῆς ψεύδεσθαι κεφαλῆς. Doctissimus *Coray* inciderat in κροτεῖν, quod si a Codd. firmaretur, non de cornice caput *tundente* acciperem, sed de alarum agitatione et plausu; ut est ap. *Aelian.* H. A. VII. 7. κόραξ κρούων τὰς πτέρυγας καὶ κροτῶν αὐτάς.

P. 508. *A. IV.* 389. Δράκοντος... καὶ Σόλωνος. Hi duumviri junctim commemorantur, cum multis aliis in locis, tum ap. *Xenoph.* Oecon. c. 14. 4. καί τοι τὰ μέν, καὶ ἐκ τῶν Δράκοντος νόμων,

*) Sic *Stephanus* pro κατέκλαυσε. *Plut.* V. Peric. ἡ παροῦσα δυστυχία τῷ Περικλεῖ . . . ἐπέκλασε τοὺς Ἀθηναίους· Id. T. II. p. 259. D. ἔτι δὲ μᾶλλον . . . . τὴν αἰτίαν γνοὺς ἐρωτικὴν οὖσαν ἐπεκλάσθη, *Heliodor.* L. IX. 11. εἴ πως εἰς ἔλεον ἐπικλασθεῖεν. Apud. *Liban.* T. IV. p. 837. τίς ἡ τὸν σκληρὸν τουτονὶ κατακλείσασα; ποῖον ὂν τὸ κάλλος ἄμαχον, ὃ τοῦτον κατηγωνίσατο; Scribe, κατακλάσασα.

τὰ δὲ καὶ ἐκ τῶν Σόλωνος πειρῶμαι, ἔφη, λαμβάνων, ἐμβιβάζειν εἰς τὴν δικαιοσύνην τοὺς οἰκέτας. Δοκοῦσι γάρ μοι, ἔφη, καὶ οὗτοι οἱ ἄνδρες θεῖναι πολλοὺς τῶν νόμων ἐπὶ δικαιοσύνῃ τῆς τοιαύτης διδασκαλίας. ubi novissima verba variis modis tentata, sic correxerim, ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ διδασκαλίᾳ. Quibus glossator verba ἐπὶ δικαιοσύνῃ adscripsisse videtur.

P. 509. *C. IV.* 394. *Ephippus* V. 1. ἐπεὶ καταστὰς εὔστοχος νεανίας. Mallem:

ἔπειτ' ἀναστάς . . .

V. 5. editur ex conjectura *Grotii*, συνὼν τισιν οὐκ ἄσκεπτα δυνάμενος λέγειν. quo nihil frigidius: Vulgo συνὼν τις. Aut cum *Corayo* legendum, συνοῦσιν, aut, quod mihi in mentem venit,

συνετοῖσιν οὐκ ἄσκεπτα δυνάμενος λέγειν.

L. X. p. 449. F. ἀξύνετα ξυνετοῖσι λέγων. *Eurip.* Phoen. 1516. δυσξύνετον ξυνετὸς μέλος ἔγνω. — V. 8. εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πολλὰ τιθείς, ὑπὸ ξύρον Κνήμας ἱμάντων ἰσομέτροις ἑλίγμασιν. Egregie *Grotius* πολλὰ mutavit in πόδα. Sed praeterea videtur corrigendum,

ὑποζυγῶν
κνήμας ἱμάντων ἰσομέτροις ἑλίγμασιν.

tibias substringens corrigiis.

Liber duodecimus.

P. 510. *C. IV.* 397. *Sophoclis* dictum commemoratur ap. *Plut.* T. II. p. 37. C. 525. A. Idem dictum respiciens *Juncus* ap. *Stobae.* Flor. CXII. p. 584. senectutem laudat, quod voluptatis cupiditatem a nobis depellat, ὁπότε τῆς μὲν ψυχῆς τὸ ἀλόγιστον δὴ καὶ ἐπιθυμητικὸν εὕδοι διαφυγὸν πονηροὺς δεσπότας... *Xenoph.* Memor. I. 5. 5. bonum virum ait decere δουλεύοντα ταῖς τοιαύταις ἡδοναῖς, ἱκετεύειν τοὺς θεούς, δεσποτῶν ἀγαθῶν τυχεῖν. Idem Oecon. I. 22. δοῦλοι γάρ εἰσι καὶ οὗτοι, καὶ πάνυ γε χαλεπῶν δεσποτῶν (δεσποινῶν scripsit *Weiskius*), οἱ μὲν λιχνειῶν, οἱ δὲ λαγνειῶν ... et paulo ante §. 20. καὶ ἄλλαι δ' εἰσὶν ἀπατηλαί τινες δέσποιναι προσποιούμεναι ἡδοναὶ εἶναι, κυβεῖαί τε καὶ ἀνωφελεῖς (*perniciosae*, ut Latinorum *inutiles*) ἀνθρώπων ὁμιλίαι, αἱ προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐξαπατηθεῖσι καταφανεῖς γίγνονται, ὅτι λῦπαι ἄρα ἦσαν ἡδοναῖς περιπεπεμμέναι. *) Sic ex melioribus libris restituit *Weiske* et *Schnei-*

*) De Voluptate, Epicureorum numine, Dio Chr. Or. XII. p. 390. καὶ μίαν ἱδρυσάμενοι δαίμονα πονηρὰν καὶ ἄλυπον τρυφήν τινα ἢ ῥαθυμίαν πολλήν, καὶ ἀνειμένην ὕβριν, ἡδονὴν ἐπονομάζοντες. Fuisse videtur: δαίμονα πονηρὰν καὶ ἔκλυτον.

derus pro περιπεπλεγμέναι. *Suid.* T. III. p. 93. περιπέττουσι. περικαλύπτουσι. Ἀριστ. Πλούτῳ· ὀνόμασι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν. Plut. v. 159. cui similia dedit *Valcken.* in Diatr. p. 158. A. *Lucian.* de Gymn. §. 19. οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλήν, καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις. Similiter *Juncus* ap. *Stobae.* CXVI. p. 597. πάντα τὰ δεινὰ κελεύουσαι δρᾶν, ἅπερ, οἶμαι, καλλωπίζουσι καὶ ἐπισκιάζουσιν ἑτέροις ὀνόμασιν. *Stobae.* Tit. I. p. 31. 45. κακίαις αὐτῶν πλάσσονταί τινες ῥημάτων εὐπρέπειαν. Cf. *Toup.* ad *Suid.* T. I. p. 344. *Liban.* T. IV. p. 10. ad Paridem κλέψας τὴν ἐπιβουλήν, εὔφημον ὄνομα τοῖς κακουργήμασι τίθεσαι. ubi notandus est usus τοῦ κλέπτειν. Sic etiam p. 5. 12. ὄντως ἴσως πρὸς ὑμᾶς ἀπήγγελκε, κλέπτων ψευδολογίᾳ τὴν πονηρίαν. *Achill. Tat.* L. IV. 5. p. 158. ὁ μὲν κλέπτων τὴν πνοὴν καὶ τὴν ὀδμήν, οὐκ ἐπιδείκνυται.

P. 512. F. *IV.* 405. τὰ θερμὰ λουτρὰ .... Ἡρακλέους. Ductum hoc ex *Aristoph.* Nub. v. 1050. Cf. *Eustath.* Ιλ. p. 1273. 2. Od. p. 1594. 16. Quae sequuntur de μαλακαῖς στρωμναῖς Ἡρακλέους, adversantur iis, quae de Herculis virtute narrat *Dio Chrys.* Or. VIII. p. 285. 21. οὐδὲν δεόμενος ἢ στρωμάτων ἢ χλανίδων ἢ ταπήτων· ἀλλὰ δέρμα ἀμπεχόμενος ῥυπαρόν, λιμοῦ πνέων. ubi novissimum verbum non mutaverim cum *Koehlero.* Sed paulo ante scribo, πλὴν ὅγε Ἡρακλῆς περιῄει τὴν Εὐρώπην, καὶ τὴν Ἀσίαν ἅπασαν, οὐδὲν ὢν τούτοις ὅμοιος τοῖς ἀθληταῖς· ποῦ γὰρ ἂν ἠδυνήθη περιελθεῖν, σάρκας τοσαύτας ἔχων.. pro προσελθεῖν.

P. 516. D. E. *IV.* 419. Tres priores versus

Eclogae *Alexidis* in hunc modum corrigendos esse suspicor,

> ἔπειτα δέ σοι παρὰ τοῦτο κάνδαυλόν τινα
> παραθήσομεν. β. κάνδαυλον οὐκ ἐδήδοκα,
> οὐδ' εἶδον, οὐδ' ἀκήκο' οὐδεπώποτε.

V. 1. vulgo ἔτι δέ. V. 3. mutilus legitur, οὐδ' ἀκήκο' οὐδέ ποτε. Quod inserui οὐδ' εἶδον rei videtur accommodatissimum. *Pindar.* Ol. VI. 87. τοὶ δ' οὔτ' ὦν ἀκοῦσαι, Οὔτ' ἰδεῖν εὔχοντο. — Jam V. 6. sqq. qui pro conclamatis habentur, quantum licet, in vitam revocare conabimur,

> ἴτρια μὲν ποιήσομεν,
> ὤνθρωπε· β. ποῖα; α. λευκὰ καὶ λέπτ' εἰς ἄκρον·
> εἶτ' ἀντακαῖον ἰχθύων τάριχος, ἢ
> κρεῶν βατάνιον· εὐθέως . . . .

ἴτρια *Dalecampio* debetur pro ἐριά. Sequentia ita sunt tenebricosa, ut vix tenue veritatis vestigium appareat: ἄνθρωπε, ποίει λευκὰ καὶ βλέπεις ἐπὰν ἀπὸ τῶν κοινῶν ταρίχους ἰχθύων κρεῶν βατανίων. Quod posui λεπτὰ εἰς ἄκρον, idem est quod ἄκρως λεπτά. *Theocrit.* Eid. XIV. 61. de Ptolemaeo, εὐγνώμων, φιλόμωσος, ἐρωτικός, εἰς ἄκρον ἁδύς. Ἀντακαῖον vero, quod latet in syllabis monstrose depravatis ἀποτων κοινων (Cf. ad L. III. p. 95. C.) salsamenti genus est, de quo vide L. III. p. 118. D. E. Proxima iterum sunt mutila et lacunosa. V. 16. numerorum reliquiae, quae prorsus sunt ἄμετροι, in hunc fortasse modum concinnari debent,

> κανδαύλους λέγων
> καὶ χόρια, καὶ βατάνια, πᾶσαν ἡδονήν.

P. 519. *E. IV.* 430. In *Timaei* descriptione vitae Sybariticae in verbis ἐν οἷς στεφανοῦσθαι καὶ

τῶν μαγείρων τοὺς ἄριστα τὰ παρατεθέντα διασκευάσαντας. vocabulum excidit; fortasse, ἐν οἷς εἰκός. quod cum ironia dictum videri possit, *in quibus sane consentaneum est, etiam coquos coronari.* Mallem tamen ἐν ΟἿΣ ἘΘΟΣ στεφ. quod ob similitudinem cum proximis syllabis facile excidere potuit. Subauditur ἐστί, ut passim. Absolute positum est ap. *Dion. Chr.* Or. XXXI. p. 595. 25. ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ κατὰ τὰς ἀπογραφάς, ἔθος αὐτὰ τοῖς Ἐφεσίοις ἀπογράφεσθαι. i. e. ἔθους ὄντος, ne quid cum *Reiskio* mutes. In *Philostr.* Vit. Apoll. I. 2. p. 5. Apollonius epistolas dicitur scripsisse ὑπὲρ θεῶν, ὑπὲρ ἐθνῶν, ὑπὲρ ἠθῶν. Sic *Olearius* dedit ex uno Cod. pro ὑπὲρ ἐθῶν, ὑπὲρ ἠθῶν. At hoc unice verum et Sophistarum orationi consentaneum, qui in similibus sonis ludunt. *Aelian.* H. A. IX 9. βιαζομένης τῆς φύσεως τῶν μητρῴων καὶ ἠθῶν καὶ ἐθῶν ἐρᾶν. Cf. *Koen.* ad *Gregor.* p. 236. Obiter corrigo in *Ejusdem* V. Apoll. II. 14. p. 65. locum de leaenis, pardos admittentibus, τῆς δὲ γαστρὸς ὥραν ἀγούσης, ἀναφεύγουσιν ἐς τὰ ὄρη, καὶ τὰ τῶν παρδάλεων ἤθη στικτὰ τίκτουσιν. quae absurde vertuntur vulgo, *et pardorum more maculosos pariunt catulos.* Tu scribe et distingue: ἀναφεύγουσαι ἐς τὰ ὄρη καὶ τὰ τῶν παρδάλεων ἤθη (*lustra*), στικτὰ τίκτουσιν. In versu *Cratini*, quem laudant *Scholia Platon.* p. 131. ed. *Siebenk.* lege ἀλλ' ἐγὼ

φιλέταιρον εἶχον ἦθος.

non ἔθος. — *Hippodamus* ap. *Stobae.* T. XLI. p. 250. 22. cavendum esse docet, ne peregrini mores civitates invadant, διὸ δεῖ τὼς νομοθέτας καὶ τὼς ἀγελάρχας ἐπιμελῶς παρατηρεῖν, εἰ ἐπιμελῶς παρασκεῖται τὰ ἔθεα. ubi scribendum,

ni fallor, διὸ δεῖ.. ἐπιμελῶς παρατηρεῖν, εἰ ἀσκεῖται τὰ ἔθεα. omissis vocibus ἐπιμελῶς παρα, quae librarii oscitantia repetivit. *) — In iis quae sequuntur ap. *Athenaeum* de Sybaritarum mollitie P. 519. E. IV. 431. δοκεῖ δὲ μετὰ τῆς εὐδαιμονίας αὐτῶν εἶναι ὅτι ἐκ τῆς χώρας... ὅ τε τῆς πόλεως τόπος... συμπαροξῦναι πάντας ἐκτρυφῆσαι. fortasse legendum, μετὰ τῆς εὐδ. αὐτῶν ἡ οἰκειότης τῆς χώρας.. *naturalis conditio illius regionis.. urbisque situs.. eos ad luxuriam videtur impellere.*

P. 524. F. IV. 449. καὶ 'Αβυδηνοί.... ἀνειμένοι τὴν δίαιτάν εἰσι καὶ κατεαγότες ὡς παρίστησιν Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις·

α. χαίρω διαπόντιον στράτευμα περιάγων,
τὰ μὲν πρὸς ὄψιν ἔχον μαλακῶς ἀπὸ σώματος,
ῥώμῃ δὲ νεανικόν, σφρίγει τε βραχιόνων.
β. ᾔσθου σὺ τὴν Ἄβυδον ὡς γεγένητ' ἀνήρ;

Sic hunc locum scribendum existimabam, in quo miles loqui videtur, qui se gaudere dicit, quod transmarinum secum ducat exercitum, primo ad-

*) Sic peccatum ap. *Stobae.* Flor. T. LXIV. p. 410. 9. Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει, τὸ κάλλος, φεῦ, ἔλεγε, τυραννίδος τριχὶ (vulgo τριχῇ) καταλυομένης. Delendum τὸ κάλλος post ἔχει. In loco *Teletis* ap. Eund. T. XCI. p. 509. 17. de Πλούτῳ· τὸν μὲν γὰρ εἰδότα κάμνειν, ἀσχολεῖ τὸν δὲ εἰς τρυφὴν νοσοῦντα καὶ προτρέπειν ποιεῖ· ποιεῖ δὲ ἅμα . . . scribe: καὶ προτρέπει. verbo ποιεῖ deleto. Sic etiam ap. *Juncum Stob.* T. CXVI. p. 596. ποτὲ δ' αὖ ἑαυτὰ τὴν ἐναντίαν ἔχειν δύναμιν ὑπ' ἀνδρὸς κακοῦ παρειλημμένα . . delendum ἑαυτά, quod ex vicinis syllabis temere repetitis videtur ortum.

specie quidem mollibus corporibus, sed robore insignem et lacertorum toris. Ad quae alius, illum ridens, audisne, inquit, ut Abydus (quasi dicat, mollis ille et ad Abydenorum luxuriem compositus nebulo) vir sit facta? i. e. virili sese fortitudine jactet? V. 1. pro vulgato τι πραττόμενος, membra Venetae τι πραττομένων exhibent. Hoc in περιάγων mutavi. Vide exempla verborum temere sic a librariis distractorum supra ad L. III. p. 95. C. — V. 2. vulgo ὄψιν μαλακῶς ἔχειν. V. 3. κόμη τε νεανικῇ φρίγει. V. 4. ἤσθου τὴν Ἄ. ὡς ἀνὴρ γεγένηται. Est ac si dixisset, ἤσθου συ (haec ad alium dicuntur, non ad militem.) τὸν μαλακόν, τὸν τοῖς Ἀβυδηνοῖς μαλακώτερον, ὡς ἐγεγένητο ἀνὴρ καὶ πολεμικός. — Fragmentum *Aristophanis* sic fortasse restituendum:

ἔπειθ' ὅσοι παρῆσαν ἐπίσημοι ξένοι,
ἐπηκολούθουν, κἠντιβόλουν προςκείμενοι,
ὅπως ἄγων τὸν παῖδα πωλήσει 'ς Χίον·
ἕτερος δ' ὅπως ἐς Κλαζομένας· ἕτερος δ' ὅπως
ἐς Ἔφεσον· οἱ δ' ἐς Ἄβυδον· ἦλθε δ' ἐς Κενὸν
ἅπανθ' ὅλως.

Vulgo ἦν δ' ἐκεῖνα πάνθ' ὁδῷ. quae sensum non habent. Quum Iones illi, quos traducit Comicus, orassent mangonem, pulchri pueri dominum, ut veniret cum eo ἐς Χίον, ἐς Κλαζομένας etc. hae omnes preces ἦλθον ἐς κενόν. *vanae evaserunt.* Hic verborum lusus *Aristophane* non indignus. — In *Antiphonis* verbis de Abydenorum luxuria, quae proximum locum occupant, recipiendum existimo lectionem Cod. A. παραλαβὼν παρ' αὐτῶν τὰ αὑτοῦ χρήματα. Sic enim ibi scriptum esse suspicor, non αὐτοῦ. Saepe in hoc genere peccatum et a librariis, et ab editoribus. Ap. *Liban.* T. IV. p. 59. 19. ἔλεγε

τοίνυν τότε ἐκεῖνος, ὦ παῖ, μὴ καταμέλειν τοῦ τοὺς Ἕλληνας ὡς οἰκειότητα πρὸς αὐτὸν διατιθέναι. Scribe, πρὸς αὑτόν. i. e. σαυτόν. Nemo enim hodie ignorat pronomen ἑαυτοῦ etiam primam et secundam personam referre. Ib. p 473. 4. σὺ δὲ ὅπως αὐτὸν ὡς μάλιστα ἥσεις, μηδὲν ὧν ἂν αἰτῇ διωθούμενος. scribendum suspicor: σὺ δὲ ὅπως αὑτὸν ὡς μ. ὀνήσεις. *tu autem vide, ut tibi quam maxime prosis.* Ap. *Dion Chr.* Or. p. 160. 22. ὅτι σὺ σαυτῷ μάλιστα ἔχθιστος εἶ. Rectius Veneta et margo Morell. αὑτῷ.

P. 525. *C. IV.* 451. In loco *Democriti Ephesii* de luxu Ionum cl. Editor vitium esse suspicatur in verbis, αἱ δὲ κεφαλαὶ κατ' ἴσα διειλημμέναι ζῴοις. Quum in toto hoc loco de variis vestimentorum generibus agatur, non dubito quin in κεφαλαὶ pars cultus muliebris lateat, ut παρυφαί, vel ejusmodi quid. Ζῶα sunt figurae hominum et bestiarum vestibus intertextae. Magnifica illa vestis ab Alcisthene Sybarita Junoni Laciniae oblata, ἑκατέρωθεν διείληπτο ζῳδίοις ἐνυφασμένοις, ἄνωθεν μὲν Σούσοις, κάτωθεν δὲ Πέρσαις. ut est ap. *Aristot.* in Mir. Ausc. c. XCIX. p. 200. sq. *Pausan.* V. 11. de Jovis Olympii statua, τῷ δὲ ἱματίῳ ζῴδιά τε καὶ τῶν ἀνθῶν τὰ κρίνα ἐστὶν ἐμπεποιημένα. *Clem. Alex* Paedag. II. p. 235. τῶν ὑμενίνων τῶν περιόπτων τὰ πολυτελῆ καὶ ποικίλα ἱμάτια ἔχοντα ζῴδια ἐν τῇ πορφύρᾳ. *Ammian. Marc.* XIV. 6. *ut longiores fimbriae tunicaeque perspicue luceant, varietate liciorum effigiatae in species animalium multiformes.* ubi vid. *Vales.* p. 24. Cf. *Böttiger in den Vasengem.* I. p. 93. Idem Vir doctus attigit verba *Democriti* nostri κρόκινα ῥόμβοις ὑφαντὰ in Fascic. II. p. 77.

P. 527. N. *IV.* 457. ap. *Theopompum* de Thessalis, μᾶλλον σπουδάζουσιν, ὅπως ὄψων παντοδαπῶν τὰς τραπέζας παραθήσωνται πλήρεις ἢ τὸν αὐτῶν βίον ὅπως παρασχήσωνται κεκοσμημένον. Nimis facile cl. Editor fidem habuit membranis, παραθήσωνται recipiens et παρασχήσωνται, pro veriore lectione, quae est in editis. Hoc vitium multos adhuc veterum inquinat locos, ut ap. *Anton. Lib.* c. I. p. 8. ed. *Verh.* scr. τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες ἔφερον ὅπως κηδεύσουσιν. pro κηδεύσωσιν. et c. XIII. p. 96. iterum. In *Parthenii* Erot. c. IV. p. 10. ed. *Heyn.* scribe δεησόμενον ὅπως.. ἀκέσεται.. καὶ λήθην ποιήσεται. Idem vitium tollendum in *Xenoph.* Cyrop. IV. 1. 16. et 18. V. 3. 43. VII. 5. 82. Anab. I. 3. 17. V. 6. 21. VI. 3. 13. VII. 3. 43. ubi legendum videtur, ἡγήσομαι τοῖς ἵπποις, ὅπως μή... σημαίνῃ. pro σημήνῃ, Hellen. I. 1. 15. τὰ πλοῖα συνήθροισε.. ὅπως μηδεὶς ἐξαγγείλῃ. rectius scripseris ἐξαγγέλλοι. I. 5. 3. σκοπεῖ.. ὅπως βλάψῃ τοὺς πολεμίους. scribe βλάψει. Et sic passim. Unum adscribam locum *Dionis Chrys.* Or. I. p. 53. 10. qui aliis quoque vitiis laborat: εἰ δέ τις πρὸς μὲν ταῦτα ἔχει μετρίως, τοὺς δὲ πλησίον αὐτῷ καὶ φίλους καλουμένους ἀναγκάζει τε καὶ μὴ σκοπεῖ τοῦτο, ὅπως δόξωσι μακάριοι καὶ ζηλωτοὶ πᾶσι, λανθάνει προδότης αὑτοῦ καὶ τῆς ἀρχῆς γενόμενος. Ubi scribendum suspicor, εἰ δέ τις... φίλους καλουμένους ἀ τ ι μ ά ζ ε ι τε (non honorat) καὶ μὴ σκοπεῖ τοῦτο ὅπως δ ό ξ ο υ σ ι μακάριοι. Hoc ipse firmat p. 70. 32. tyrannidis describens mores, οὐ προσέβλεπε τοὺς προσιόντας, ἀλλ' ὑφεώρα καὶ ἠτίμαζεν. Apud *Lysiam* Or. pro Polystr. p. 364. perperam videtur scribi, οὐδεὶς τοίνυν ἂν εἴποι τις ὅπως τῶν ἡμετέρων ἔχει. Fortasse scri-

bendum: εἶποι, τί οὗτος τῶν ὑμ. ἔχει. Οὗτος autem est Polystratus.

P. 528. *F. IV.* 464. Cum toto hoc de Sardanapalo inter pellices marcescente loco conferendus inprimis *Dio Chr.* Or. LXII. p. 323. ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις ἀποδιδράσκων εἰς τὴν γυναικωνῖτιν, καθῆστο ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης, ἀναβάδην ὑπὸ ἁλουργέσι παστοῖς, ὥσπερ ὁ θρηνούμενος ὑπὸ τῶν γυναικῶν Ἄδωνις. De eodem Or. II. p. 84. 45. τῷ παντὶ γὰρ κρείττων οὗτος κόσμος τῶν ἱερῶν ἢ σμαράγδων ἢ σαρδίων, καὶ ὀνύχων, οἷος ἦν ὁ Σαρδανάπαλος περὶ οἶνον. ubi novissima verba medicam adhuc expectant manum. Nam quae ipse conjeci, incertiora sunt, quam quae promere audeam.

P. 530. *E. F. IV.* 470. In *Phoenicis Colophonii* Ecloga de Nini luxuria V. 1. scribo verbis transpositis:

ἀνήρ τις ἐγένεθ', ὡς ἐγὼ κλύω, Νῖνος . .

ut Νῖνος, (sic recte membranae) ultimum in scazonte occupet locum, neque, quod vulgo fieri video, spondeus secundam sedem premat. V. 4. iterum spondeus est in quarta sede, οὐδ' ἵζων ἐδίζητο. Equidem οὐδὲ ζῶν ἐδίζητο legendum suspicabar. Corripuit poëta vocalem brevem ante ζ, *Homeri* exemplum secutus. Vide *Herm.* de Em. Rat. Gr. Gr. T. I. p. 56. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 769. *Schaefer* ad Dion. Hal. p. 289. Adde *Theocrit.* Eid. XXIX. 20. Sic etiam interdum brevis syllaba corripitur ante στ. Apud *Rufin.* autem Ep. XV. ταῦτα δὲ στεψαμένη λῆξον μεγάλαυχος ἐοῦσα. Vat. Cod. rectius δὲ omittit. — In monstrosis

membranarum vestigiis V. 7. οὐ ΜΥΘΗΗΤΗΣ. quid lateat, difficile dictu est. Ad sensum bene se haberet:

οὐδ' αὖ νομοθέτης . . . .

sed nimis discrepat a lectione Codicis. Alii videant. — V. 12. ὅκου Νῖνος νῦν ἐστι καὶ τὸ σῆμα ἴδε. Haec verba, quae prorsus sunt ἄμετρα et inepta, delenda censeo. Et hoc versu omisso Nini ad viatores oratio longe rectius et vividius ab initio novi versus orditur. V. 14. pro εἴτε καὶ Μῆδος Εἶς, ἢ Κ. Fortasse rectius,

εἴτε καὶ Μῆδος,
εἴτ' αὖ Κόραξος.

V. 16. vulgatae vitium ἐγὼ Νίνος πάλαι iterum verborum transpositione tollendum

ἐγὼ πάλαι Νῖνος . . . .

P. 534. *B. IV.* 484. *Satyrus* de Alcibiade, ἐν Σπάρτῃ δὲ καρτερίαν καὶ ἀσφάλειαν ἐπιτηδεύων. Merito cl. Editor haerens in ἀσφάλειαν, aut εὐτέλειαν aut φειδωλίαν scribendum esse existimabat. Neutrum vere. Scripsit ille, καὶ ἀφέλειαν. Cf. inprimis Nostr. L. IV. p. 142. B. C. *Polyb.* L. VI. 48. de Lycurgi legibus et institutis, ἡ μὲν γὰρ περὶ τὰς κτήσεις ἰσότης, καὶ περὶ τὴν δίαιταν ἀφέλεια καὶ κοινότης, σώφρονας ἔμελλε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους παρασκευάζειν.... ἡ δὲ πρὸς τοὺς πόνους... ἄσκησις, ἀλκίμους καὶ γενναίους ἀποτελέσειν ἄνδρας. *Aelian.* V. H. XII. 1. διά τε ἦθους ἀφέλειαν, καὶ τοῦ τρόπου τὸ αἰδῆμον. *Dio Chr.* Or. LXIV. p. 337. λεπτὸς καὶ ἀφελὴς βίος. Verba ἀσφαλὲς et ἀφελὲς passim permutantur. Vid. *Graev.* ad

Lucian. in Pisc. §. 12. T. III. p. 128. *T. Hemsterh.* ad *Eund.* T. III. p. 341. Obiter corrigere conabor *Philostr.* Vit. Apoll. V. 35. p. 219. ὑπάτῳ εὐθυμουμένῳ καταλῦσαι τύραννον, πρῶτον μὲν δεῖ βουλῆς πλείονος, ἵν' ἐξ ἀφανοῦς προσβαίη τοῖς πράγμασιν. Sequentia satis docent, Apollonium non tam hoc suasisse, ut, qui tyrannidem occupare velit, *occulto* procedat tramite, sed potius, ἵν' ἐξ ἀσφαλοῦς πρόσβαίη. *ut tutam viam sequatur.* — Mox de eodem Alcibiade P. 534 F. pro εἶθ' οὕτω φιλοφροιησάμενος τὸν αὐτόν, Editores recte posuerunt τὸν Ἄνυτον. Contra factum ap. *Liban.* T. III. p. 14. 3. ταῦτα ἔδει λέγειν, καὶ πρὸς τούτῳ τι ποιεῖν; Ἄνυτον γραψάμενόν τι κινεῖν, εἰ μὴ αὐτός γε ἐβούλετο. quae verba depravatissima sic corrigere tentabam; καὶ πρὸς τούτῳ τι ποιεῖν α ὐ τ ό ν, ἢ γραψόμενον κινεῖν. *aut alium debebat excitare* (vide *Heindorf.* ad *Platon.* T. I. p. 51.) *qui illum accusaret.* In illo pronomine ponendo peccatum est ap. *Lysiam* in Or. de Euandri δοκιμασίᾳ p. 442. παρασκευασάμενος, ὃν πάντες ἴστε, ὅπως πρὸς τὴν πόλιν διάκειται, καὶ πόσων αἴτιος αὐτῇ κακῶν γεγένηται· ᾧ πειθόμενοι πῶς ἂν οἴεσθε, διαβληθῆναι; τότε μὲν γὰρ ὑμᾶς ᾤοντο ὀργισθέντας Λαοδάμαντα ἀποδοκιμᾶσαι δικαίως· ἐὰν δὲ Εὔ α ν δ ρ ο ν Vulgo αὐτὸν) δοκιμάσητε, εὖ εἴσονται, ὅτι οὐ δικαίᾳ γνώμῃ περὶ αὐτοῦ κέχρησθε. Sic haec scribenda videntur. Ap. *Eund.* in Or. Olymp. p. 520. εἰδότας ὅτι φιλονεικεῖν μέν ἐστι εὖ πραττόντων, γνῶναι δὲ τὰ βέλτιστα τῶν α ὐ τ ῷ fortasse legendum τῶν ἐναντίως, πραττόντων scil. *qui rebus adversis laborant, operam dare debent, ut sibi bene consulant.*

P. 535. *C. IV.* 488. *sq.* Elegantem Alcibiadis apologiam dedit *Liban.* in Apol. Socr. T. III. p. 48.

ubi inter alia: ὁ δὲ τοῖς μυστηρίοις, ὁ κάκιστος ἐκεῖνος, ἐπέδωκεν ἀρχαίαν ὁδόν. Ubi recte *Reiskius* ἀπέδωκεν scribens, sensum pessime interpretatur, quem aperiet *Plutarch.* V. Alcib. c. 34. — Cum iis, quae sequuntur de Demetrii luxuria, conf. *Aelian.* V. H. IX. 9. ubi Interpretes haerent in verbis, μύροις τε ἐῤῥαίνετο καὶ αὐτῷ τὸ δάπεδον, καὶ καθ' ἑκάστην ἔτους ὥραν τὰ ἐνακμάζοντα τῶν ἀνθῶν, ταῦτα ὑπεσπείρετο αὐτῷ, ἵνα κατ' αὐτῶν βαδίζῃ. In verbis καὶ αὐτῷ τὸ δ. oratio fortasse non tam depravata est, quam negligenter formata, καὶ, ut passim, non suo loco posito. In ταῦτα vero est pleonasmus, quales *Aelianus* sectari amat. Sic *Idem* L. XII. 19. τὴν ποιητρίαν Σαπφώ, τὴν Σκαμαιδρωνύμου θυγατέρα, ταύτην καὶ Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος σοφὴν ἀναγράφει. *Dio Chr.* Or. XI. p. 350. 16. οὐδὲ τὴν κρατήσασαν πόλιν, ταύτην πορθουμένην. Quod *Reiskius* frustra impugnat. Alia est ratio pronominis οὗτος repetiti ap. *Eund.* Or. I. p. 68. 28. ὁ δὲ ἐγγὺς οὗτος ἑστηκὼς ... ἰσχυρὸς ἀνήρ, πόλιος καὶ μεγαλόφρων, οὗτος δὲ καλεῖται Νόμος. Male hic *Reiskius* prius οὗτος mutabat in οὕτως. Sic enim saepe post longius membrum pronomen repetitur, particula δὲ addita. Alius est hujus generis pleonasmus ap. *Eund.* Or. XXV. p. 523. 12. καὶ τοῦτον ἴσως οὔτε Καρχηδονίοις, οὔτε Ῥωμαίοις ἀγαθὸν δαίμονα προσήκειν αὐτὸν καλέσαι.. quod *Reiskius* iterum impugnavit. *Xenoph.* Cyrop. I. 4. 19. ἀλλ' οὐχ ὁρᾷς ὅσον τὸ στῖφος τῶν ἱππέων ἕστηκε συντεταγμένον· οἵ, ἢν ἐπ' ἐκείνους ἐλαύνωμεν, ὑποτεμοῦνται πάλιν ἡμᾶς ἐκεῖνοι. Idem Conv. IV. 35. οἶδα δὲ καὶ ἀδελφούς, οἳ τὰ ἴσα λαχόντες, ὁ μὲν αὐτῶν ταρκοῦντα ἔχει.. Ejusmodi abundantia fortasse olim legebatur apud *Libanium* T. IV. p. 781. 15.

ὁρῶμεν ἀμέλει πένθος μὲν ἐραστῶν βραχεῖ τοῦτο καιρῷ δαπανώμενον. Ubi vulgo τούτῳ καιρῷ legitur.

P. 540. *F. IV.* 508. καὶ τῶν Λυδῶν ἄνθεσι πάντα ἔπλησε τὰ διαγγελθέντα Σαμίων ἄνθεα. Haec vario modo tentantur et defenduntur. Mihi in mentem venit, καὶ τοῖς τῶν Λυδῶν ἄνθεσιν ἀντέπασσε τὰ δ. Σ. ἄνθεα. Hoc quaesito *Clearchi* sermoni accommodatum, et bene respondet praecedentibus. Ap. *Philostr.* Imagg. I. 20. p. 794. Satyri, Olympi amore capti, ἄνθεα ἐπιπάττουσι καὶ προσκυνοῦσιν ὡς ἄγαλμα.

P. 543. *F. IV.* 520. De Parrhasio: τερατευόμενος δὲ ἔλεγεν ὅτι τὸν ἐν Λίνδῳ Ἡρακλέα ἔγραφεν, ὡς ὄναρ αὐτῷ ἐπιφαινόμενος ὁ θεὸς σχηματίζοι αὐτὸν πρὸς τὴν τῆς γραφῆς ἐπιτηδειότητα. In τερατεύεσθαι non solum est *miraculi*, quod quis narrat, notio, verum etiam jactantiae et mendacii suspicio. *Pausan.* VIII. 2. fin. ὁπόσοι δὲ μυθολογήμασιν ἀκούοντες ἥδονται, πεφύκασι καὶ αὐτοί τε ἐπιτερατεύεσθαι (miraculi augendi causa aliquid falso affingere.) καὶ οὕτω τοῖς ἀληθέσιν ἐλυμήναντο συγκεραννύντες αὐτὰ ἐψευσμένοις. *Achilles Tat.* L. VI. 11. ἐγὼ γάρ σου πρὸς αὐτὸν περὶ τοῦ κάλλους πολλὰ ἐτερατευσάμην. *) Cf. *Abresch.* Lectt. Aristaen. p. 287. *Dio Chrys.* Or. XI. p. 367. non scripsit, ὅτι μὲν οὖν ψευδῆ

*) Paulo ante leguntur verba, ζηλοτυπία γὰρ ἅπαξ ἐμπεσοῦσα ψυχῇ δυσέκλειπτός ἐστιν. Ubi fortasse δυσέκνιπτος legendum. *Liban.* T. IV. p. 21. δυσέκνιπτον ὄνειδος. *Aelian.* V. H. XII 1. δεινὴ γὰρ ἡ εἰς Κῦρον εὔνοια ἐντακεῖσα τῇ Ἀσπασίᾳ δυσέκνιπτον ὥσπερ μάλιστα τὸ φίλτρον ἐνείργαστο αὐτῇ.

ταῦτά ἐστιν, οὐκ ἄδηλον, ὅτι δὲ εἰκὸς ἦν τὸν βασιλέα κελεῦσαι στρατεῦσαι τοῖς ἄνωθεν ἔθνεσιν, οὐκ ἀδύνατον, ἵνα μὴ θορυβηθῶσιν... sed, quod contextus unice flagitat, τὸν βασιλέα κελεῦσαι τερατεῦσαι. quod lenius quam *Casauboni*, ταῦτα ψεῦσαι. Proxima verba ibidem sic corrigenda: ἴσως οὖν εἴποι τις ἂν ἀκηκοώς. pro εἴποι τις ἀνηκοός. Ap *Eund.* Or. XX. p. 496. 10. ἢ οὐκ ἐν ταῖς ἠρεμίαις καὶ ἡσυχίαις . . . ἀνευρήκασιν οἱ ἀνόητοι ἄνθρωποι . . ἕτερα πολλὰ καὶ ἄτοπα πολλὰ διανοήματα. scribe, τέρα πολλά. i. e. τέρατα. Cf. *Pierson.* ad *Moer.* p. 369. Haec mox θαύματα appellantur. *) In loco *Philostrati* de Philosophis, Vit. Apoll. VII. p. 293. ὁ μὲν γὰρ κομπαστὴν ἔφη, καὶ τερατώδη με εἶναι, καὶ ὑβριστὴν σοφίας ὁπόση Ἰνδῶν. scribe, ὁπόση μὴ Ἰνδῶν. *omnis philosophiae, nisi Indorum, contemtor.* Ne cum *Oleario.* Αἰθιόπων legas.

P. 551. *C. IV.* 548. In fragm. *Aristophanis* de legatione macilentorum ad inferos missa, ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθ' ἄρα· Τούτους γὰρ ἢν πολλῷ ξυνέλθῃ, ξυλλαβὼν Ὁ τῆς διαῤῥοίας ποταμὸς ἐξοιχήσεται. Scribendum videtur,

τούτους γὰρ ἢν τρόμῳ ξυνέλθῃ, ξυλλαβὼν
ὁ τῆς διαῤῥοίας ποταμὸς οἰχήσεται.

Timet is, qui loquitur, ne macilenti illi legati, visis, quae sunt apud inferos, terriculamentis, in-

*) Depravatum est ἑτέρως ap. *Liban.* T. IV. p. 705. 13. Ἐγκάλεσον τῇ φύσει· ὁ δεῖνα βίαιος· ἄλλος ὠμός· ἄλλος ἑτέρως· ἐγὼ φιλάνθρωπος. Fortasse, ἄλλος στεῤῥός. Conf. *Lennep.* ad *Phalar.* p. 181.

genti corripiantur *Tremore*, ad quem si Diarrhoeae flumen accesserit, non esse dubium, quin abripiantur. Fluminibus igitur, quae ap. inferos esse putantur, duo adjecit *Aristophanes*, alterum Tremoris, Diarrhoeae alterum. Quod a facetissimi poëtae ingenio abhorrere non videtur.

P. 553. *A. IV.* 555. Depravatissimi *Eubuli* versus sic correxerim:

> ἐν θαλάμῳ μαλακῶς κατακείμενον ἕνδεκ' Ἄδωνιν
> παρθενικαὶ τρυφεραὶ χλανίσιν μαλακαῖς κατάθρυπτοι
> τὼ πόδ' ἀμαρακίνοισι μύροις τρίψουσι τὸν ἁβρόν.

Quod V. 1. scripsi ἝΝΔΕΚ' ἌΔΩΝΙΝ, quamvis pro vero praestare nolim, probabilitate tamen non destituitur. Vulgo 'ΕΝ ΔΕ ΚΥΚΛΩ ΝΙΝ. Non de ipso Adonide videtur agi, sed de molli puero, quem mulier ob delicatum pulchritudinis florem, Ἄδωνιν appellat. Sic *Lucian.* Dial. Mer. VII. T. VIII. p. 227. σὺ δὲ ἐκεῖνον μὲν ἀπεμύκτισας, καθεύδεις δὲ μετὰ τοῦ Ἀδώνιδος Χαιρέου. et *Machon.* L. XIII. p. 580. E. ἰδοῦσ' ἔφηβον ἡ Γνάθαιν' ἰσχνὸν πάνυ... Ἔσκωπτεν εἰς Ἄδωνιν. *Marc. Argent.* Epigr. XV. ἡ δὲ πάρος σε καλεῦσα μύρον καὶ τερπνὸν Ἄδωνιν Μηνοφίλα, νῦν σου τοὔνομα πυνθάνεται. — V. 2. παρθενικὰ τρυφερὰ χλανίδια μαλακά. V. 3. τὸν πόδ' et in fine τὸν ἐμόν. quod etiam ex ἀμὸν i. e. τὸν ἡμέτερον. ortum esse potuit. Similiter de ipso Adonide, sed mortuo eo, *Bion* in Epit. Adon. v. 77. ῥαῖνε δέ μιν Συρίοισιν ἀλείφασι, ῥαῖνε μύροισι·... Κέκλιται ἁβρὸς Ἄδωνις ἐν εἵμασι πορφυρέοισι. — *Cratini* in eadem pagina (IV. 558.) versus sic legerim,

> ἁπαλὸν δὲ σίσυμβρον ἢ
> ῥόδον ἢ κρίνον παρ' οὖς ἐθάκει· παρὰ χερσὶ δὲ
> μῆλον κατέχων, σκίπωνά τ' ἠγόραζε δή.

In proxima ex *Clearchi* Ἐρωτικοῖς Ecloga, ubi causa investigatur, cur amantes flores gerant, scribo: διὰ τοῦτο οὖν οἱονεὶ δεῖγμα τῆς ὀρέξεως τὰ ὡραῖα μετὰ χειρὸς ἔχουσι. Vulgo τῆς ὄψεως. Illud praecedenti ἐπιθυμία bene respondet. Sequitur locus longe obscurissimus: ἢ τὴν τούτων ὥραν παραψυχὴν καὶ παραμυθίαν τῆς ἐπὶ τῶν ἐρωμένων ὥρας ταῖς ἐπιθυμίαις χαίροντες ἔχοντες αὐτοῖς. Ubi hoc unum mihi intelligere videor, scribendum esse παραμυθίαν τῆς ἐπὶ τῶν ἐρωμένων ὥρας. *quibus curas circa amatos leniant.* Ludit in ὥρα et ὤρα. Ab hac voce veteres Atticos non abstinuisse docet *Valcken.* ad *Herodot.* p. 276. Pro ἐπιθυμίαις suspicari possis ἀποθυμιάσεσιν lectum fuisse, hoc sensu: *dum florum exhalationibus et odore gaudent, eorum pulchritudinem lenimen sibi habent et solamen curarum, quas amor excitat.*

Liber decimus tertius.

P. 555. *B. V.* 4. Versum εἰ δ' ἄγε νῦν 'Ερατώ. frustra ap. Homerum quaerebat cl. Editor. Est *Apollonii Rhod.* L. III. 1. Eundem fortasse ante oculos habuit *Ovid.* II. A. A. 15. *Nunc mihi, si quando, Puer et Cytherea, favete, Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes.*

P. 558. *C. V.* 14. In *Anaxilae* fr. V. 15. scribe

ἡ δὲ Νάννιον τί νυνὶ διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ.

pro νῦν. *Scyllae* nomine ad rapacitatem omnemque animae deformitatem utitur *S. Joann. Chrys.* T. VII. p. 61. C. τῆς δὲ ψυχῆς ἡμῶν οὐκ ἀμόρφου μόνον, ἀλλὰ καὶ θηριομόρφου, καὶ Σκύλλης τινὸς ἢ χιμαίρας κατὰ τὸν ἔξω μῦθον γεγενημένης, οὐδὲ μικρὸν αἰσθανόμεθα. — In proximo *Alexidis* fr. V. 4. mihi, ut aliis, verissima videtur emendatio *Sturii*,

ἔπειτ' ἔχειν προῖκ' οὐχὶ τιμὴν φάσκομεν;

Et tamen nos dotem habere jactamus, quae mera poena est? Hunc usum τοῦ ἔπειτα et εἶτα multi illustrarunt. Ap. *Achill. Tat.* L. II. 22. p. 79. εἶτα κἀμοῦ βασιλεύειν νομίζεις; ubi statim distingue: οὔτε μεί-

ζων· ἐπεὶ τί σοι πρότερόν ἐστι; ne cum editore Bipontino εἰπὲ scribas pro ἐπεί.

P. 559. *A. V.* 17. In loco *Amphidis* de discrimine inter meretricem et conjugem legitimam, merito Viri docti offenderunt ad versum, ἡ μὲν νόμῳ γὰρ καταφρονοῦσ' ἔνδον μένει, qui fortasse sic corrigi debet,

ἡ μὲν νόμῳ γὰρ κἀφρονοῦσ' ἔνδον μένει.

legitima conjux, etiamsi mala sit mente, tamen lege confisa in mariti domo manet. Ἀφρονεῖν idem quod μωραίνειν ap. *Euripid.* Androm. 675. ἀνὴρ γυναῖκα μωραίνουσαν ἐν δόμοις ἔχων. — Mox in *Eubuli* Ecloga V. 1. qui claudicat, verbis transpositis sanitatem recipiet,

ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', εὖτ' ἐγὼ κακῶς ποτε . . .

V. 13. olim imperite tentavi vocem δείλαιος, quae mediam corripit. Vide ad L. IV. p. 173. C. — Deinde ad verba *Carcini*: τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν; Ἀρκοῦν ἂν εἴη κἂν γυναῖκ' εἴπῃς μόνον. comparandus *Euripides* in Belleroph. ap. *Stobae.* p. 432. ὦ παγκακίστη καὶ γυνή· τί γὰρ λέγων Μεῖζον σε τοῦδ' ὄνειδος ἐξείποι τις ἄν; quem locum excitavit *Ruhnken.* ad *Rutil. Lup.* p. 43. *Universum mulierem; quid potius dicam aut verius quam mulierem?*

P. 563. *A. V.* 32. *Theophili* versus 8. sic habetur in Codd. et vett. edd. ἦν ἰδεῖν ἥδιόν ἐστιν ἢ τὸ θεωρικὸν Ἔχουσιν ὑμῖν διανέμειν ἑκάστοτε. Priorem horum versuum *Casaubonus* sanare conatus est, scribens, ἣν ἥδιον ἰδεῖν ἐστιν . . . sed frustra; ἥδιον enim mediam producit. Vide an fuerit,

ἣν ἔστιν ἰδεῖν ἥδιον ἢ τὸ Θεωρικὸν
ἔχουσιν ὑμῖν διαμένειν ἑκὰς πόνων.

quam videre suavius est quam vobis accepto Θεωρι-κῷ *otiosis sedere.* Διαμένειν pro διανέμειν satis videbitur probabile. — Mox p. 33. *Amphis* se credere negat, ὡς ἐστ' ἐραστής, ὅστις ὡραίων Φίλων Τρόπων ἐραστής ἐστι. Sic Editor membranas Venet. secutus pro φίλου. Sed *Amphis*, ni fallor, scripsit,

ὅστις ὡραῖον φιλῶν
τρόπων ἐραστής ἐστιν . . .

quo et terminationis ter recurrentis offensio tollitur, et sensus juvatur. Tum cum *Grotio* pleniorem distinctionem posuerim post παρείς· et in sequentibus legerim,

ἄφρων γ' ἀληθῶς·

pro ἄφρων τ' ἀλ. *stolidus est vocandus potius.* — In proximis *Alexidis* versibus membranae habent, ὡς ὅστις αὖ τῆς ἀκμῆς τῶν σωμάτων ἐρᾷ.. unde scribendum suspicor,

ὡς ὅστις αὐτῆς τῆς ἀκμῆς τῶν σωμάτων
ἐρᾷ . . .

i. e. μόνης, quod sensus postulare videtur.

P. 563. E. V. 34. *Hermeas* in Scazontibus V. 2. οἱ μόνοι πάντα Τὰν τοῖς πίναξι, πρὶν ἢ τῷ σοφῷ δοῦναι Αὐτοὶ καταῤῥοφεῖτε. Πρὶν in medio horum versuum produci potest, ut passim ap. *Aeschylum.* Cf. *Schütz.* ad Prometh. v. 481. Sed sic erit spondeus in quarta sede. Quare scribo

πρὶν ἤ τι τῷ σοφῷ δοῦναι

nam τὶ facile praeteriri potuit ante τῷ. Sic fortasse τὶ omissum est ap. *Dion. Chr.* Or. IV. p. 152. 9. καὶ οὐδεὶς ἂν αὐτὸν ἔτι τι τούτων ἀφέλοιτο. Vulgo ἔτι τούτων. — Verba ἄμετρα, παιδοπίπαι ὄντες non poëtae sunt, sed Myrtili, qui haec in Stoicos simul accumbentes jaculatur.

P. 564. B. V. 35. In *Lycophronidis* fr. de quo consule *Gilb. Wakefield* in Diatr. ad Eurip. Hec. p. 14. sensum acute perspexisse videtur cl. Editor, sed ut verba interpretationi respondeant, scribe, καλὸν τὸ πρόσωπον, ἂν μὴ κόσμιον πεφύκῃ.

P. 565. B. V. 40. In *Alexidis* fr. V. 1. 2. πιττοκοπούμενόν τιν' ἢ ξυρούμενον ὁρᾷς; τοῦτον ἔχει τι θάτερον. lenissima mutatione in senariorum formam rediges sic:

εἰ πιττοκοπούμενόν τιν' ἢ ξυρούμενον
ὁρᾷς σὺ, τοῦτον ἴσθ' ἔχοντα θάτερον.

Quae sequuntur prorsus sunt absurda, ἢ γὰρ στρατεύειν ἐπινοεῖν μοι φαίνεται, καὶ πάντα τῷ πώγωνι δρᾷν ἐναντία· In quibus verbis, de quo hominum genere agatur, dubitari non poterit, si comparaveris *Lucian.* de Merc. Cond. §. 33. T. III. p. 256. κίναιδόν τινα τῶν πεπιττωμένων τὰ σκέλη, καὶ τὸν πώγωνα περιεξυρημένων. Idem in Timon. §. 22. T. I. p. 92. καταπύγων οἰκέτης, ἐκ παιδικῶν τίμιος, ὑπεξυρημένος ἔτι τὴν γνάθον. *) et,

*) De rasura barbae et pilorum locus est ap. *Dion. Chr.* Or. XXXV. p. 67. ἡμεῖς δὲ τὴν μὲν κόμην ἀφαιροῦμεν, ὥςπερ οἱ νομεῖς τῶν ἵππων, ἃς ἂν ἐθέλωσι παραβαλεῖν τοῖς ὄνοις· καὶ

qui plurimum huc facit, locum *Africani* ap. *Gellium* N. A. VII. 12. *nam qui cotidie unguentatus adversum speculum ornetur, cujus supercilia radantur, qui barba volsa feminibusque subvolsis ambulat, qui in conviviis adolescentulus cum amatore... accubuerit... eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinaedi facere solent? Alexidem* igitur pathicum significasse et cinaedum, non est quod dubites. Sed *militiae* commemorationem quo pertinere dicamus? Lege emendatione certissima,

ἢ μαστροπεύειν ἐπινοεῖν μοι φαίνεται.

videtur corpus suum venditurus esse. Ejusmodi hominem *μαστροπὸν ἑαυτοῦ* appellavit *Xenoph.* in Conv. VIII. 5. et *Aristoph.* Nub. 978. *αὐτὸς ἑαυτὸν προαγωγεύων τοῖς ὀφθαλμοῖς.* Schol. *μαστροπεύων.* Apud *Dion. Chrys.* Or. XXXV. p. 69. 48. *οἱ μαστροποὶ,* qui ex aliena pulchritudine quaestum faciunt, junguntur cum similium hominum grege, *ὡρεοκόμων, καπήλων, ἑταίρων τε καὶ βαναύσων.* At quomodo *ἑταίρων*? Scribe *ἑταιρῶν.* Hoc vitium a multis neglectum sustulit *Schneider.* in *Xenoph.* Anab. IV. 3. 30. et fortasse iterum tolli debet ibid. IV. 8. 27. *ἅτε θεωμένων τῶν ἑταί-*

τὰ γένεια ἀποκείρομεν, τὰς δὲ κεφαλὰς πλέκομεν. ubi fortasse *σκέπομεν* fuit. De tonsorum instrumentis docte nuper disputans *Bastius* in Epist. ad Boisson. p. 141. sqq. locum excitavit *Luciani* ex Piscat. §. 45. ubi Cynicus in pera habuisse dicitur, *χρυσίον καὶ μύρον, καὶ μαχαιρίδιον θυτικόν, καὶ κατόπτρον, καὶ κύβους.* Varia criticorum conamina prostant circa vocem *θυτικόν*, quam ego quidem in *ὀνυχικὸν* mutaverim, *cultellum secandis unguibus idoneum.* Veri enim et genuini Cynici ungues non secabant.

ϱων. ubi jam *Brodaeus* ἑταιϱῶν correxit. In *Dion. Chrys.* Or. XXXIII. p. 696. 46. καὶ γὰϱ ἀνθϱώπους ἑαλωκέναι φαμὲν οὐχ ὑπὸ λῃστῶν μόνον ἢ ἑταίϱων, ἀλλὰ καὶ ἑταίϱας καὶ γαστϱός. in ἑταίϱων, quod *Reiskius* sublatum velit, fortasse πειϱατῶν latet: *a latronibus et piratis.* De vocis πειϱατὴς usu consul. *Valcken.* ad *Ammon.* p. 194. *)

P. 565. D. V. 41. οἱ τῆς Ἀϱιστίππου παϱενεχθέντες αἱϱέσεως, ἄσωτοι καὶ θϱασεῖς (ἔσονται). Aristippi sententiam, quae huc facit, profert *Stobae.* T. XVII. p. 157. 10. κϱατεῖ ἡδονῆς οὐχ ὁ ἀπεχόμενος, ἀλλ' ὁ χϱώμενος μέν, μὴ πϱοεκφεϱόμενος δέ. ubi legendum, μὴ παϱεκφεϱόμενος δέ. Confer simile ejusdem dictum ap. *Diogen. Laërt.* II. 75.

P. 567. F. V. 50. *Amphis* V. 5. ἑτέϱαις τε τοιαύταισι παγίσι τοῦ βίου. Hinc fortasse *Eustath.* de Amor. Ism. L. IX. p. 400. apud quem pulchra puella δέλεαϱ ἐϱωτικὸν καὶ παγὶς ἔϱωτος ἄφυκτος vocatur. *Liban.* in Or. Timon. T. IV. p. 187. 9. καὶ παϱῆν Ἀλκιβιάδης σεμνὸς ἀφ' ἱματίου, ὥσπεϱ πάγην τινὰ καθ' ἡμῶν τὸ κάλλος πϱοβεβλημένος. Ibi paulo ante scribendum, ἐπέστη μεθύων Ἀλκιβιάδης, καὶ μισάνθϱωπον εἰπὼν καὶ Τίμωνα

*) In historia de *piratis* a Pompejo Magno superatis ap. *Plutarch.* Vit. Pomp. c. 27. ille omnibus pepercisse narratur, qui se ei sponte tradidissent: ὁ δὲ πάντων ἐφείδετο καὶ μάλιστα διὰ τούτων τοὺς ἔτι λανθάνοντας ἐξιχνεύων καὶ λαμβάνων ἘΚΟΜΙΖΕΝ, ὡς αὐτοὺς ἑαυτοῖς ἀνήκεστα συνειδότας. Ibi ἐκόλαζεν tentavit *Reiskius*; mihi ἘΣΚΟΛΟΠΙΖΕΝ videtur verius, *eos ad crucem adegit.* Hoc enim supplicio praedones et piratae solebant affici.

χαίρειν, καὶ τὰ τοιαῦτα, περιήει (vulgo περὶ) τὴν ἐσχατιὰν βαλλόμενος ὑπ' ἐμοῦ ταῖς (Vulg. τοῖς) βώλοις. *) Conf. *Alciphron.* L. III. Ep. 34. *Lucian.* Tim §. 84. ibique *Hemsterh.* p. 400.

P. 568. *A. V.* p. 50. In memorabili loco *Alexidis* V. 6. scribe, ne metrum ruat, μήτε τάς γ' ὄψεις ὁμοίως διατελεῖν. In sqq. multa egregie emendavit *Grotius*; sed V. 12. 13. 14. non persanavit. Hos igitur versus in hunc modum correxerim:

κοιλίαν ἁδρὰν ἔχει;
τιτθί' ἐστ' αὐταῖσι τούτων, ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοί,
ὀρθά τε προςθεῖσαι ξυλάρια τοὐξέχον τῆς κοιλίας
ὥςπερεὶ κοντοῖσι τούτοις εἰς τ' ὄπισθ' ἀπήγαγον.

In his verissima est emendatio τιτθί' ἐστ' αὐτ. pro τιτθίαις ταύταισι. *Habent illae lenae mammas fictitias ejus generis, quo in comoediis utuntur*; ubi viri scilicet mulierum personas agunt. Similiter peccatum p. 595. C. in membr. βασιλίσσαις ἢ pro βασίλισσ' ἔσῃ. Αι et ε ob pravam pronuntiationem permutata in hemistichio *Aristoph.* ἐν Τριφάλητι ap. *Schol. Platon.* p. 10. ed. *Siebenk.* λάβεσθαι καὶ γάρ ἐσθ' ὁμοῦ. Scr. λάβεσθε. et iterum p. 54. κατὰ πάντας τρόπους ἀφαιρεῖν τὸ ψεῦδος ἀπὸ τῶν παρὰ τὸν οἶνον συνθηκῶν. ubi scribendum, ἀφερεῖν. In *Choricii* Declam. in *Villois. Anecdot* T. II. p. 65. εἰκόνα τὰ πεπραγμένα δηλοῦσαν· οὐ λήψεσθαι κόρον θεώμενοι τὴν γρα-

**) Ap. *Dion. Chr.* Or. XXXV. p. 66. scr. ἀπελαύνειν παίοντα καὶ βάλλοντα ταῖς βώλοις (Vulgo τοῖς) καὶ τοῖς λίθοις. *Liban.* T. IV. p. 618. 10. πόῤῥωθεν ἠπείλουν ταῖς βώλοις βάλλειν τοὺς τὸν ὑμέναιον ᾄδοντας.

Φῆν.: varia frustra tentat *Villoison*. Tu scribe, οὐ λήψεσθε κ. *nulla vos hanc tabulam spectantes capiet satietas.* *) Tum in fr. *Alexidis* ξυλάρια scripsi pro τοιαῦτα: *recta quaedam ligna, asserculos quosdam, adhibent, quibus ventris prominentiam, ceu trudibus quibusdam, retrorsum adigant.* — V. 27. cave admittas supplementum summi *Grotii*, quod versum turpi hiatu onerat.

P. 569. *A. B. V.* 54. Primi versus Eclogae *Xenarchi* emendatione egent. Fortasse scribendum,

δεινά, δεινὰ κοὐκ ἀνασχετὰ
ἐν τῇ πόλει πράττουσιν οἱ νεώτεροι,
ὡς μὴ π α ρ ο υ σ ῶ ν μειράκων μάλ' εὐπρεπῶν
ἐν τοῖσι πορνείοισιν.

ubi vulgatum ὅπου γὰρ οὐσῶν verborum ordinem vehementer turbat. Nostra emendatione admissa

*) Haec similium sonorum confusio corrupit locum *Libanii* T. III. p. 32. ubi disputans de loco *Homeri* Ιλ. β. 188 . . 206. οὐ γὰρ ταῖς τύχαις, inquit, ἔδει τὸ δίκαιον ὁρίζειν· ἀλλ' εἰ μὲν ἀδίκημα ἦν πληγῶν δεόμενον τὸ καθέλκειν τὰς ναῦς, πάντας ἐχρῆν τύπτεσθαι· εἰ δ' ἁμάρτημα μέμψεως ἄξιον, οὐ τοὺς μὲν ἐπιτιμᾶσθαι, τοὺς δὲ ἕ π ε σ θ α ι ἐχρῆν, ἀλλ' ἀρκεῖν ἐφ' ἑκατέρων τὸν λόγον. Ibi *Reiskius* vehementer aberravit a vero sensu, qui ἐπαινεῖσθαι conjecit. Scribendum, ni eximie fallor, τοὺς δὲ π α ί ε σ θ α ι ἐχρῆν. *non debuit illos* (proceres) *tantum verbis reprehendere, hos autem* (plebejos) *verberibus afficere.* In seqq. τούς γε ἐν ἀξιώμασι τῶν πολλῶν κρίνων διὰ τὴν ἐν τοῖς τροποῖς ἀρετήν, οὕτω διῄρει τὸ δίκαιον. Fortasse προκρίνων scribendum: *proceres plebejis ob virtutem quandam morum anteponens, justum divisit* i. e. *aliud his, aliud illis justum esse statuit.*

omnia leni tractu fluunt. Indigna committunt juvenes. qui matronas sectantur et virgines ingenuas, *quasi nullae in lupanaribus meretrices prostent.* Ὅπου depravatum ap *Xenoph.* de Rep. Laced. c. X. 4. τόδε γε μὴν τοῦ Λυκούργου πῶς οὐ μεγάλως ἄξιον ἀγασθῆναι; ὃς ἐπειδὴ κατέμαθεν, ὅτι ὅπου οἱ βουλόμενοι ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀρετῆς οὐχ ἱκανοί εἰσιν τὰς πατρίδας αὔξειν, ἐκεῖνος ἐν τῇ Σπάρτῃ ἠνάγκασε δημοσίᾳ πάντας ἀσκεῖν τὰς ἀρετάς. Ubi si legeretur, ὅτι οἱ μὴ βουλόμενοι.. aut, ὅτι πολῖται μὴ β. nihil esset difficultatis. Ibidem §. 7. scripserim, τοῦτον ἐκεῖνος ἀπέδειξε μηδὲ νομίζεσθαι ἔτι τῶν ὁμοίων εἶναι. pro τοῦτον ἐκεῖ.. quod non satis commodum. *)

P. 569. E. *V.* 56. Ad Solonis institutum, quod *Philemon* laudibus effert, respicit *Dio Chr.* Or. VII. p 271. τά χ' οὖν τις λέγοι ἀγροικότερον οὕτω πως· ὦ σοφοὶ νομοθέται καὶ ἄρχοντες, οἱ παραδεξάμενοι τὰ τοιαῦτα ἀπ' ἀρχῆς, ὡς δή τι θαυμαστὸν εὑρήκατε (fort. εὑρηκότες) ταῖς πόλεσιν ὑμεῖς σωφροσύνης φάρμακον, ὅπως ὑμῖν μὴ τὰ φανερὰ ταῦτα καὶ ἄκλειστα οἰκήματα, τὰς ἀκλείστας οἰκίας, καὶ τοὺς ἔνδοθεν θαλάμους ἀναπέτασῃ, καὶ τοὺς ἔξω καὶ φανερῶς ἀσελγαίνοντας ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης, ἐπὶ τὰς ἐλευθέρας καὶ σεμνὰς τρέψῃ γυναῖκας κ. τ. λ. In *Philemonis* autem fr. V. 14. legerim,

> . . . . οὐκ ἔστ' οὐδὲ εἷς
> ἀκκισμὸς, οὐδὲ λῆρος· οὐδὲν ὑφήρπασεν,
> ἀλλ' εὐθύς . . . .

*) Contra ap. *Philostratum* Vit. Soph. II. 3. p. 567. ubi Cod. exhibet, εὐδοκιμοῦντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὸ Πέργαμον, κἀξηρ-

nihil tibi subtrahit, meretricula sc. Vulgo οὐδ' ὑφήρπασεν. Sic omnia melius cohaerent. Vocem ἀκκισμός, *simulatam recusationem*, illustravit *Pierson.* ad *Moer.* p. 48. ut ἀκκίζεσθαι, *Bergl.* ad *Alciphr.* p. 165. sq. *Dorvill.* ad *Char.* p 145. *Ruhnk.* ad *Tim* p. 18. sq. Apud *Themistium* Or. II. p. 33. C. εἰ γὰρ ἐγὼ μόνα δύο ὀνόματα τῶν ὑπὸ Πλάτωνος γεγραμμένων μεταβαλών τε καὶ μεθαρμόσας ἐρεσχελοίην πρὸς ὑμᾶς καὶ ἄγροι κιζοίμην. fuisse puto, ἀκκιζοίμην. Ib. p. 28. B. οὔκουν ἔστι μοι θρύπτεσθαι καὶ ἀκκίζεσθαι.

P. 570. *A. V.* 58. In *Aristophanis* versibus δύω, quamvis ab optimo Codice oblatum, non debebat admitti. Vulgatum δύο Atticorum consuetudo tuetur. Vid. *Brunck.* ad Ran. 1405. p. 217. — In proximo *Epicratis* fr. syllaba deest in versus capite, fortasse, καὶ τὰς μὲν ἄλλας... Ibidem V. 5. scr. ὦσιν νέοι. V. 16. vero nec vulgata lectio satisfacit, καὶ πτύσαι; nec Editoris conjectura πτίσαι. Probabilius scripseris,

ἰδεῖν μὲν αὐτὴν ῥᾷόν ἐστι καὶ κύσαι.

De vocis κύσαι quantitate vide *Toupium* in Addend. ad Theocrit. p. 401.

P. 570. E. *V.* 61. *Anaxandridae* verba sic commodissime legi posse existimo,

νὴ τὸν Δί' ἦνθει τότε Λαγίσκιον· τότε
καὶ Θεολύτη μάλ' εὐπρόσωπος καὶ καλὴ
ὑπέφαιν' ἐσομένη· κ' Ὤκιμον λαμπρὸν πάνυ.

τημένῳ πᾶν τὸ ἐκείνῃ Ἑλληνικόν. mallem, πᾶν τὸ ἐκεῖ Ἑλληνικόν, *omnes qui ibi essent Graeci.*

Vulgo ὑπέφαινε ἐσομένῃ· ἦν δὲ ῎Ωκ. Cod. Venetus, ἐσομένῃ δ᾽ ῎Ωκ. — *Philetaeri* autem locus, qui me frustra olim exercuit, sic minima mutatione legendus est:

παῦσαι γερόντων τοὺς τρόπους οὐκ οἶσθ᾽ ὅτι
οὐκ ἔστιν; ἥδιστον θανεῖν βινοῦνθ᾽ ἅμα.

Nostine, fieri non posse, ut senum quis mores corrigat? Frustra igitur verbis me ab hoc amore conaris avertere. *Nihil est dulcius quam in amore mori.* Nihil hîc mutavi praeter distinctionem et γέρων ὢν in γερόντων. — Mox *Ephippi* ex Philyra versus, quos cl. Editor primus a sermonis contextu sejunxit, sic videntur legendi,

ὡς σκαιὸς εἶ κἄγροικος, αἰσχροεπῶν ἀεί,
ἐπαρίστερ᾽ ἐν τῷ στόματι τὴν γλῶτταν φορεῖς.

In *Ejusdem* poëtae fragm. *P.* 571. *E. V.* 65. ubi promtae et paratae meretricum laudantur illecebrae, cl. Editor haeret, et merito haeret in verbis, οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα ῞Ωςπερ ΠΟΛΕΜΙΟΝ, ἀλλὰ τοῖσι στρουθίοις Χαυνοῦσ᾽ ὁμοίως. Comparandum inprimis Ep. *Stratonis* XXV. quod ad ductum membranarum sic videtur scribendum,

τίς χάρις, Ἡλιόδωρε, φιλήμασιν, εἴ με λαβροῖσι
χείλεσι μὴ φιλέεις ἀντιβιαζόμενος;
ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἄκροις ἀσάλευτα μεμυκόσιν, οἷα κατ᾽ οἴκους,
καὶ δίχα σου με φιλεῖ πλάσμα τὸ κηρόχυτον.

Unde suspicabar *Ephippum* dedisse,

οὐχὶ συμπιέσασα τὸ στόμα
ὥςπερ ΚΟΡΑΛΛΙΟΝ . . .

ut pupa. Sic fere Melitta ap. *Achill. Tat.* V. 22.

αὐτῷ συγκαθεύδουσα οὕτως ἀνέστην ὡς ἀπ' εὐνούχου· ἔοικα δὲ εἰκόνος ἐρᾶν. Pupas autem veteres fingebant ex cera, gypso, curaliis; unde qui eas fingebant κοραλλιοπλάσται appellabantur; iidem et κοροπλάθοι, cum quorum artificio philosophorum quorundam negotium comparat *Dio Chr.* Or.LX. p. 311. καὶ οὐκ οἶδα ὅπως δοκεῖ μοι προσεοικέναι τὸ (vulgo τῷ) τῶν φιλοσόφων ἐνίως περὶ τοὺς λόγους ἀμηγέπη τῷ (vulgo τὸ) τῶν κοροπλάθων. De illo hominum genere vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 166. *Bast.* in Epist. ad Boisson. p. 159. sq. — In ejusdem *Ephippi* fr. P. 572. C. V. 67. scripserim:

ὅταν γὰρ εἰσελθὼν νέος
δῶμ' ἀλλότριον τὸν ὄψον ἐσθίειν μάθῃ.

pro ὢν ἀλλ. quod participium mire jejunum est, et in hac praesertim versus parte ferri nequit.

P. 573. *A. V.* 70. Suspecta fuerunt cl. Editori verba *Clearchi*, οὐ μόνον περὶ ζῶσαν τὴν ἐρωμένην περιβόητος γέγονε. Nec immerito. Non tamen aliquid excidisse existimaverim, sed scribo: περισσότερος γέγονε. *amicam, dum viveret, nimium coluit.* — Paulo post cl. Editor bene explicat verba Ἰωνικήν τινα ῥῆσιν ἐκτείνας, κατὰ τὸν Αἰσχύλον. Verbo ἐκτείνας sic utitur *Aeschylus* in Eumen. 194. 163. — Mox verba περὶ ἑταιρῶν ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς καλῆς Κορίνθου, spectant meretricum, quae Corinthi versabantur, multitudinem. Hinc *Dio Chr.* Or. XXXVII. p. 118. ad Corinthios, καίτοι πόλιν οἰκεῖτε τῶν οὐσῶν τε καὶ γεγενημένων ἐπαφροδιτοτάτην. Idem Or. VIII. p. 276. de Democrito ibi habitante, ἑώρα γὰρ ὅτι πλεῖστοι ἄνθρωποι ἐκεῖ συνίασι διὰ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἑταίρας. Quae

paucis versibus interjectis ibi leguntur, εἰώθει γὰρ ἐπισκοπεῖν ἐν ταῖς πανηγύρεσι τὰς σπουδὰς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰς ἐπιθυμίας, καὶ πρὸς ἅτινα ἀποδημοῦσι καὶ ἐπὶ τίσι μέγα φρονοῦσι. vitiosa esse bene vidit *Koehlerus*, qui tamen non bene emendavit ἀποβλέπουσι. Scribe sine haesitatione, καὶ πρὸς ἅτινα ἀδημονοῦσι. *quibusnam rebus affligantur, quibusve efferantur?*

P. 576. *C. V.* 82. De Aspasia juniore memorabilis est locus ap. *Aelian.* in V. H. XII. 1. in quo capite nonnulla superesse videntur emendanda. Primum haud procul ab initio, καὶ ἠνιᾶτο, ὥσπερ εἰκός, ἐπὶ τούτοις ἡ Ἀσπασία, καὶ ἀπελθοῦσα ἔξω ἔκλαεν· ἔχουσα δ' ἐν τοῖς γόνασι κάτοπτρον, καὶ ὁρῶσα ἑαυτὴν ἐν αὐτῷ, σφόδρα ἤλγει. inserui δὲ post ἔχουσα, quo narratio melius procederet. Mox cum Codd. scribe, οἷα πολλάκις ἀπήντησαν pro οἷαι. — Tum eleganter *Aelianus*, ἑταιρικὰ εὖ μάλα μαθήματα καὶ διδάγματα, γυναικῶν καπηλικῶς τῷ κάλλει χρωμένων ἔργα. Quo loco usus ap. *Heliodorum* L. VII. 10. p. 157. ed. Bip. εὖ γάρ με καὶ τὸ παράσημον ὑπέμνησας, τὴν ἀλιτήριον ἐκείνην, καὶ τῶν ἀπ' οἰκήματος ἐπὶ μακρῷ (μικρῷ Palat.) καὶ τῶν πολλῶν καὶ ἐπιτηδευμένῳ κάλλει, μέγα μὲν φανταζομένην.... corrigere tentavi, ἐπὶ μικρῷ καὶ καπηλικῶς ἐπιτηδευμένῳ κάλλει. *puellam illam ex lupanari, quae ob mediocrem et mangonice interpolatam pulchritudinem animum extollit.* Similia vitia ex syllabarum distractione et interpolatione orta supra attulimus bene multa ad L. III. p. 85. C. Locutionem illam illustravit *Perizon.* ad *Aelian.* l. c. p. 107. et 110. ed. Lips. — Tandem ap. *Aelianum* haud scio an naevus haereat in verbis, κατηρᾶτο ἑαυτῇ καὶ τῷ πατρί, ubi

quae offensioni esse debent *Perizonius* interpretando lenire studuit. Suspicabar, καὶ τῷ σατράπῃ. illi nimirum, qui eam in servitutem abripuerat.

P. 577. *D. V.* 86. In *Machonis* historia de Lamia et Demetrio V. 1. cl. Editor Λεαίνης meretricis nomen commutavit cum λεαίνης *leaenae* appellatione. In quo virum eruditissimum mens poëtae fefellit. Leni mutatione corrigendum,

> ὑπερβολῇ δὲ τῆς Λεαίνης σχῆμά τι
> περαινομένης εὖ . . .

περαίνεσθαι vi media accipiendum: *quum Leaena schema quoddam venereum mira arte peregisset.* Mox quod ex *Ruhnkenii* emendatione scriptum est, ἦν δε Λαμία σφόδρα εὔθικτος καὶ ἀστική. mihi in mentem revocat locum *Alciphronis* II. Ep. III. p. 298. ἐγὼ δὲ... πάντα τὰ ἐν ταῖς αὐλαῖς ἐπίφθονα... τῶν κατ' ἔτος Χοῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις Ληναίων καὶ τῆς χθιζῆς ὁμολογίας... οὐκ ἀλλάττομαι. ubi fortasse legendum, τῆς ἀστικῆς ὁμιλίας. sive στωμυλίας. ut L. III. 70. καὶ τὰ πολλὰ ἐξεχεῖτο ἐπ' ἐμοὶ τῷ γέλωτι, ἀστικῆς στωμυλίας καὶ ξένης ἢ κατὰ τοὺς χωρίτας ἐπαΐων. L. III. 60. στωμύλους καὶ εὐφυεῖς νεανίσκους. L. II. 2. σωκρατίζειν καὶ στωμυλεύεσθαι. Quae ibidem sequuntur, μὰ τὸν Διόνυσον καὶ τοὺς Βακχικοὺς αὐτοῦ κισσούς. mihi semper ineptissima visa sunt. Scribendum suspicabar, καὶ τοὺς Ἀχαρνικοὺς αὐτοῦ κισσούς. *Acharnis* enim hederam primum fuisse enatam autor est *Pausan.* I. 31. p. 78. unde *Antipater Thessal.* Epigr. XXV. de Aristophanis comoediis, αἷσιν Ἀχαρνεὺς Κισσὸς ἐπὶ χλοερὴν πουλὺς ἔσεισε κόμην.

P. 578. *B. V.* 89. Apud *Machonem* V. 3. lege ἢ 'νομίσθῃ. V. 9. recte cl. Editor οὖν addidit. Sed melius legeris, verbis transpositis,

τῷ μεγέθει μὲν οὖν.

Paulo ante V. 6. nullus dubito, quin corrupta sint verba, ἢ τὴν Ἀθηναίων τί κωλῦσαι πόλιν ὑφ' ἧς ἅπαντές εἰσιν ἐπηνωρθωμένοι; Fortasse scribendum:

ἢ τὴν Ἀθηναίων τι τολμῆσαι πόλιν.

turpe foret, Athenas aliquid contra linguae usum audere, quum haec urbs ceteros homines corrigere soleat. Τὶ vulgo habetur; nec ante *Casaubonum* interrogandi signum in fine versus erat. Caeterum verbum τολμᾶν reddiderim *Libanio* T. III. p. 15. Σωκράτην δὲ δοκεῖ τολμᾶν (vulgo τὸ πᾶν) ὑμῖν ἀνασχέσθαι τοσοῦτον χρόνον, διορύττοντος τὴν δημοκρατίαν. Socratem Anytus tamdiu *ferre audebat,* dum populare imperium conabatur evertere. Ad διορύττοντος subaudi αὐτοῦ, quod in tali constructione interdum omittitur. Vulgatior structura tulisset διορύττοντα. Τολμᾶν est in *animum inducere, sustinere,* quae significatio interdum viros doctos fefellit; ut *Retbergium* in Bibl. Liter. et Art. T. X. ad *Isocratis* Panegyr. p. 68. ed. L. τίνες γὰρ ἂν ἱκετεύειν τολμήσαιεν ἢ τοὺς ἥττους αὐτῶν, ἢ τοὺς ὑφ' ἑτέροις ὄντας.. tentantem τλήσειεν vel ἐθελήσειεν. et iterum p. 81. οἵτινες ἐτόλμησαν ἐπιδεῖν, ὥστε μὴ τοῖς λοιποῖς αἴτιοι γενέσθαι τῆς δουλείας, ἐρήμην τὴν πόλιν γιγνομένην. ubi idem ἔτλησαν corrigit. *Aristoph.* Nub. 545. ὅς μέγιστον ὄντα κλέων' ἔπαισ' ἐς τὴν γαστέρα, Κοὐκ ἐτόλμησ' αὖτις ἐπεμπηδῆσ' αὐτῷ κειμένῳ. Cf. *Eurip.*

Hec. 1223. Orest. 590. *) — V. 14. ὅπου περὶ γυναικός τις λόγος Γένοιτο. Editor inseruit τῆς ante γυναικός; sed non tam articulus videtur deesse, quam copula. Fortasse

ὅπου δ' οὖν περὶ γυναικός τις λόγος
γένοιτο.

V. 21. qui spondeum celat in quarta sede, διὸ τῆς μανίας ἐπίῤῥημ' ἐκτείνας δοκεῖ.. sic leni ratione corrigo,

διὸ τῆς Μᾰνῖας ῥῆμ' ἐπεκτείνας . . .

*) Obiter corrigam depravatissimum *Libanii* locum T. IV. p. 843 22. εἰ γὰρ ἃ συνήδει μοι περὶ πάντα τὸν χρόνον ἰσχυρότερα, ὧν χθὲς ὡς εἰπεῖν ἤκουσεν ἐπεποίητο τῶν παρόντων, οὐδὲν ἂν ὑμᾶς ἤλαυνε. Νῦν δ' ὁ πατὴρ ἡμῖν οἴκοθεν ἐξελθών, ἐπανῆλθε πολέμιος ἐξαίφνης, καὶ δεινὰ ἔβλεπε καὶ ΤΟΛΜΗΡΟΝ ἔπληττε, καὶ βοῆς ἐνεπίμπλα τὴν οἰκίαν. Haec sic distinguenda et corrigenda videntur: εἰ γὰρ . . . . ἰσχυρότερα ὧν χθές, ὡς εἰπεῖν, ἤκουσεν, ἐπεποίητο τῶν παρόντων οὐδέν, οὐδ' ἂν ἡμᾶς ἤλαυνε. Νῦν δὲ πατὴρ ἡμῖν οἴκοθεν ἐξελθών, ἐπανῆλθε πολέμιος ἐξαίφνης, καί δ. ἔ. καὶ ΤΟΝ ΜΗΡΟΝ ἔπληττε καὶ β. ἐ. τ. ο. Haec omnia lenissima sunt, sensus perspicuus: *Nunc pater* (i. e. paterno animo) *domo egressus, inimicus rediit, torvis nos oculis intuebatur, femora percutiebat, totam domum clamore implebat.* Praeivit *Homer.* Ιλ. π. 125. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς μηρὼ πληξάμενος Πατροκλῆα προσέειπεν. Ib. μ. 162. δή ῥα τότ' ᾤμωξέν τε καὶ ὣ πεπλήγετο μηρώ. Ib. ο. 397. *Lucian.* Rhet. Praec. §. 19. τὸ δὲ οἴ μοι τῶν κακῶν πολλάκις, καὶ ὁ μηρὸς πατασσέσθω. *Plutarch.* Vit. Fab. Max. c. 12. ὡς οὖν κατεῖδε κυκλούμενον καὶ ταραττόμενον τὸ στράτευμα . . . μηρόν τε πληξάμενος καὶ στενάξας μέγα, πρὸς τοὺς παρόντας εἶπε.

videtur quis vocabuli μανίας *prima syllaba producta illam* Μᾶνίαν *appellasse.* V. 23. scribe

μᾶλλον τὸ πάρεργον δ' ἐπεκράτησ' ἢ τοὔνομα.

In fine τάλαν de muliere usurpatum, ut ap. *Aristoph.* Eccl. 124. δεῦρ', ὦ γλυκυτάτη Πραξαγόρα, σκέψαι τάλαν. — In ejusdem *Machonis* narrationibus p. 579. C. V. 93. cl. Editor bene sanavit V. 31. δὴ inserens; sed sequentia laborare videntur: ἀπέπεμψε ταύτην, διαλιποῦσ' ἡ ἑταίρα. Primum enim offendit ταύτην ubi αὐτὴν expectabatur; tum falsum est, militem dimisisse Maniam, cui non tam graviter irascebatur, ut ejus commercio carere vellet, quod etiam indicant praecedentia, ὑπό τι δὴ σκυθρωπάσας, quae animum leviter offensum produnt. Tandem minime apparet, quomodo illa, a milite ejecta, tempus aliquod potuerit interponere, priusquem responderet, praesertim quum promte respondendi facultate excelleret. Quare Machonem scripsisse existimo,

ὁ δὲ στρατιώτης, ὑπό τι δὴ σκυθρωπάσας,
ἀπεμέμψατ' αὐτήν· ἡ δὲ δακοῦσ' ἡ 'ταίρα νιν,
μηθὲν παρὰ τοῦτο, φησί, λυποῦ, φίλτατε . . .

miles fronte nonnihil contracta illam reprehendit; sed meretricula illum pungens, ne istud, inquit, tam graviter feras... Scripsi autem ἡ 'ταίρα, ut mox P. 580. B. τῇ 'ταίρᾳ scribendum est; et V. 52. τίς δ' οὐπιτρέψων. V. 40. scribo codicis vestigia premens,

ὑπό τι γὰρ δέδοικά σε
μή μου προπεσούσης τοὐμπλόκιον ὑπεκτράγῃς.

V. 55. sqq. sic fortasse restitui debent,

Στρατοκλῆς τ' ἐρίφους ποτε προῖκ' ἐδίδου τοῖς γνωρίμοις
λοπάδας συνάλμους τ' εὖ ξυναρτύειν δοκῶν
διψᾷν ὑπολειπομένοις ἂν εἰς τὴν αὔριον,
κἀπιξυνάπτειν βουλομένοις τὸν ἑωθινόν.

patinas bene salsas apte paravisse videbatur ad excitandam sitim, si ad insequentem quoque diem mansissent, et alterum mane nocti junxissent. Vulgo τε ξυναρτύειν. et καὶ δίψαν. Διψᾷν Cod. A. offert. — V. 63. καὶ λιπαρόν. Varia tentant in hoc vocabulo, a contextu alieno. Cogitabam equidem de λυπρόν; haec enim verba passim inter se permutata vidi. Apud *Euripid.* certe in Bacch. v. 812. recte mihi emendasse videor

λιπαρῶς νιν εἰςίδοι μ' ἂν ἐξοινωμένας.

pro λυπρῶς, quam conjecturam adstruere sum conatus in Animadv. ad Eurip. p. 115. In versu *Ionis* ap. *Plutarch.* T. II. p. 466. D. scribe, ut metrum sibi constet,

Φίλων δ' ὃ τ' ἐλθὼν λυπρός, ὃ τ' ἀπιὼν βαρύς.

pro λυπηρός. Quod nunc etiam *Toupium* probasse video in Em. in Suid. T. I. p. 114. Idem vocabulum haud scio, an exciderit ap. *Philostr.* Vit. Apoll. V. 7. p. 193. τοῖς δ' Ἕλλησι τίνα ἡγῇ, ὦ Μένιππε, πότερα Ξέρξην καταπιμπράντα ἢ Νέρωνα ᾄδοντα. ubi contextus tale quid postulat: τίνα ἡγῇ, ὦ Μένιππε λυπρότερον... statim enim docet, Neronis per Graeciam peregrinationem plurimorum malorum causam esse futuram. — Jam quae Gnathaena narratur dixisse, quum juvenis, quem illa Adonin appellaverat, rusticius ei et insolentius respondisset, ea nec sensum habent, nec salem. At illa dixisse videtur, se eum Adonin appellando

errasse, quippe qui alio nomine vocandus sit. Jam vide, an *Macho* dederit,

ἐμβλέψασα τῇ
θυγατρὶ μετ' αὐτῆς συμπορευομένῃ, λέγειν
δικαιότερον κὔν', ὦ τέκνον, νὴ τὼ θεώ.

pro vulgato λέγει δικαιότερον ἦν. Saepe in monimentis antiquis Adonis cum canibus repraesentatur. Ep. *Juliani Aegypt.* XIII. Ἄγριος οὗτος Ἄδωνις, ὃς εἰς κύνας ὄμματα βάλλει, Σχέτλι' Ἔρως, Παφίη ἄγχι παρισταμένης. Ad ἐμβλέψασα autem subaudiendum est ἔφη, quod in talibus omitti potest. Quod ni fieri possit, legendum dixerim, ἐμβλέψασ' ἔφη Θυγατρί...

P. 581. *A. V.* 99. *Machon* V. 2. σατράπης πάνυ γέρων ὡς ἐνενήκοντ' ἐτῶν. sic vulgo. Scribe, γέρων ὡς ἂν ἐνενήκοντ' ἐτῶν. V. 14. sic fortasse implebitur,

εἶπεν δέ, μισθὸν δὸς ὅσον ἐπιθυμεῖς, πάτερ.

V. 26. lectio, quam cl. Editor ex membr. Venet. invexit, in metrum peccat. Scribe,

ἀνάγωγος ὢν δέ, καὶ βάναυσος παντελῶς.

Nec magis probanda membranarum lectio V. 48. οὐχὶ ὁρᾷς. Scribe potius:

ἔπειτα, πῶς γὰρ οὐχ ὁρᾷς, Γνάθαιν', ἔφη . .

Saepe enim γὰρ interrogationibus adhibetur. Vide *Hermann.* ad *Arist.* Nub. v. 192. p. 36.

P. 582. *D. V.* 104. In historia de Laïde et Euripide V. 7. Cod. Venet. habet σὺ γάρ, ἔφη,

τις εἶναι αἰσχροποιός. Epitomator, σὺ γάρ, ἔφη, τις εἶ αἰσχρ. Ex his lectionibus hanc fortasse erueris veriorem:

σὺ γάρ, ἔφησε, τις, γύναι,
εἶς αἰσχροποιός.

Forma ἔφησε *Machon* iterum utitur p. 583. A. et passim. Eandem reddiderim *Dioni Chrysostomo* Or. I. p. 68. 20. ἥδε μέν, ἔφησεν, ἡ προσορῶσα γοργόν τε καὶ πρᾶον ἐκ δεξιῶν καθημένη. pro vulgato, ἔφη, σοι ἡ πρ. quod ineptum. — Facile γύναι in εἶναι abire potuit. V. 16. ut metrum recto stet talo, pro τεταρτημόρια scribendum τετρατημόρια. Tum V. 18. ἡ δ᾽ ὡς ἀπήγγειλ᾽, ὦ τάλαιν᾽, εἶπεν κακῶν. et V. 20. λῄδιον. — Paulo post P. 582. E.V. 105. in *Machonis* Ecl. V. 24. ὅτι τὸν μέγαν κατέφαγ᾽ ἐραστὴν ποτε. aliquid excidit ante ἐραστήν. Fortasse scribendum:

ὅτι τὸν μέγαν κατέφαγ᾽ ὅλον ἐραστήν ποτε.

amantem divitem totum quantum deglutivit. i. e. ὅλον τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, πάντα τὰ κτήματα τοῦ ἐραστοῦ. Ut est ap. *Homer.* Od. α. 160. βίοτον νήποινον ἔδουσιν ἀνέρος. Od. δ. 318. ἐσθίεταί μοι οἶκος. Conf. *Plutarch.* T. II. p. 22. D. *Galenus* in Lex. Hippocr. V. Πολυγράω· πολυφάγω· καὶ γόνος αἰζηῶν ἔγραε κηδέμονα. Καλλίμαχος· ἀντὶ τοῦ κατέφαγε. Quem *Callimachi* versum *Etymol. M.* in γράσων sic exhibet: ὃς αἰζηῶν ἔγραε κηδόμενος. In quibus haec latere suspicor,

κοῖκον ὃς αἰζηῶν ἔγραε κηδόμενος.

quique, dum tutor erat, juvenum domum i. e. bona, comedebat. Haec quam facile corrumpi potuerint in

καὶ γόνος, in oculos incurrit. Aliter hoc *Callimachi* fr. tentavit *Toup.* in Em. in Su. T. I. p. 482. Ut ἐσθίειν τὸν οἶκον, sic etiam καταβιβρώσκειν τὰ πατρῷα, τὴν οὐσίαν dicitur, et κατέδειν. quorum verborum exempla congessit *Pierson* ad *Moer.* p. 221. sq. Etiam καταπίνειν. *Alciphr.* L. III. 32. ἡ ἱππόπορνος ὅλον σε αὐτοῖς ἀγροῖς καταπιοῦσα. Quod nostram in *Machone* conjecturam nonnihil roborat. *Plutarch.* T. II. p. 603. D. ναῦν μετὰ τῶν φορτίων καταπεπομένην. *Lucian.* T. VIII. p. 225. τὸν δακτύλιον δέδωκας... ὁ δὲ ἀποδόμενος κατέπιε. *Comicus* ap. *Dion. Chrys.* T. I. p. 665.

δῆμος ἄστατον κακόν,
καὶ θαλάσσῃ πάνθ' ὅμοιον, ὑπ' ἀνέμου ῥιπίζεται.
καὶ γαληνὸς ἂν τύχῃ γ' ὤν, πνεῦμα ταχὺ κορύσσεται,
κἤν τις αἰτία γένηται τὸν πολίτην κατέπιεν.

τάχ' οὖν καὶ ὑμεῖς ἐμὲ τῷ θορύβῳ καταπίοιτε καὶ τῇ ταραχῇ, βουλόμενον ὑμᾶς ὠφελεῖν. Sic haec scribenda existimabam, quae vulgo sunt corruptissima. Conf. *Libanium* T. IV. p. 294. 10. qui haec ante oculos habuisse videtur.. ἵν' ἐν ἡσυχίᾳ καὶ γαλήνῃ καὶ τὸν ἔμπροσθεν ἐβίουν χρόνον ἐπ' ἐμαυτοῦ φιλοσοφῶν, καὶ τὸν βίον (homines hominumque coetum) φυσιογνωμῶν, ὡς πρᾶγμά ἐστιν ἀσταθμητότατον ἁπάντων, ἐοικὸς θαλάττῃ, φύσει ἄστατον, ὑπὸ πάντων τῶν ἐμπιπτόντων ἀνέμων κινούμενον. Sic plane *Dio* l. c. p. 667. ὅταν ὑμῖν ἐμπέσῃ τὸ τῆς ἀταξίας πνεῦμα, ὥςπερ ἂν ταχὺς ἄνεμος κινήσῃ θάλασσαν. et Orat. III. p. 116. 26. plura hujus generis congessit, quem nihil tale latebat, *Valckenar.* ad *Herodot.* p. 239. 62. qui etiam auctorem hujus imaginis indicavit. — Ut ad *Machonem* revertar, in historia de simultate inter

meretricem, quae ὗς appellabatur, et matrem, cui nomen κορώνη adhaerebat, Gnathaenam ille narrat interrogatam esse, cur illae odium inter se exercerent. Tum illa, τί γάρ, ἔφησεν, ἄλλο πλὴν Ἄλλη κορώνη θ᾽ ἕτερ᾽ ἐκείνῃ μέμφεται. Sic vulgo. Quod dictum sensu et acumine caret. Fortasse utrumque restituetur, si parva mutatione legerimus,

τί γάρ, ἔφησεν, ἄλλο πλὴν
ἀλλ᾽ ἡ κορώνη, θάτερ᾽ ὁ χοῖρος μέμφεται.

Vix enim fieri potuit, ut, alterius cognomine commemorato, cognomen alterius reticeretur. Et sic haec verba speciem habent allusionis ad fabulam Aesopicam de Cornice et Sue inter se altercantibus, idque inprimis audientibus jocosum videri debuit.

P. 583. *B. V.* 107. *Machon.* V. 45. ἀλλ᾽ ἐγχεέτω μοι τέτταράς κοτύλας ἔπειτ᾽ Εἰς τὴν μεγάλην. Recte cl. Editor, praeeuntibus membranis, omisit τις, quod post μοι vulgo legebatur. Sed cum sic verbum ἐγχεέτω nominativo careat, et ἔπειτ᾽ in fine prorsus sit elumbe, correxim:

ἀλλ᾽ ἐγχεέτω μοι τέτταρας κοτύλας ὁ παῖς,
εἰς τὴν μεγάλην.

Tum V. 50. pro κἄπειτα αἰτήσασαν αὐτὸν μνᾶν.. procul dubio scribendum:

κἄπειτ᾽ ἀπαιτήσασαν . . .

Accusativus participii, quem membranae tuentur, pro accusativo absoluto haberi debet. — V. 53. nondum me poenitet conjecturae olim prolatae,

περίμενε τοίνυν καὶ σύ, φησιν, ἕως ἂν αὖ
Βινητιάσω.

pro ἕως ἂν οὐ.. idque mihi paulo videtur argutius eo, quod *P. Leopardus* scripsit et *Schweighäuserus* in ordinem recepit, ἕως ἂν οὗ β.

P. 584. *A. V.* 110. *Agathonis* verba, γυνὴ τὸ σῶμα δι' ἀργίαν ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ. varie tentata, in hunc fortasse modum restitui poterunt:

εἰ καὶ γυνὴ τὸ σῶμ' ἔχει δι' ἀργίας,
ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ.

Eleganter dicitur δι' ἀργίας ἔχειν pro ἀργὸν ἔχειν; quem dicendi usum illustratum dedit *Locella* ad *Xenoph. Ephes.* p. 183.

P. 589. *A. V.* 129. In *Strattidis* fr. quod cl. Editor rectius tractavit, quam ipse olim feceram. V. 2. lege, νυνὶ μὲν ἤκουσιν M. pro νῦν. — Quae paulo post narrantur de Elpinice, Cimonis sorore, praeter alios tetigit etiam *Dio Chrys.* Or. LXXIII. p. 391. 10. προσέτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κίμων ἄτιμος ἦν ἂν τὸν ἅπαντα χρόνον, εἰ μὴ τὴν ἀδελφὴν Ἐλπινίκην ἐξέδωκεν ἀνδρὶ ταπεινῷ καὶ χρήματα ἔχοντι. Ubi miror, Calliam, quem ex nobilissima familia Atheniensium fuisse constat, ἄνδρα ταπεινὸν vocari. Nisi forte ad animum hoc referri debet, quem cupidiorem, quam generosiorem, fuisse constat ex iis, quae narrat *Plutarch.* Vit. Aristid. c. 6. Apud *Libanium* T. IV. p. 347. simulatus Cimon Militiadis fortunam deplorans, ἀλλ' ἐπ' ἐκεῖνον μὲν εὔχομαι, inquit, γένεσθαί τινας ὑμῖν καὶ χρησίμους, καὶ μὴ τὸν τοῦ οἰκήματος φόβον

μεῖζον ἰσχύσαι τῶν συμφερόντων τῇ πόλει. quae non intellexit V. D. qui in margine Morell. adscripsit ἴσ. τιμήματος. Vulgata bene habet. Οἴκημα. τὸ δεσμωτήριον. *Hesych.* ubi vide *Interpp.* T. II. p. 724.

P. 591. *B. V.* 137. αὐτῆς δὲ τῆς Φρύνης οἱ περικτίονες ἀνδριάντα ποιήσαντες, ἀνέθηκαν ἐν Δελφοῖς χρύσεον ἐπὶ κίονος Πεντελικοῦ. Hinc emendandus *Dio Chr.* Or. XXXVII. p. 115. πολλὰ ἄν τις ἔχοι εἰπεῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ δεῖν Γοργίαν τὸ σοφιστὴν ἐν Δελφοῖς ἑστάναι, καὶ ταῦτα μετέωρον καὶ χρυσοῦν. Γοργίαν λέγω; ὅπου γε καὶ Φρύνην τὴν Θεσπιακὴν ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ εἰκόνος κἀκείνῳ ὡς Γοργίαν. Ubi procul dubio scribendum: Φρύνην.. ἔστιν ἰδεῖν ἐπὶ κίονος κἀκείνην, ὡς Γοργίαν. Sic etiam *Aelian.* V. H. X. 32. Φρύνην τὴν ἑταίραν ἐν Δελφοῖς ἀνέστησαν οἱ Ἕλληνες ἐπὶ κίονος εὖ μάλα ὑψηλοῦ... τὸ δ᾽ ἄγαλμα χρυσοῦν ἦν. Ad ejusdem Phrynes statuam referendum est fr. Epistolae *Alciphronis* ap. *Wagn.* T. II. p. 219. — Causam Phrynes capitalem, cujus periculo Hyperides eam eripuit, *Posidippus* attingit P. 591. E. V. 139. ubi dubito de sinceritate lectionis V. 1. Φρύνη πρὸ ἡμῶν γέγονεν ἐπιφανεστάτη Πολὺ τῶν ἑταιρῶν. Primum hiatus de vitio admonet, tum is, qui loquitur, Phrynen novisse et cum ea vixisse videtur. Quare vide an corrigi debeat:

Φρύνη περισήμων γέγονεν ἐπιφανεστάτη
πολὺ τῶν ἑταιρῶν.

P. 593. *F. V.* 147. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεύς, Λαμπιτοῦς τῆς Σαμίας ἑταίρας ἐρασθείς, ἡδέως δ᾽ αὐτὴν καὶ Λαμπιτὼ προσηγορεύετο. Sic Cod.

Venet. Unde fortasse scribendum, ἡδέως δι' αὐτὴν καὶ Λ. πρ. *propter illam se Lampito appellari libenter est passus.*

P. 594. *T. V.* 151. ταὐτὸ δὲ πάθοι τις ἂν ἐπὶ τὴν 'Αθηναίων πόλιν ἀφικνούμενος καὶ ταύτην ἀπ' 'Ελευσῖνος τὴν 'Ιερὰν ὁδὸν καλουμένην. Recte monuit cl. Editor καὶ mutandum videri in κατά; sed praeterea scribendum, κατὰ τὴν ἀπ' 'Ελευσῖνος, τὴν 'Ιερ. ὁδ. κ. Similiter peccatum apud *Dion. Chr.* Or. LXI. p. 314. 23. οὔκουν ὁ λόγος οὗτος πολλὴν ἀτοπίαν ἐπιδείκνυσι καὶ τῆς Χρυσηΐδος. ubi καὶ non delendum, sed scribendum, κατὰ τῆς Χρ. *testis est hic sermo multae in Chryseïde stultitiae.* Ap. *Eundem* Or. XVIII. p. 482. 20. καὶ πρὸς στρατηγοὺς ἄνευ πλήθους, καὶ πρὸς πλῆθος κατὰ ταὐτο. legerim, καθ' αὑτό *per se, imperatore absente.* Iterum καὶ cum κατὰ permutandum videtur ap. *Juncum* in *Stobae.* Flor. CXIV. p. 588. 15. αὐτίκα ἔστιν ἰδεῖν τοὺς πλείστους γέροντας οὐ μόνον σεμνότητι κατὰ τὸ σχῆμα καὶ βαδίσματι πράῳ κοσμουμένους, οὐδὲ φωνῇ, καθάπερ που Ὅμηρος εἶπεν ἐπὶ τῶν γερόντων, ἡδείᾳ καὶ τῇ τῶν τεττίγων λειριοέσσῃ χρωμένους. Fuisse suspicor: ἀλλὰ φωνῇ... ἡδείᾳ καὶ κατὰ τὴν τῶν τεττίγων, λειριοέσσῃ χρ. Respicitur locus Ιλ. γ. 152. Gravius est ulcus in *Xenoph.* de Vectig. c. 3, 8. ἐπίσταμαι δὲ καὶ τριήρεις πολλάκις ἐκπεμπομένας σὺν πολλῇ δαπάνῃ, καὶ ταύτας γενομένας, τούτου μὲν ἀδήλου ὄντος, εἴτε βέλτιον, εἴτε κάκιον ἔσται. ubi *Weiskius* verba καὶ ταύτας merito in suspicionem vocavit. Scribendum putabam: κατασκευάς τε γενομένας... *apparatusque navium factos esse.* Polyb. L. I. 71. 6. πρὸς δὲ τούτοις οὐχ ὅπλων πλῆθος, οὐ ναυτικὴ δύναμις, οὐ πλοίων κατασκευὴ παρ' αὐτοῖς ἦν. —

In *Lysiae* Or. in Nicom. p. 480. καὶ τούτοις ὁ ἱερόσυλος περιτρέχει λέγων.. *Marklandus* καὶ ἐπὶ τούτοις mallet, *Reiskius* καίτοι οὗτος. *) Mihi verum videtur, κᾆτα οὗτος ὁ ἱερόσυλος π. λ.

P. 595. *F. V.* 155. In fr. ex Agene V. 1. verum vidisse puto *Fiorillum*, ἔστιν δ' ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυχ' ἕδος Φάτνωμ' ἄορνον. Cf. *Plutarch.* T. II. p. 327. C. ubi ἄορνα ὕψη occurrunt. — In proximo fr. V. 5. lectio Cod. Veneti a cl. Editore in textu posita, νῦν δὲ τὸν χέδρωπ' ὠμὸν Καὶ τὸν μάραθον ἔσθουσι. versum vehementer dehonestat. Scribo sine haesitatione:

νῦν δὲ τὸν χέδροπα μόνον

Saepe sic α et ω confusa, unde ex αμονον factum

*) Rectius hoc remedium adhibetur *Lysiae* Or. c. Eratosth. p. 224. καί τοι οὗτοι μὲν σωθέντες. pro καὶ τοιοῦτοι. Ibi paulo ante δεινὸν ἦν . . . ἐλθεῖν, *periculosum* fuisse significat, nec sollicitari debet haec lectio. Apud Eund. p. 302. 5. οὔτ' ἐκεῖνοι φαίνονται τοιαύτην γνώμην ἔχοντες, ὥστε καὶ τοῖς ἀποδημοῦσι καὶ τοῖς μηδὲν ἐξαμαρτάνουσι μεταδιδόναι τῆς πολιτείας. erravit *Marklandus*, καί τοι μηδὲν ἐξ. legendum suspicatus. Sensus in vulgata est optimus: Mantitheus cum fratre absens fuerat, dum triginta illi Athenis dominabantur; quare puri erant a sceleribus, quibus illi sese inquinaverant. Jam quum paucis diebus ante tyrannos exactos rediissent, plane non verisimile erat, tyrannos aliquam dominationis suae partem communicasse cum iis, qui in criminum suorum societatem non venissent. Nam iis tantum fidem habebant, qui se caede et sanguine inquinaverant, τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν. Sic *Idem* in Apolog. p. 424. tyranni τοὺς πλεῖστα κακὰ ὑμᾶς εἰργασμένους εἰς τὰς τιμὰς καθίστασαν.

ὤμον. Illud vocabulum truncatum et corruptum ap. *Dion. Chr.* Or. VI. p. 213. ubi malis, quae vitam tyrannorum vexant, enarratis, orator addit haec: ὥςτε μοι δοκεῖ τότε μὲν χαίρειν ἐπειδὴ πληγῇ ἀνὴρ τύραννος, ὡς τοῦ μεγίστου κακοῦ ἀπηλλαγμένος. ubi *Reiskius* μὲν aut delendum, aut cum μέγα permutandum existimabat. Neutrum vere. Scribe potius, τότε μόνον χαίρειν ἐπειδὰν πληγῇ ἀ. τ. Apud *Diodor. Sic.* contra L. III, 19. p. 188. 54. pro: τοὺς δὲ τελευτήσαντας θάπτουσι κατὰ μόνον τὸν τῆς ἀμπώτεως καιρόν, ἐῶντες ἐῤῥιμένους· ὅταν δ' ἡ πλημμυρὶς ἐπέλθῃ, ῥίπτουσιν εἰς τὴν θάλατταν τὰ σώματα. legerim, τοὺς δὲ τ. θάπτουσι, κατὰ μὲν τὸν τῆς ἀμπ. κ. *mortuos sic sepeliunt; cadavera refluxus tempore jacere sinunt, deinde aestu redeunte fluctibus ea committunt.* Conf. *Strabon.* XVI. p. 1119. A.

P. 597. *B. V.* 160. In Elegia *Hermesianactis* V. 3. Scr. ἔπλευσεν. — V. 17. fortasse legendum

ἥ τε πολὺν μνηστῆσιν Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
εὐασμὸν κρυφίων ἐξεφόρει λογίων.

ut jungatur πολὺν εὐασμόν. — V. 36. μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου. Bene hanc periphrasin illustravit cl. *Heinrich.* ad *Musaeum* p. 52. Conf. *Wessel.* ad *Diodor. Sic.* L. IV. 46. Anim. ad Anth. T. I. P. I. p. 159. Hic usus passim fefellit Viros doctissimos. Sic in *Xenoph.* Hellen. IV. 8. 33. κατῆγεν εἴ τι που λαμβάνοι ἀπ' Ἀθηναίων πλοῖον. certatim expungunt praepositionem ἀπό, quae locum suum bene tuetur, modo jungas πλοῖον

ἀπ' Ἀθηναίων. *) Nec ap. *Dion. Chr.* Or. IV. p. 167. σημεῖα ἀπὸ τῆς φύσεως, praepositio tolli debet. In hac quoque periphrasi ἀπὸ vim suam habet, indicatque aliquid ex alio proficisci. *Xenoph.* K. A. III. 1. 12. ὅτι ἀπὸ Διὸς μὲν βασιλέως τὸ ὄναρ. in quibus verbis V. D. caecutiit, non animadvertens, omnem hujus loci vim esse in epitheto Jovis, qui βασιλεὺς vocatur. *Soph.* Oed. T. 42. ἀλκήν τιν' εὑρεῖν, εἴτε του θεῶν φήμην ἀκούσας, εἴτ' ἀπ' ἀνδρὸς οἶσθά που. Trachin. 670. ἀθυμῶ δ' εἰ φανήσομαι κακὸν ἐκπράξασ' ἀπ' ἐλπίδος καλῆς. In *Ejusd.* fr. Tyrus ap. *Stobae.* T. LXXXV. p. 496. 51. πέλεται οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλός, οὔτ' ἀχρείων τὸ λίαν κακός. *Brunckius*, *Grotium* secutus, ὁ λίαν κακός dedit. Tu scribe

οὔτ' ἀχρείων ἄπο λίαν κακός.

Menander. ap. *Eund.* T. CVI. p. 570. 26 τὸ γ' ἀπὸ τῆς τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τὸν εὐγενῆ· unde corrige versum *Antiphanis* Ibid. p. 569. 17. τὰ τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τὸν εὐγενῆ. ubi vulgo cum turpi hiatu ἠπίως habetur. Apud *Philostr.* V. Apoll. L. III. 14. p. 104. τὸν ὄχθον ὀμφαλὸν ποιοῦνται τοῦ λόφου τούτου· πῦρ τε ἀπ' αὐτοῦ ὀργιάζουσιν. hoc verum, quod scripsi, quodque editiones veteres habent, non ἐπ' αὐτοῦ, quod *Olearius* *Philostrato* obtrusit. Etiam in *Dion. Chr.*

*) Verba, quae ibi praecedunt, ἀντεστράτευε, καὶ ἐπορεύετο, καὶ ἐδῄου τὴν χώραν. *Weiskius* in suspicionem vocavit, pro ἐπορεύετο verbum desiderans, quod *infestandi* vim habeat. Frustra, si quid video. Si extaret, καὶ πορευόμενος ἐδῄου τ. χ. nemo haereret. At vulgata idem dicit, et paulo majore cum vi.

Or. XXVII. p. 527. 19. verius videtur ὁ Διόνυσος... ἀπὸ κεραυνοῦ καὶ βροντῆς γενόμενος. quam quod vulgo legitur, ὑπὸ κεραυνοῦ.

P. 599. *C. V.* 168. In *Anacreontis* fr. V. 1. σφαίρῃ δεῦτέ με πορφυρέῃ Βάλλων. vix verum est δεῦτε. Suspicabar

σφαίρῃ δ' αὖτέ με πορφυρέῃ . . .

ut p. 600. F. Ἔρως με δ' αὖτε, Κύπριδος ἕκατι.. καρδίαν ἰαίνει. Deinde pro νηνὶ ποικίλος λαμβάνω Συμπαίζειν προκαλεῖται. ut in membranis habetur, lego:

νῆπι' ὁ ποικίλος βαμβαλῶν

quod a Codicis lectione proxime abest. Βαμβαλεῖν — idem quod βαμβαίνειν — non solum est *tremere*, *dentes collidere*, sed etiam, ἀνάρθρως λαλεῖν, quod ii faciunt, quibus labia prae frigore tremunt. Sic apud *Moschum* Epit. Bion V. 6. olim legebatur, νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἴ, αἴ, λάμβανε σοῖς πετάλοισι. nunc βάμβαλε, emendante *Valckenario* in Append. ad Ursin. p. 83. sq. Amorem τραυλίζοντα habemus in *Asclepiad.* Epigr. VI. 4. Ὁ ποικίλος autem apta est vaferrimi deorum designatio. *Aeschyl.* Prom. 307. παραινέσαι γέ σοι Θέλω τὰ λῷστα, καίπερ ὄντι ποικίλῳ.

P. 604. *B. V.* 186. εἰ γάρ τις εἰς ῥόδεον χρῶμα βάψειε τοὺς δακτύλους, πορφυροβάφου χεῖρας, καὶ οὐ γυναικὸς καλῆς ποιήσειε.. Nonne scriptum fuisse debuit, sive ποιήσει, sive ποιήσειεν ἄν? Caeterum totum hunc locum de So-

phocle erudite illustravit *Huschke* in Anal. crit. in Anth. Gr. p. 21. sqq.

P. 605. *E. V.* 192. *Epicratis* versus fortasse sunt legendi:

ἐρωτικὰ μεμάθηκα ταῦτα παντελῶς
Σαπφοῦς μέλη παρὰ Κλεομένους Λαμυνθίου.

pro Σ. μ. τοῦ Κλ. — In proximis verbis, ὑμεῖς δέ, ὦ φιλόσοφοι, κἂν ἐρασθέντες ποτὲ γυναικῶν ἐν ἐννοίᾳ λάβητε ὡς ἀδύνατόν ἐστι τυχεῖν μάθετε παύονται οἱ ἔρωτες, ὥς φησι, Κλέαρχος... quae cl. Editor pro mutilis habet, *Clearchi* γνώμη, ni eximie fallor, continetur in verbis, παύονται οἱ ἔρωτες, quae argutius quid complexa esse nullus dubito. Varia in talibus possunt conjici, v. c. ὡς ἀδύνατόν ἐστι τυχεῖν, μέθετε· παύονται ἀργοὶ ἔρωτες, ὥς φησι Κλέαρχος. Postrema haec *Clearchi* ingenio, si hominem novi, non indigna: Amor *otiosus* i. e. *nulla spe nutritus*, cessat. Quod non adversatur Euripideis ap. *Stobae.*T. LXII. p. 398. ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ. quae alia ratione sunt dicta. Ἀργὸς restituo *Euripidi* in Electr v. 274. ubi Orestes, nondum agnitus, Electram interrogans, Τί δῆτ' Ὀρέστης, ait, πρὸς τόδ' Ἄργος ἦν μόλῃ; ad quae illa, Ἥρου τόδ'; αἰσχρόν γ' εἶπας· οὐ γὰρ νῦν ἀκμή. Ubi, cur *turpis* videatur Orestis interrogatio, nemo dicere potuit. Scribendum et distinguendum puto:

Ὀρ. τί δῆτ'; Ὀρέστης πρὸς τόδ' Ἄργος ἦν μόλῃ;
Ἠλ. ἤρου τόδ'; ἀργόν γ' εἶπας· οὐ γὰρ νῦν ἀκμή.

nihil jam planius: *Haec quidem quaestio vana est et inutilis; nulla enim nunc veniendi opportunitas.* Ἀρ-

γὸν hoc sensu usurpatum illustravit *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. I. 30. p. 33. *Dio Chr.* Or. XLVII. p. 245. 35. non videtur scripsisse οὐ μέντοι παρ' ὑμῖν τυχὸν οὐδείς ἐστι κηφὴν ἄγριος, βομβῶν σαθρόν, γενόμενος τοῦ μέλιτος; sed κηφὴν ἀργός. *Plato* de LL. X. p. 670. τρυφῶν καὶ ἀμελής, ἀργός τε, ὃν ὁ ποιητὴς κηφῆσι κοθούροισι μάλιστα ἔικελον ἔφασκεν εἶναι. *Xenoph.* Cyrop. II. p. 50. A. ἢ μέν τινες βλακείᾳ καὶ ἀπονίᾳ μόνον κακοὶ ὦσι, τούτους ἐγὼ νομίζω, ὥσπερ κηφῆνας, δαπάνῃ μόνον ζημιοῦν τοὺς κοινωνούς. Quae cum aliis excitavit *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 149. qui etiam haec ex Cod. Msc. Sentent. Philos. eruit: ἐοίκασιν οἱ κόλακες κηφῆσι· καὶ γὰρ ἀργοὶ καὶ ἄκεντροι, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἀναλίσκοντες καμάτους.

P. 608. *E. V.* 204. *Chaeremon* in Centauro V. 1. ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν ἀνθέων ἀλόχων ἐστράτευσαν. Quum αὐτῶν non habeat, quo referatur — nam ad ἀνθέων referri non posse, apparet ex sequ. θηρωμένων — fuisse suspicabar:

ἑσμὸς μὲν αὐτῶν . . .

cui vocabulo jungitur ἐστράτευσαν per synesin. Pro ἀλόχων *Hermannus* ad *Aristot.* Poet. p. 98. ἀλόγχων scripsit, non sine magna veritatis specie, si *Chaeremonis* sermonem cogites. Lenior fuisset metaphora, si scripsisset, στρατὸν ἀνθέων ἄλογχον. Haud absimili ratione *Sophocles* in Achillis Amator. ὄμματα πλατύλογχα dixerat, ut est ap. *Hesych.* V. ὀμμάτειος πόθος. Cf. *Toup.* Epist. Cr. p. 133. — V. 3. fortasse legendum:

θηρωμένων τὰ τερπνὰ λειμώνων τέκνα.

Obiter corrigo *Dion. Chr.* Or. XL. p. 178. 5. οὐδὲ ἐσμοὶ πλείονες μελιττῶν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν νεμόμενοι λειμῶνα, τῶν ἔργων ἀμελήσαντες, περὶ τῶν ἀνθῶν τῆς δρόσου διαφέρονται. ubi rectius legeris, ἢ τῆς δρόσου διαφ. Sequitur aliud *Chaeremonis* fragmentum, κόμαισιν Ὡρῶν σώματ' εὐανθῆ ῥόδα Εἶχον. ubi ex *Dalecampii* conjectura, σήματα ponunt; quod mihi quidem vehementer jejunum videtur. Putabam

κόμαισιν Ὡρῶν στέμματ' εὐανθῆ ῥόδα
εἶχον.

in crinibus coronas habebant florentes Horarum rosas. Fuit etiam, cum de σχήματα cogitarem, *ornamenta* (vide *Musgr.* ad *Euripid.* Androm. V. 1.), sed hoc longius recedit. Eodem sensu πρόσχημα usurpatur et alibi passim, et ap. *Liban.* T. IV. p. 131. 19. in loco sic scribendo: καὶ μάρτυς ἡ Τροία πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου μοιχείας εὐδαίμων καὶ πόλις, οὐ νῦν· οἴχεται γὰρ καὶ ἦν ποτε (*fuit Ilium* i. e. periit.) ταῦτα, καὶ πρόσχημα τῆς Ἀσίας πρότερον οὖσα, ἐπειδὴ ἑνὸς ἀνδρὸς ἀπήλαυσεν ἀτοπίας, ἀνήρπασται τοῖς δεινοῖς.

P. 609. *A. V.* 205. ἡ Βαγάζου γυνή, ἥτις ἦν ὁμοπάτριος Ξέρξου ἀδελφή, ὄνομα Ἄνουτις. Alii eandem Ἄμυτιν appellant. Hoc nomen fortasse latet in loco vexato *Xenophontis* Cyrop. VIII. 5. 28. ὡς δ' ἀπιὼν ἐγένετο ἐν Μήδοις, συνδόξαν τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρί, γαμεῖ τὴν Κυαξάρους θυγατέρα, ἧς ἔτι καὶ νῦν λόγος, ὡς παγκάλου γενομένης· ἔνιοι δὲ τῶν λογοποιῶν λέγουσιν, ὡς τὴν τῆς μητρὸς ἀδελφὴν ἔγημεν, ἀλλὰ γραῦς ἂν καὶ παντάπασιν ἦν ἡ ΠΑΙΣ. Γήμας δὲ εὐθὺς ἔχων ἀνεζεύ-

γυυεν. Ut paucis defungar, suspicabar legendum: ἀλλὰ γραῦς ἂν καὶ π. ἦν Ἡ ἌΜΥΤΙΣ. *Ctesias* certe Cyrum Astyagis filiam, nomine AMYTIN, in matrimonium duxisse narrat in *Excerpt.* ap. *Wessel.* p. 811. c. 2.

P. 612. *A. V.* 216. In *Pherecratis* fr. pro τί μαθόντ' ἂν δὲ χρῆν καθήμενον. nullam vim habet δὲ temere interpositum. Fortasse scribendum, τί μαθόντα νιν ἐχρῆν κ. *cur illum unguenta vendere oportuit*... De formula τί μαθὼν aliter, ni fallor, scripsisset cl. Editor, si meminisset eorum, quae monuit *Wolfius* ad *Demosth.* Leptin. p. 348. sq. cum quo cf. *Heusde* Spec. crit. p. 57. Revocanda est illa in *Philostrati* Vit. Apoll. I. 28. p. 36. ἤρετο αὐτὸν ὁ πρεσβύτατος ὅ τι μαθὼν καταφρονήσειε τοῦ βασιλέως. quod in omnibus est Codd. non παθών, quod *Olearius* in textu ponere est ausus. In eundem errorem incidit vir graece doctissimus *Villoison* in Anecdot. T. II. p. 235. qui in *Plotini* Diatr. τί γὰρ παθών τις πρὸς ἄλλο ἔχει corrigit pro τί γὰρ μαθών... quod omnino sincerum est.

Liber decimus quartus.

P. 614. *C. V.* 224. In *Anaxandridae* fr. ubi scurra quidam Palameden et Rhadamanthum ridiculorum auctores fuisse pronuntiat, numeri sunt anapaestici, sed initio ii depravati, καί τοι πολύ γε πονοῦμεν, quae verba nec sensum habent perspicuum. Sed vide an ille scripserit:

καίτοι πολλοῦ γε πόνου μέτα
τὸν ἀσύμβολον εὗρε γελοῖα λέγειν.

quae formula a graviorum artium inventoribus translata ad autores τῶν γελοίων non inficeta videbitur. Sic *Philetas* Fr. IV. ἀλλ' ἐπέων εἰδὼς κόσμον καὶ πολλὰ μογήσας Μύθων παντοίων οἶμον ἐπιστάμενος. ubi similia collegi in Animadv. ad Anth. Gr. T. I. P. I. p. 389. sq.

P. 615. *F. V.* 230. *Dionysii Sinopensis* fr. de Cephisodoro plano multum abest, ut satis sit emendatum. Nam V. 4. deturpatur cretico in prima sede; V. 5. obscuritate laborat. In his tenebris hoc unum mihi intelligere videor, pro ἢ συγκαθεῖναι... legendum esse:

ἥσυχα καθεῖναι . . . .

lento gradu se demisisse, descendisse. Nam καθεῖναι

passim vi neutra accipitur. — Proximum de eodem plano fragmentum *Nicostrati*, ne syllaba quidem mutata, restitui potest sic:

Κηφισόδωρον οὐ κακῶς, μὰ τὸν Δία,
τὸν πλάνον, φασί, στενωπὸν εἰς στένον στῆσαί τινας
ἀγκαλίδας ἔχοντας, ὥστε μὴ παρελθεῖν μηδένα.

Quae in proximis de Pantaleonte plano narrantur, eum decepisse τοὺς ξένους τούς τ' ἀγνοοῦντας αὐτόν. comparari possunt cum *Horat.* I. Epist. XVII. 58. *nec semel irrisus triviis attollere curat Fracto crure planum; licet illi plurima manet Lacryma... Quaere peregrinum vicinia rauca reclamat.*

P. 616. *B. V.* 231. ὥσπερ τὸ κύκνειον ᾄσας. Eleganter de Arione, inter praedones canente, *Dio Chr.* Or. XXXVII. p. 102. 17. ὥσπερ φασὶ τοὺς κύκνους μέλλοντας ἀποθνήσκειν, καὶ προορωμένους τὸν θάνατον, ἐμβιβάζειν τῇ ψυχῇ, οἷον εἰς ὄχημα, τὸ μέλος. ubi *Reiskius* τὴν ψυχὴν corrigit. Notanda breviloquentia in postremis. Sic *Plutarch.* T. II. p. 512. καλῶς ἔχει.. ὡς ἐπὶ κλῆσιν ἀλλοτρίαν, τὴν ἀπόκρισιν, αἰδημόνως καὶ κοσμίως ἀπαντᾷν. p. 513. μάλιστα δὲ περὶ τοῦτο δεῖ τὴν ἀδολεσχίαν συνέχειν, ὥσπερ εἰς ἴχνος ἐμβιβάζοντα τὴν ἐρώτησιν. T. II. p. 164. E. ὥσπερ ἐν χωρίοις σκληροῖς, τοῖς ἀντιτύποις ἤθεσι, τὴν ἀθεότητα.. ἐμπεποίηκεν. p. 323. E. ἀλλ' ἵνα μὴ δοκῶμεν, ὥσπερ εἰς τόπον ἀμαυρόν, τὸν παλαιὸν χρόνον, .. φεύγειν καὶ ἀποχωρεῖν. Alia dedit cl. *Schaefer* in Praefat. ad Julian. p. XX. et ad *Dionys. Halic.* p. 327. sq. — In proximis ap. *Dionem* verbis: παυσαμένου δὲ τοῦ 'Αρίωνος, καὶ τῶν πορθμέων οὐδὲν μᾶλλον ἐνδιδόντων.. lege: οὐδὲν μαλακόν.

quod vitium in Or. VIII. p. 281. 20. *Ruhnkenius* sustulit ad *Timae.* p. 101.

P. 616. F. *V.* 234. *Telestes* Minervam prae pulchritudinis studio tibias abjecisse negans, τί γάρ νιν εὐηράτοιο κάλλεος ὀξὺς ἔρως ἔτειρεν, ᾇ γὰρ παρθενίαν ἄγαμον καὶ ἄπαιδ' ἀπένειμε Κλωθώ; non scripsisse videtur ᾇ γὰρ, sed, quod sermonis lex unice requirit, ᾇ γε παρθ.

P. 617. D. *V.* 237. De αὐλῷ *Pratinas* V. 16. καὶ γὰρ ἔσθ' ὑπηρέτας κώμων μόνον Θηρομάχοις τε πυγμαχίαισιν εων θεαι εἰς πάροινον ἔμμεναι στρατηλάταις. Depravatissimus hic locus sic fortasse scribendus:

καὶ γὰρ ἔσθ' ὑπηρέτας κώμων, νόμον
θυραμάχαισι πυγμαχίαισι χέων,
θιάσοις παρ' οἶνον ἔμμεναι στρατηλάτας.

νόμον χέων certe lenissimum. P. 622. C. ἁπλοῦν ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει. De tuba *Antip. Sidon.* Epigr. XI. γλυκὺν εἰράνας ἐκπροχέουσα νόμον. *Alcaeus* Epigr. XII. εὐκελάδῳ σύριγγι χέων μέλος. *Aristoph.* Aves v. 210. χῦσον δὲ νόμους ἱερῶν ὕμνων. ubi v. *Beckium* p. 23. et *Abresch.* ad *Aesch.* T. I. p. 79. Verbum χέω restituerim *Libanio* T. IV. p. 541. 16. οὐ δέδοικα γλῶτταν γενναίαν, ψευδεῖς ἔχουσαν λογισμούς. Scribe, ψευδεῖς χέουσαν λογισμούς. — Μόνος autem et νόμος permutata videntur ap. *Dion. Chr.* Or. III. p. 117. 14. οὐδὲ τοὺς θεοὺς ἀναθήμασιν οὐδὲ θυσίαις οἴεται χαίρειν τῶν ἀδίκων ἀνδρῶν· παράνομον δὲ τῶν θεῶν προσίεσθαι τὰ δεδομένα. de quo loco videndus *Reiskius.* Legendum puto, παρὰ μόνων δὲ τῶν ἐσθλῶν πρ. τὰ δ. Non minus depravati

sunt *Pratinae* versus 19. 20. παῖε τὸν Φρυναίου ποικίλου προανέχοντα, φλέγε τὸν ὀλοσίαλον κάλαμον. quae fortasse sic corrigi debent:

παῦε τὸν Φρύγα τὸν ποικίλον θροῦν προχέοντα
φλέγε τὸν ὀλεσιαυλοκάλαμον.

quae omnia de tibiis phrygiis dicta existimo: *inhibe phrygiam, varios sonos fundentem, combure tibiam, aures cruciantem arundinem.* Phrygum tibiae notissimae. Cf. L. IV. p. 176. F. 185. A. XIV. p. 624. B.

P. 619. C. V. 243. φοιτῶσα γὰρ καὶ πλανωμένη πάντας τοὺς ὀρείους δρυμούς, ὡς μῦθον εἶναι τοὺς λεγομένους Ἰοῦς δρόμους. Sic optime *Casaubonus* pro Ἰνοῦς. Sic loquutus est *Amphis* ap. Nostr. L. I. p. 34. E. οὕτως ἐξελαύνει γὰρ σφόδρα Τήνδ', ὥςτε λῆρον τὰς ῥαφάνους ὄντως δοκεῖν. *Aristoph.* Lysistr. 859. εἴρηκ' εὐθέως ἡ σὴ γυνή, Ὅτι λῆρός ἐστι τἄλλα πρὸς Κινησίαν. *Procop.* in Panegyr. in Anastas. ap. *Villoison.* Anecd. T. II. p. 44. πρώην μὲν ἠπίστουν, καὶ μῦθος ἄλλως ἐδόκει μοι τοῦτο καὶ πλάσμα. Nec aliter locutus esse videtur *Libanius* T. IV. p. 146. 17. de muliere loquace, τὴν τοὺς κολοιοὺς καὶ ψάρας μῦθον ἀποφαίνουσαν. Vulgo sine sensu μικρὸν ἀποφ. — Iûs errores commemorans *Dio Chr.* Or. XI. p. 325. 42. videtur scripsisse: ὡςαύτως (vulgo ὡς δὲ) ἐκεῖνος ἔφη, καὶ τὴν Ἰὼ ἀφικέσθαι ἐκδοθεῖσαν εἰς Αἴγυπτον, ἀλλὰ μὴ βοῦν γενομένην. *) Rhetorico spiritu eosdem errores decan-

*) Idem error videtur tollendus Or. XXVII. p. 530. 12. ὡςαύτως γὰρ καὶ περὶ τὸ σῶμα ἔχουσι σχεδὸν οἱ ἀνόητοι.

tavit *Valer. Flacc.* IV. 346. sqq. in qua historia sensu caret V. 364. *qua fraude negaret Aut quos inventos timuisset Jupiter astus?* quae sic videntur scribenda:

aut quos inventus tentasset Jupiter astus?

P. 622. *A. V.* 252. In fr. *Strattidis* V. 2. medicam adhuc manum videtur expectare. V. 3. scribe, ὥς λέγουσ᾽, ὀνομάζετε. Pessime corruptus est V. 4. τὸν ἀλεκτρυόνα δ᾽ ὀρτάλιχον, τὸν ἰατρὸν δὲ Σακτάν. ubi et quartam et sextam sedem senarii spondeus occupavit. Vide an fuerit:

τὸν ἀλεκτρυόν᾽ ὀρτάλιχον δέ, τὸν ἰατρὸν δὲ δὴ σακτάν.

In particulis δὲ δή, quae saepissime junguntur, librarii non raro peccarunt. Apud *Dion. Chr.* Or. XXXVI. p. 94. 30. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο αἰσχύνομαι φράζειν. *Reiskius* mallet τὸ δὲ μετὰ τ. Tu scribe, τὸ δὲ δὴ μ. τ. Cf. p. 95, 30. p. 96, 46. Et iterum p. 99. 30. εὐειδῆ καὶ καλὸν ἀμηχάνως, πολὺ δὴ (Scr. πολὺ δὲ δή.) λαμπρότερον. Or. XLV. p. 202. 11. τὸ δὲ (Scr. τὸ δὲ δὴ) περὶ τούτων καθ᾽ ἕκαστον λέγειν, ἡγοῦμαι εἶναι περιττόν.

P. 622. *C. V.* 253. In ithyphallis V. 3. 4.

Etiam ap. *Nicostratum* in Flor. Stob. LXXIII. p. 446. μὴ λανθανέτω δέ σε ἡ γυνὴ ἐσθῆτα μὲν μείζονα ἢ κατὰ τὴν εὐπορίαν ἔχουσα· ὑποδήματα δὲ ὡς οὐθ᾽ ὡς πολλοῦ τινος ἄξια. legendum procul dubio, ὑποδήματα δὲ ὡσαύτως π. τ. α. Mox ap. Eundem lege: ὅτι τὸ ζῆν οὐδὲν ἂν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὅ τις ἂν φάγοι, ἢ ὅ τις ἂν πίῃ. pro ὅστις.

ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐφυρωμένος Διὰ μέσου βαδίζειν. ex variis Vir. doctt. conaminibus nihil eximie placet. Putabam equidem:

ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθῷ σφυρῷ μέγας
διὰ μέσου βαδίζειν.

recto vult pede deus incedere, ut ap. *Euripid.* Helen. 1464. ὀφείλω δ' οὐκ ἀεὶ πράσσειν κακῶς, Ὀρθῷ δὲ βαίνειν ποδί. simulque, ni fallor, respicitur id, quod τοὐρθὸν ἐξανίσταναι dicit Idem in Cycl. 168. *Pindar.* Isthm. VII. 18. ἀνίκ' ὀρθῷ ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ. *Callim.* in Dian. 128. τῶν οὐδὲν ἐπὶ σφυρῷ ὀρθὸν ἀνέστη. Cogita illos versus fuisse cantatos, dum phallus circumferebatur. Jam ὀρθὸν est *firmum*, *erectum.* Cf. *Marc. Argentar.* Ep. III. αὐτὸς ὁμοίως. Ὀρθὸν ἔχων, βύσσῳ τοῦτο περισκεπάσω. Ὀρθὸν οὖς ἱστάναι illustravit *Valcken.* ad *Herodot.* p. 337. Ap. *Philostr.* Vit. Apoll. V. 24. p. 206. ἥδετο δὲ παρ' αὐτοῖς Ἀπολλώνιος, καὶ τὰ ὦτα εἰς αὐτὸν Αἰγυπτίοις ὀρθὰ ἦν, lege, ᾔδετο. *celebrabatur.* *Themist.* Or. I. 1. A. οἱ δὲ πολλοὶ ἐπαινέται ἐκεῖνα μᾶλλον ὁρῶσί τι καὶ ᾄδουσιν ἐν τοῖς λόγοις. *Liban.* T. IV. p. 114. καὶ διὰ πάσης ᾔδετο γλώττης Ἀγαμέμνων ὁ Μυκηναῖος.

P. 623. *B. V.* 257. *Antiphanes* mugilis condiendi ratione descripta, exclamat V. 15. εἶτ' οὐκ ἐπῳδούς φασιν ἰσχύειν τινές· Ἐγὼ γὰρ ἤδη τρεῖς ὁρῶ μασσωμένους (lege μασωμένους) Σοῦ ταῦτα συστρέφοντος. Haec nemo interpretum recte accepit. Coquum, ut magum, laudat, qui arte sua omnes defigat et incantet. Hinc indignationem simulans, clamat, et sunt tamen, qui incantatores nihil posse dicant, quum hic jam tres

videam homines malas et labia moventes (non sponte, puta, sed coqui praestigiis ita cogentibus) dum tu has dapes *versas*. In verbo συστρέφοντος joci cardo est. Ut enim magi et veneficae to to rhombo similibusque instrumentis crebro versis homines vinciunt, sic coquus, dum obelos torquet. Hujus artis sunt vocabula στρέφεσθαι, δινεῖσθαι, *) δονεῖσθαι, quorum exempla dedit *Mitscherl.* ad *Horat.* XVII. Epod. 7. p. 623. quibus artibus adhibitis illi animas dicebantur *defigere* et *vincire.* Alterius horum vocabulorum exempla congessi in Miscell. philol. T. I. 1. p. 73. ad locum *Valerii Flacci* I. 783. ubi corrigo:

jamque exorabile retro
Carmen agens. Neque enim ante leves niger avehit umbras
Portitor, et vinctae (vulgo *cunctae*) *primis stant faucibus*
Orci.

P. 623. E. V. 259. Priora *Eupolidis* verba facile sic possunt adstringi numeris, Εὔπολις.. φησιν

ἡ μουσικὴ πρᾶγμ' ἐστι βαθὺ καὶ κάμπυλον.

quae sequuntur, ἀεί τε καινὸν ἐξευρίσκει τι τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις, fortasse non poëtae sunt sed

*) Haec mihi in mentem revocant locum *Platon.* in Lachete p. 187. E. οὔ μοι δοκεῖς εἰδέναι ὅτι ὃς ἂν ἐγγυτάτω Σωκράτους ᾖ λόγῳ, ὥσπερ γένει, καὶ πλησιάζῃ διαλεγόμενος, ἀνάγκη αὐτῷ . . μὴ παύσασθαι ὑπὸ τούτου περιαγόμενον τῷ λόγῳ, πρὶν ἐμπέσῃ εἰς τὸ διδόναι περὶ αὑτοῦ λόγον. Verba ὥσπερ γένει *Schleiermacherus* deleta velit. Sed non apparet, unde in textum venerint. Quare vide, an scribendum sit, ὥσπερ δίνῃ, *ceu vortici;* quae verba etiam melius post alterum λόγῳ, ante πρὶν collocaveris.

Athenaei. — *Theophili* autem Ecloga de vi musicae, καὶ γὰρ τὰ ἤθη παιδεύει, καὶ τοὺς θυμοειδεῖς καὶ τὰς γνώμας διαφόρους καταπραΰνει κ. τ. λ. comparari meretur cum loco *Dion. Chr.* Or. XXXII. p. 681. καίτοι τὰ τῶν Μουσῶν καὶ τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ἤπια δῶρα καὶ προσηνῆ· τὸν μὲν γὰρ Παιήονα καὶ Ἀλεξίκακον προσαγορεύουσιν, ὡς ἀποτρέποντα τῶν κακῶν, καὶ ὑγείαν ἐμποιοῦντα ταῖς ψυχαῖς καὶ σώμασιν (nihil opus τοῖς cum *Reiskio* inseri.) οὐ νόσον, οὐδὲ μανίαν, Τὰς δὲ παρθένους ὡς ἂν αἰδουμένας τε καὶ σώφρονας. Ἥ τε μουσικὴ θεραπείας ἕνεκα τῶν ἀνθρώπων εὑρῆσθαι δοκεῖ τῶν παθῶν (scribendum videtur cum Anglo, τῶν ἀνθρωπίνων εὑρ. δ. παθῶν) καὶ μάλιστα δὴ μεταστρέφει ψυχὰς ἀπηνῶς καὶ ἀγρίως διακειμένας. Διὰ τοῦτο καὶ φιλοσόφων ἔνιοι πρὸς λύραν αὐτοὺς ἡρμόσαντο ἕωθεν.... Οὐχ ἧττον δὲ καὶ παρὰ συνουσίας ἔδοξε πρέπειν ἡ Μουσικῆς δύναμις, ἁρμονίαν καὶ τάξιν αὐτόματον ταῖς ψυχαῖς ἐπεισάγουσα, καὶ τὸ σφαλερὸν τῆς ἐν οἴνῳ τέρψεως παραμυθουμένη μετὰ ξυγγενοῦς δυνάμεως· ὥσπερ αὐτῷ συγκεραννύμενον ἐμμελὲς γίνεται καὶ μέτριον. Postrema haec verba sic fortasse corrigenda: ὡς γὰρ αὐτῇ συγκ. *nam illa proclivitas, cum musica quodammodo mixta, concinna evadit et moderata.* Sic iterum p. 683. 30. contextus postulat ut legatur, ὡς γὰρ κακοὶ καὶ περίεργοι μάγειροι συντρίψαντες τοὺς νόμους, ἰδιώτας καὶ λίχνους ἀκροατὰς κινοῦσι. Vulgo ὥσπερ.

P. 624. *F.* *V.* 264. *Pratinae* locum ad membranarum vestigia sic scripserim:

μήτε σύντονον
Δώριδα δίωκε, μήτε τὰν ἀνειμέναν

'Ιαστὶ Μοῦσαν· ἀλλὰ τὰν μέσαν ἀεὶ
νεῶν ἄρουραν, Αἰόλιζε τῷ μέλει.

Quae hîc ab aliis mutuati sumus *ἰαστὶ μοῦσαν* et *νεῶν* longe sunt verissima; nec nostra tamen probabilitate destituta existimo. Interposui *δώριδα*, quod et contextui est aptissimum, et epitheto *σύντονον*. Vide quae de singulorum modorum vi et charactere monuit Noster p. 624. D. *Plato* de Rep. L. III. p. 398. E. sq. Ad verba *μέσαν νεῶν ἄρουραν* compara *Pindar.* Pyth. VI. 1. *ἢ γὰρ ἑλικώπιδος Ἀφροδίτης Ἄρουραν ἢ Χαρίτων ἀναπολίζομεν.* Nem. VI. 56. *Πιερίδων ἀρόταις Δυνατοὶ παρέχειν πολὺν ὕμνον.*

P. 628. *C. V.* 277. *Damone* Atheniense Pericles utebatur magistro secundum *Plutarch.* Vit. Pericl. c. 4. ubi locus laudatur *Platonis Comici*, apud quem Damonem interrogat nescio quis:

πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον ἀντιβολῶ· σὺ γὰρ
ὥς, φασιν, ὁ Χείρων, ἐξέθρεψας Περικλέα.

Sic haec distinguenda, ubi sunt, qui *ὦ Χείρων* legant; pessime. Dicta sunt haec per breviloquentiam, *tu Periclem educasti, sicut, quod dicitur, Chiron heroum filios, Achillem aliosque.* Eundem Damonem *Plato* passim commemorat, in Alcibiade I. p. 109. D. Lachete p. 180. D. p. 200. A. de Rep. L. III. p. 400. A. C. L. IV. p 424. C. De ejus exilio nonnulla tradit *Libanius* in Apol. Socr. T. III. p. 56. 11. *καίτοι φησὶν ἐπ' ἐλάττοσιν αἰτίαις ἐξελαθῆναι τὸν Δάμωνα· αὕτη δὲ μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αἰτίαν τοῦ καταλύειν τὸν δῆμον λαβεῖν, ὥσπερ τὸν νυνὶ κρινόμενον.* ubi voculae *αὕτη δέ*, fortasse ex vicinis syllabis ortae, delendae videntur.

P. 633. *C. V.* 297. In versu *Philetaeri*, ὦ Ζεῦ, καλόν γ' ἐστιν ἀποθανεῖν αὐλούμενον. haud paulo elegantiores erunt numeri, si scripseris,

ὦ Ζεῦ, καλόν γ' ἐστ' ἀποθανεῖν βινούμενον.

P. 634. *C. V.* 299. *Anacreon* V. 3. σὺ δ' ἡβᾷς, non est, *tu vero pubescis;* nec, *juvenum more insolescis;* sed, *tu vero gaudes*, ut ap. *Theogn.* v. 857. ἡβάοις, φίλε θυμέ. — Mox P. 634. F. V. 302. in *Ionis* Omphale verissima est vulgata, ὕμνων ἀοιδοί, nec est cur ἀοιδῇ corrigatur. Nam si quis dicit, *cantatrices, ornate hospitem*, sponte intelligitur, hoc *carminibus* et *cantu* fieri debere.

P. 636. *A. V.* 306. De versibus *Diogenis* Tragici consule cl. *Huschke* in Anal. crit. p. 109. — Depravatissimam in Dianam cantilenam P. 636. D. V. 308. Ἄρτεμι σοί μέ τι φρὴν ἐφίμερον ὕμνον ἱέναι τε ὅθεν ἅδέ τις ἀλλὰ χρυσοφανία κρέμβαλα χαλκοπαράα χερσίν. in hunc fere modum corrigendam esse suspicabar, Ἄρτεμι, οἰμᾷ τοι φρὴν ἐφίμερον ὕμνον ἱέναι, ἑτέρωθεν δέ τις ψάλλοι χρυσοφάνια κρέμβαλα χαλκοπάραα χερσίν. *Diana, hymnum edere mens ardet; ab altera autem parte crembala aliquis manibus pulset.* Οἰμᾷν. ὁρμᾷν. *Hesych.* Cf. *Eustath.* Ιλ. π. p. 1084. fin. ἑτέρωθεν dictum ut ap. *Theocrit.* Eid. XXII. 92. ἐκ δ' ἑτέρωθεν Ἥρωες κρατερὸν Πολυδευκέα θαρσύνεσκον. *Achill. Tat.* I. 14. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐκώκυσεν ὁ πατήρ· ἑτέρωθεν δὲ καθ' ἑαυτὸν ὁ Κλεινίας· καὶ ἦν θρήνων ἅμιλλα. — Quae sequuntur *Hermippi* verba ad anapaesticum rhythmum revocari possunt, si scripseris:

λεπάδας δὲ πετρῶν ἀποκόπτοντες
κρεμβαλίσουσιν.

pro κρεμβαλίζουσιν, quod metrum jugulat.

P. 638. *C.* *V.* 316. In *Alexidis* fr. revocato ex antiquis editionibus articulo, sublataque distinctione, quam cl. Editor invexit, lego:

Χορόνικος ὁ ποιητὴς ὁδὶ
τίνων ποιητὴς ᾀσμάτων;

hicce poëta Chorotiicus qualia canit carmina? — Mox E. V. 317. minus recte vulgo accipiuntur verba, τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τ' ἀρχαῖον ἀείδειν (ὁ δὲ Γνήσιππός ἐστιν ἀκούειν) κεῖνος νυκτερινὰ εὗρε μοιχοῖς ἀείσματ'... ubi primum glossema ὁ δὲ Γν. ἐ. ἀ. non ad praecedentia pertinet, sed ad κεῖνος, et post hoc vocabulum collocari debet. Deinde verba, quae parenthesin illam praecedunt, non id significant, quod vulgo volunt, sed potius, *Stesichori et Alcmanis et Simonidis carmina canere jam antiquum esse* i. e. neminem illa jam canere. Vocabulo ἀρχαῖον inhaeret notio *rei ineptae et absurdae;* ut ap. *Aristoph.* Nub. 1358. πρῶτον μὲν αὐτὸν τὴν λύραν λαβόντ' ἐγὼ 'κέλευσα Αἶσαι Σιμωνίδου μέλος, τὸν κριὸν ὡς ἐπέχθη· Ὁ δ' εὐθέως ἀρχαῖον εἶναι 'φασκε τὸ κιθαρίζειν... qui locus inprimis huc facit. *Idem* in Plut. 322. χαίρειν μὲν ὑμᾶς ἐστιν, ὦνδρες δημόται, Ἀρχαῖον ἤδη προςαγορεύειν καὶ σαπρόν. ubi vide *Spanhem. Dio Chr.* Or. XXXIII. p. 32. 1. σκώπτεται δὴ καὶ καταγελᾶται παρὰ τοῖς σοφοῖς καὶ νέοις ἡ τῆς φύσεως τέχνη, καθάπερ ἀρχαία τις οὖσα καὶ σφόδρα εὐήθης, ἀχρεῖα καὶ περιττὰ προςθεῖσα τοῖς σώμασι. — Proximum *Cratini* fr.

in tetrametros redigendum esse vidit *Grotius*, sed sensus non est integer. In talibus hariolari licet; hariolatus sum itaque *Cratinum* scripsisse:

τίς ἄρ' ἐρῶν τἀμ' ᾖδεν, ὦ Γνήσιππ'; ἔλεγον πολλῇ χολῇ·
οἴομαι γὰρ μηδὲν οὕτως μωρὸν εἶναι καὶ κενόν.

quis amans mea carmina cecinit, ut tua, o Gnesippe, canunt? — In sequ. ejusdem poëtae fr. claudicanti metro sic facillime succurres:

ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντί περ Σοφοκλεῖ χορόν.

Hanc formulam illustravit *Spanhem.* ad *Arist.* Ran. 94. *Kuster* ad Ran. v. 610. Apud *Liban.* T. IV. p. 295. εἰκότως ἂν οὖν ὁμοίως τοῖς κωμικοῖς καὶ τοῖς τραγικοῖς ποιηταῖς, ὡς παραιτησαμένοις καὶ μὴ βουλομένοις δέξασθαι, χρόνον ἀφίετε, καὶ ἐμοὶ συγχωρήσατε τὴν ἡσυχίαν ἄγειν. bene emendavit *Reiskius*, δέξασθαι χορόν, ἀφίετε... Sed praeterea scribendum, οἷς παραιτ. Hoc rectius, quam ὡς, quod *Reiskius* volebat, deleri.

P. 640. *D. V.* 324. *Cratetis* versus sic leviter corrigo:

πλακοῦντες, ἐπιδορπίσματ', ὠά, σήσαμα,
ὅλην λέγοντ' ἄν μ' ἐπιλίποι τὴν ἡμέραν.

pro λέγοντα. Paulo insolentior locutio, ἡ ἡμέρα ἐπιλίποι μ' ἂν λέγοντα ὅλην τὴν ἡμέραν. Sic haec accipienda. Vide dicta ad L. V. p. 220. F. Apud *Libanium* T. IV. p. 351. 10. scribe, ἐπιλείψει με ἡμέρα λέγοντα τῶν δουλευόντων τὰ ὀνόματα· καὶ οὐ τοῦτο οὕτως (vulgo οὐ τοῦτό πως) δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, εἰ τῶν Ἑλλήνων τινὲς τὴν ἐλευθερίαν ἀπολελώκασιν.

P. 641. D. V. 328. *Achaei* versus sic scribe,

α. θοίνῃ σε πρῶτον τέρψομεν· πάρεστι δή.
β. τὸ δεύτερον δὲ τῷ με κηλήσεις τρόπῳ;

P. 642. A. V. 330. *Antiphanis* in Ὁμοίοις verba, quae trochaïcis numeris decurrunt, sic levi negotio emendari possunt,

εἶτ' ἐπεισῆγεν χορείαν καὶ τράπεζαν δευτέραν,
καὶ παρέθηχ' ὑπεργέμουσαν παντοδαποῖσι πέμμασι.

pro καὶ παρέθηκε γέμουσαν πέμμ. παντοδ. Dactyli in imparibus sedibus apud Comicos offensioni esse non debent. — Mox in fr. *Anaxandridis* Vers. ultimum, qui et sensu caret et rhythmo, οὕτω παρέξων χρηστῶς οὐκ ἕξων ποτέ. sic restitue emendatione certissima,

οὕτω παρέξων χρηστὸς οὐκ ἕξων τότε.

sic *fatuus ego et ineptus* non ἕξων, sed παρέξων. Hunc usum τοῦ χρηστὸς illustravit *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 132. et ante eum *Herald.* ad *Tertull.* Apol. p. 34. Ex hac tamen observatione vix tuearis vulgatam lectionem ap. *Plutarch.* T. II. p. 524. F. οὐδεὶς γοῦν ἀπέχεται χρηστὸς ὄψου διὰ φιλοψίαν. ubi Viri doctissimi veram lectionem nondum reperisse videntur. — In proxima *Clearchi* Ecloga V. 2. sic videtur emendandus:

λάβ', ὦ 'γαθ'· οὐδὲν χεῖρον· ὁ παῖς ἔτ' ἐπιτίθει . . .

Ὁ παῖς dictum ex Atticorum consuetudine pro, ὦ παῖ. Addidi Articulum et ἔτι quod ante ἐπὶ facile praeteriri potuit. Simili quadam ratione juvandum est metrum in versu *Eupolidis* ap. *Stobae.* Flor. IV. p. 53. V. 4.

ἣν δέ τις τῶν ἐνθάδ' ὄντων μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν
Ἐπιτιθῆται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν.

ubi vulgo ἐπιθῆται legitur.

P. 642. *D. V.* 332. in *Alexidis* fr. V. 7. ὄψοισι καὶ ζωμοῖσιν ἀήδομ' ὦ θεοί. Vulgo ἥδομαι contra mentem poëtae; ἀήδομαι autem, quod recte monuit cl. Editor, sermonis analogiae adversatur. Quum in membranis legatur, ἡδ' ὀμωθεοί. suspicabar illum dedisse:

τούτοισι χαίρω, τοῖς δὲ κεκαρυκευμένοις
ὄψοισι καὶ ζωμοῖσιν οὐδάμ', ὦ θεοί.

i. e. οὐδαμά, quod non minus recte scribitur quam οὐδαμᾶ. — Mox in fr. *Ephippi* V. 1. χόνδρος μετά τ' εἰςῆλθεν, μύρον τ' Αἰγύπτιον. noli dubitare, quin scribendum sit:

χόνδρος μετὰ ταῦτ' εἰςῆλθε, μύρον τ' Αἰγύπτιον.

V. 3. *Coray* praeclare correxit θ' ἧκε pro θῆκε; sed quum ἴτρια primam producere soleat (vide *Schweigh.* ad *Athen.* T. I. p. 388.) verba sic videntur transponenda:

εἶτ' ἴτριά θ' ἧκε, τραγήματα, πυραμοῦς, ἄμης.

P. 644. *A. V.* 338. ap. *Platonem Comicum* conviva queritur, quod, diu ad mensam accumbens, ceteris omnibus largiter saginatis, solus negligatur. Vehementer trepidant Critici in emendando verbo ἐνιαυγίζομαι. Vide an ille scripserit:

μόνος δ'
ἄγευστος, ἄσπλαγχνός τ' ἐνιαυτὸν ἕζομαι.

ἐνιαυτὸν per hyperbolen pro *diu*, ut in vernaculo

quoque solemus loqui. — Paulo post versus *Menandri*, τὸν ἄμητα χαρίππου κέαι εἰς πέττιν τινά. sic videtur corrigendus,

τὸν ἄμητα χαρίσιόν τε πού κέλευέ σε
πέττειν τινά.

Similiter *Hermippus* p. 646. B. ἐξεπήδησ᾽ ἀρτίως Πέττουσα τὸν χαρίσιον.

P. 645. E. *V.* 344. Ἀριστοφάνης δ᾽ ἐν Δαναΐσι, καὶ ποιητήν φησιν αὐτῶν εἶναι ἐν τούτοις· μήτ᾽ ἅρμα εἶναι ἐγκριδοπώλην. Vexatissimum locum sic restitui posse putabam, Ἀρ. δ᾽ ἐν Δαναΐσιν οὐ πωλητὴς αὐτῶν φησιν εἶναι ἐν τούτοις·

μήτ᾽ ἄρα μ᾽ εἶναι
ἐγκριδοπώλην.

ubi vides unius literae transpositione rem peractam esse. Similiter in eadem litera peccatum ap. *Liban.* T, IV. p. 546. 17. καὶ τυραννίδος ὑποψίᾳ ἐμβάλλει. pro ὑποψίᾳ με βάλλει. Et paulo gravius ap. *Aristoxenum* in *Stob.* Flor. XCIX. p. 543. 3. οὐ γὰρ οἱ ταῖς ἐκ φαύλης, καὶ ἀσυμφώνου, καὶ ταραχώδους κράσεως εὔρυθμα καὶ καλά, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀγαθὰ τὴν ἀρχὴν γίνεται. ubi legendum videtur, οὐ γὰρ αἰτίας ἐκ φαύλης... Caeterum ἄρα restituo *Dioni Chr.* Or. XXXII. p. 668. 13. δέδοικας ἄρα (vulgo ἅμα) τὸ περὶ πάντων διεξελθεῖν. In versu *Philemonis* ap. *Stob.* T. CXIII. p. 584. 1. Scr. τί ποτ᾽ ἐστιν ἄρα διότι βούλεταί μ᾽ ἰδεῖν. Et statim lin. 9. μέγιστόν ἐστιν ἄρα τοῖς ἑπταικόσιν.

P. 649. *C. V.* 360. *Hermippi* verba sic digere, ut hiatus vitetur,

οἴμοι, τάλας, δάκνει, δάκνει,
ἀπεσθίει μου τὴν ἀκοήν.

Sic etiam μου encliticum a versus initio, ubi stare non potest, removimus. Haec mihi in mentem revocant fragm. *Archippi* Comici in *Schol. Aristoph.* Vesp. 416. Οἴμοι, τί ἐστί; μῶν ἔδωκε (Kusterus ἔδακε); τί σ' ἔδακεν; κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε, κἀπέβρυξέ τις Ἡ πανουργία τε καὶ θεοσεχθρία. Quae sic corrigenda et inter loquentes distinguenda existimo:

α. οἴμοι. β. τί ἐστι; μῶν ἔδακέ τι σ'; α. ἔδακε ναί.
καὶ δὴ μόνον οὐ κατέφαγε κἀπέβρυξέ με.
β. τίς ἡ πανουργία τε καὶ θεοσεχθρία;

P. 651. *F. V.* 371. *Melanippidis* locum vexatissimum sic fere restitui posse existimabam, τῶν γὰρ Ναΐδων, οὐκ ἀνθρωπίνων φόρευν μορφᾶν εἶδος, οὐδ' ἔργματα γυναικεῖ' ἄνεχον, ἀλλ' ἐν ἁρμάτεσσι διφρούχοις ἐγυμνάζοντ', ἀν' ἀνήλια ἄλσεα πολλάκι θήραις φρένα τερπόμεναι, ἱερόδακρυ λίβανον, εὐώδεις τε φοίνικας, κασίαν τε πατεῦσαι, τέρενα Συρίας γεννάματα. *Naïdum enim, non humanarum formarum gestabant speciem, nec muliebria sustinebant opera, sed currum agentes exercebantur, per umbrosa nemora saepe venando oblectantes animos, sacras thuris lacrymas fragrantes phoenicas et casiam calcantes, tenerum proventum Syriae.*

P. 652. *C. V.* 373. *Alexidis* verba lenissime decurrunt, modo recte distinguas:

εἰςέβαινον ἰσχάδες

τὸ παράσημον τῶν Ἀθηνῶν καὶ θύμου δέσμαι τινές.

Et sic P. 653. E. *Eubuli* quoque versus nihil impedimenti habebunt sic digesti,

ἀλλὰ παραλαβὼν ἀκράτῳ κροῦε καὶ δίδου πυκνὰς
καὶ βότρυς τρώγειν ἀνάγκαζ' αὐτὸν ἐξ οἴνου συχνούς.

P. 656. *B. V.* 388. verba *Strattidis* sic scribenda:

θερμάς τε κάπρου φλογίδας; ἔβρυκέ τε πάνθ' ἅμα.

P. 657. *A. V.* 391. Ut doceat δέλφαξ interdum genere feminino efferri, Noster laudat versum *Eupolidis*, sive potius miseras versus reliquias, οὐκ ἀλλευθιον δέλφακα ωδονθ' εἰστία καὶ μάλα καλήν. Quae sic corrigi posse putabam:

οὐ μάλ' ἑφθὴν δέλφακα νωδὸς εἱστιᾶται μαλθακήν;

nonne edentulus porcellum epulatur bene elixum et mollem? Novissima verba quin recte a nobis sint emendata, dubitare noli; de iis, quae in versus capite posuimus, res est incertior. — Proximus *Platonis* versus sic fortasse scribi debet:

πάρος φέρε δεῦρο τὴν κεφαλὴν τῆς δέλφακος.

pro πρόςφερε. — In *Theopompi* autem, qui sequitur, Senario, spondeus est in quarta sede, καὶ μὴν ἱερὰν ἡμῶν σφάττουσι δέλφακα. Tu scribe,

καὶ μὴν ἱερὰν σφάττουσιν ἡμῶν δέλφακα.

P. 658. *A. V.* 395. In *Aristomenis* versu ἀλί-

πάστα ταῦτα παρατίθημί σοι.. nullam necessitatem video cur κρέα addatur. Pedem, qui deest in versus initio, *Athenaeus*, ut plurimis aliis in locis, omisisse videtur, fortasse quia vocabulum ad praecedentem enuntiationem pertineret. — Paulo post F. V. 398. ἐγὼ δὲ φεύξομαι ἐλεύθερος γεγώς. fortasse verba transponenda:

ἐγὼ δὲ φεύξομαι γεγὼς ἐλεύθερος.

P. 659. *C*. *V*. 400. *Posidippi* fr. partem facit dialogi inter janitorem et coquum, qui e domo proditurus a janitore retinetur, ne quid secum auferat ille, timente. Haec verba, quae passim depravata sunt, sic constituenda esse suspicabar:

α. ἐβάδιζες ἔξω τῶν πυλῶν μάγειρος ὤν;
β. ἐντὸς πυλῶν γὰρ ἄδειπνος ἦν. α. πρότεινον οὖν.

Vulgo ἐντὸς π. παρμένων ἄ. ἦν. πρότερον οὖν... Quum forte γὰρ mutatum esset in παρ, librarius nomen proprium sibi videbatur agnoscere. Nam saepe nomina propria, notiora certe et communia, per compendium efferuntur. — Πρότεινον. *manum porrige, ut te nihil sub veste condere videam.*

P 661. *B*. *V*. 407. in *Athenionis* Ecl. V. 44. pro ὑπὲρ εὐσεβείας οὖν ἄφες παῦσαι λέγων. scribendum suspicor, ἀφεὶς παῦσαι λέγων. — Ultimum denique versum, τά τ' ἔνδον εὐτρεπῆ ποίει λαβών. sic facillime expleveris:

ὦ τάν, τά τ' ἔνδον εὐτρεπῆ ποίει λαβών.

P. 662. *V*. *A*. 410. *Posidippi* Eclogam inde a V. 3. sic scribendam esse suspicor,

ἔλεγεν, ὁ μὲν ὡς οὐκ ἔχει
ῥῖνα κριτικὴν πρὸς τοὔψον, ὁ δ' ὅτι τὸ στόμα
πονηρόν, ὁ δὲ τὴν γλῶσσαν εἰς ἀσχήμονας
ἐπιθυμίας, ἄσεπτά τε τῶν ἡδυσμάτων.

Hic primum scripsi ἔλεγεν pro ἔλεγον; nam unus coquus haec omnia in artis suae socios evomit. Tum articulum inserui ante στόμα. In ultimo tandem versu vulgo legebatur, ἐπιθυμίας ἔνια τε τῶν ἡδ. quod sensu caret. In ἄσεπτα prima syllaba a praecedente ας absorpta videtur. Rem turpem coquus ille significat, et linguae abusum ad libidines ἀποῤῥήτας.

P. 663. *A. B. V.* 414. ὠνομάσθη δὲ ἡ ματτύη... ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι, ὥσπερ καὶ ἡ μαστίχη καὶ τὰ μάλιστα καὶ ἡ μάζα. Fortasse scribendum, καὶ τὰ μασήματα καὶ ἡ μάζα.

P. 664. *C. V.* 418. Apud *Nicostratum* in descriptione coenae magnificae, coquus, primo et secundo missu explicato, εὖγέ τ' ἄνδρες, inquit, εὖ σφόδρ'· ἀλλὰ μὴν τῇ ματτύῃ Οὕτω διαθήσω... Paulo gravius in hac periodo desidero initium, quam quod *Casauboni* emendatio praestat. Fortasse scribendum,

εὐγενῆ
τάδ', ἄνδρες, εὖ σφόδρ'· ἀλλὰ μὴν τῇ ματτύῃ
οὕτω διαθήσω τὰ μετὰ ταῦθ', ὥστ' οἴομαι
οὐδ' αὐτὸν ἡμῖν τοῦτον ἀντερεῖν ἔτι.

Haec jam valde generosa erant et lauta; sed tertium missum, mat yâ appositâ, ita disponam, ut ne hic quidem (cavillatorem quendam designat digito) amplius contra sit dicturus. Εὐγενῆ pro εὖγε verum

esse vix dubitaverim. Id quod huic voci est oppositum *Sophocli* restituo ap. *Stobae.* Flor. T. XLI. p. 239. 34. ὅταν οἱ τ᾽ἀγαθοὶ πρὸς τῶν ἀγεννῶν κατανικῶνται. Qua lectione cum anapaestorum numeri corrumpantur, *Brunckius* in Fragm. nr. VII. p. 599. πρὸς ἀγεννήτων scripsit. Tu corrige, πρὸς τῶν ἀγενῶν.

Liber decimus quintus.

P. 665. *B.* *V.* 422. in *Platonis* fr. V. 3. *λίτρον* pro *νίτρον* positum esse putant, nam *nitro* in balneis utebantur, ut *ῥύμματι*. *Alciphron.* L. III. 61. *ὅσα ὑπέστην πράγματα, ῥύμματι καὶ νίτρῳ χαλαστραίῳ... τὴν γλισχρότητα ἀποκαθαίρων.* Idem L. III. 10. *ὁποίαν σε τὸ ὕδωρ ἢ τὸ ῥύμμα τὸ πρὶν ἐκάθηρεν.* Hinc corrige *Antiphanem* ap. *Stobae.* T. LXXII. p. 437. 22. *μὴ ὄμμασιν τὸ σῶμα λαμπρύνειν θέλε, Ἔργοις δὲ καθαροῖς καὶ τρόποις τὴν καρδίαν...* ubi *Generus* *χρώμασιν* emendavit, probante *Grotio* p. 316. At rectius, ni egregie fallor, leges,

μὴ ῥύμμασιν τὸ σῶμα λαμπρύνειν θέλε . . .

non enim de ornatu, sed de munditie agitur, quae non coloribus (*χρώμασι*) sed *nitro* similibusque medicaminibus (*ῥύμμασι*) paratur. *Aristoph.* Lysistr. 378. *εἰ ῥύμμα τυγχάνεις ἔχων, λουτρὸν ἐγὼ παρέξω.* ubi *Schol.* *τὸ παρ' ἡμῖν σμῆγμα, ἢ νίτρον, ἢ ῥύμμα.* Vide *Interpp.* *Hesychii* T. II. p. 1126. 24. *Themist.* Or. XXXII. p. 359. C. vir qui Aethiopem emerat, *ἀπονίζειν αὐτὸν ἐπειρᾶτο καὶ ἀποσμήχειν... ῥύμμασι χρώμενος καὶ χαλάστραις.* quem cum aliis laudat *Ruhnken.* ad *Timae.* p.

229. — Caeterum in *Platonis* verbis, unde progressi sumus, vix dubito, quin corrigendum sit:

νίπτρον παρέχων εἰςέρχομαι . . .

pro λιτρὸν παραχέων. *Philoxen.* L. IV. p. 147. E. ἔπειτα δὲ παῖδες νίπτρ᾽ ἔδοσαν κατὰ χειρῶν. Et iterum L. IX. p. 409. E. Aliter aquam deus παρέχειν dicitur ap. *Xenophont.* Oeconom. c. 20, 11. καί τοι ὕδωρ μὲν θεὸς ἄνωθεν παρέχει. ut pro vulgato ὁ ἄνω θεός, *Schneidero* praeeunte, legendum puto.

P. 665. *D. V.* 423. μετὰ ταῦτ᾽ οἶμαι καὶ περὶ κοττάβων ζήτησις ἦν. Illud οἶμαι, quod ab hoc loco alienum videtur, cl. Editor in ἡμῖν mutandum existimabat. Fortasse recte; nisi fuit μετὰ ταῦτα μακρὰ περὶ κοττ. ζ. ἦν. quod a vulgata proxime abest. Nam cum in Codd. α saepenumero sic scribatur, ut inferior linea sursum adscendat, facile fieri potuit, ut α confunderetur cum αι et οι. Ap. *Xenoph.* Anab. IV. 3. 12. ἔφασαν ἔχοντες τὰ ἐγχειρίδια γυμνοὶ ὡς νευσούμενοι διαβαίνειν. editiones ante *Zeunium* γυμνὰ legunt, quod mihi quidem praeferendum videtur. Quum enim ἐκδύντες dixisset, non opus erat γυμνοὶ adjicere. In Ejusd. Convivio c. 8, 13. ἢν δὲ καὶ ἀμφότεροι στέρξωσι. *Schneiderus* ἀμφότερα correxit rectius, quam *Heusde* in Spec. crit. p. 114. In *Libanii* Declam. T. III. p. 65. 7. πῶς οὖν πέμψετε θεωροὺς εἰς τὰ Πύθια, πῶς οἴσετε πορευθέντες; πῶς εὔξεσθε, fortasse πῶς ᾄσετε legendum, quod ad paeanas Delphis cantare solitos referri possit. Nec male tamen *Reiskius* θύσετε. Apud Eundem T. IV. p. 404. 25. ἴσμεν δὲ καὶ ὅσα ἠράσθημεν, οἵ τε ἄλλοι. Scr. καὶ ὅσοι ἠρ.

P. 666. D. V. 426. Depravatissimum *Platonis Comici* fragm. sic fere restituendum arbitror:

α. πρὸς κότταβον παίζειν, ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ
ἔνδον τὸ δεῖπνον σκευάσω πάνυ βούλομαι.
β. ἀλλ' ἄγε δὸς ὡς τάχιστα θυεῖαν παιστικήν·
φέρε τὴν θυείαν· αἶρ' ὕδωρ· ποτήρια
παραθές τε· παίζωμεν δὲ περὶ φιλημάτων.
. . . . α. ἀγεννῶς οὐκ ἐῶ
παίζειν· τίθεμαι δὲ κοττάβεια σφῷν ἐγώ,
τασδί γε τὰς κρηπῖδας, ἃς αὐτὴ 'φόρει,
καὶ τὸν κότυλον τὸν σόν. β. βαβαιάξ· οὑτοσὶ
μείζων ἀγὼν τῆς Ἰσθμιάδος ἐπέρχεται.

In *tertio* horum versuum, ubi vulgo legitur:

ἀλλ' ἄνεμος ἐστάλεις θυῖαν παῖς τεὸν

veram me *Platonis* manum restituisse existimo. Ubi utrum legatur ὡς τάχιστα, an ὡς τάχος, nihil interest; prius tamen nunc malim, ut propius ad vulgatam accedens ΕΣΤΑΛΕΙΣ, ultima vocabuli syllaba, ut sexcentis in locis, temere omissa. Offert se forte locus *Libanii* T. IV. p. 64. 11. εὐθὺς οὖν Ἀγαμέμνων ἐγγυήσει τὸ θυγάτριον; τί λέγεις; ὁ τὴν οὖσαν ἀφαιρούμενος, τὴν αὑτοῦ δώσει; καὶ τῆς αἰχμαλώτου φθονῶν, ἐγχειριεῖ τὴν παῖδα; ubi claudicantem comparationem eriges, si scripseris, τὴν ἀποῦσαν δώσει. Ibid. p. 778. 30. ἡ πάντων κρατέειν ἐθέλουσα τυραννὶς ἡ δ' ἐγὼ ἡ τλήμων ὀλοφύρω οὕνεκα κόρης. Scribe:

ἠδ' ἐγὼ ἡ τλήμων ὀλοφύρομαι οὕνεκα κούρης
τῇ ἔπι πόλλ' ἔπαθον, ποθέουσά τε μαρναμένη τε.

Sic etiam sanari posse videtur *Dio Chrys.* Or. XLIX. p. 251. 19. si scribas: ἀλλ' εἰκὸς αὐτὸν ἀεὶ καὶ

νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν φροντίζοντα, καὶ ἀγρυπνοῦντα τὴν φυλακὴν ταύτην ἔχειν. ubi vulgo ἀλλ' οὐκ αὐτὸν legitur. *)

P. 666. F. V. 427. In *Antiphanis* fragm. v. 5. ἐγὼ διδάξω καθ' ὅν, τρόπον scil. Haud scio an ille scripserit, καθ' ἕν. *sigillatim*; ut ἓν καθ' ἓν in *Lucillii* Epigr. II. καθ' ἓν ἕκαστον *Xenoph.* in Hellen I. 7. 20. qui locus distinctione juvandus est, καὶ ὅθεν μάλιστ' ἀληθῆ πεύσεσθε, καὶ οὐ μετανοήσαντες ὕστερον εὑρήσετε σφᾶς αὐτοὺς ἡμαρτηκότας τὰ μέγιστα ἐς Θεούς τε καὶ ὑμᾶς αὐτούς· (ξυμβουλεύσω δὲ ὑμῖν ἐν οἷς οὔθ' ὑπ' ἐμοῦ, οὔθ' ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου, ἔστιν ἐξαπατηθῆναι ὑμᾶς.) καὶ τοὺς ἀδικοῦντας εἰδότες κολάσεσθε, ᾗ ἂν βούλησθε δίκῃ, καὶ ἅμα πάντας, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον. quae sic lecta nihil jam obscuritatis habent.

*) Tollam ap. eundem scriptorem errorem in syllaba finali commissum Or. IV. p. 148. 4. ὁ οὖν Διογένης καταμαθὼν αὐτὸν τεταραγμένον, ἐβουλήθη μεταβαλεῖν αὐτὸν τὴν ψυχήν, ὥςπερ οἱ παῖδες τοῖς ἀστραγάλοις. ubi legerim: ὥςπερ οἱ παῖδας τοῖς ἀστραγάλοις, μεταβάλλουσι scil. quod lenius certe, quam in vulgata μεταβάλλονται, subaudire. Similiter p. 163. βουλόμενος αὐτὸν παραμυθήσασθαι, καθάπερ αἱ τίτθαι τὰ παιδία, ἐπειδὴ (Scr. ἐπειδὰν) αὐτοῖς πληγὰς ἐμβάλωσι. Or. VIII. p. 281. 25. καὶ πολλάκις παίζειν ἐν αὐτοῖς τὸν ἄνδρα τὸν τέλειον, ὥςπερ οἱ παῖδες τοῖς ἀστραγάλοις καὶ ταῖς σφαίραις ταῖς ποικίλαις. Illustre dictum hominis vaferrimi Lysandri Or. LXXIV. p. 399. 29. τὸν δὲ Λύσανδρον, τὸν Λακεδαιμόνιον, γνώμην ἀποφαίνεσθαι λέγουσιν, ὅτι τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις καὶ σφαίραις ἐξαπατᾷν δεῖ, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις καὶ χρήμασιν. Cf. *Plutarch.* Vit. Lys. c. 8. Opp. Mor. T. II. p. 229. B.

P. 667. C. V. 429. *Bacchylidis* verba sic videntur scribenda:

εὖτε τὴν ἀπ' ἀγκύλης σύ, τοῖςδε τοῖς νεανίαις
λευκὸν ἀντείνασα πῆχυν.

Vulgo, τὴν ἀπ' ἀγκύλης ἵησι, quod ex syllaba temere repetita oriri potuit. Ad nostram lectionem subaudi ἀφές. — Mox in fr. *Aeschyli* nullus dubito, quin legendum sit cum *Casaubono*:

Εὐρύμαχος οὖν, οὐκ ἄλλος . . .

ubi οὐκ antecedentem conjunctionem absorpsit. Similiter erratum ap. *Xenophont.* K. Π. VII. 5. 25. οὐκ ἂν ἀμελεῖν δέοι, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀλλ' ἰέναι, ἵνα ἀπαρασκεύους ὡς μάλιστα λάβωμεν τοὺς ἄνδρας. ubi quum copula desiderari videatur, legendum, οὐκ ἂν οὖν ἀμελεῖν δέοι. non enim opus esse arbitror cum *Mureto* μέλλειν emendari, quum ἀμελεῖν pro ῥαθυμεῖν passim occurat. Conf. Hellen. VII. 4. 16. et 26. Etiam in Cyrop. VII. 5. 76. verius est, quod libri quidam offerunt, οὔκουν δεῖ ἀμελεῖν, οὐδ' ἐπὶ τὸ αὐτίκα ἡδὺ προϊέναι. quam quod vulgo legitur, οὔκουν δεῖ μέλλειν. In Anabasi quoque L. VII. 3. 2. legerim ἀναστὰς οὖν ὁ Σεύθης συνεξέπιε. In *Dion. Chrysost.* Or. LXI. p. 314. 40. et οὖν inserendum et sensus distinctione juvandus est: καὶ ταῦτα οὐ παρέργως ἔχοντος πρὸς αὐτὴν τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ καὶ φανερῶς ὁμολογοῦντος, προτιμᾶν τῆς αὑτοῦ γυναικός· τοσαῦτα οὖν ἀπολείπουσαν καὶ τηλικαῦτα ἀγαθά, καὶ τὸ μέγιστον ἐραστήν κ. τ. λ. Etiam in fr. *Teletis* ap. *Stobae.* XCI. p. 510. 30. scripserim: ταῦτα οὖν ἐν τῷ πλούτῳ πρόςεστι.

P. 668. *A. B. V.* 432. *Achaei* locum ex Lino sic scripserim equidem:

> ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες, τίν' οὐ
> λέγοντες! ἦ κάλλιστον, Ἡρακλεῖς, λάταξ.

Sane nihil, o Hercules, cottabo pulchrius!

P. 669. *B. V.* 437. ἵνα μὴ ὁ Οὐλπιανὸς βρενθύηται ὡς ἐκ τῶν ἀποθέτων τοῖς Ὁμηρίδαις μόνος ἀνασπάσας τὰ κοττάβια. Non memor fuit ad hunc locum cl. Editor verborum *Platonis* in Phaedro p. 252. B. λέγουσι δέ, οἶμαι, τινὲς Ὁμηρίδαι ἐκ τῶν ἀποθέτων ἐπῶν δύο ἔπη εἰς τὸν Ἔρωτα. ubi doctissimus *Platonis* interpres, *Heindorfius*, *Wernsdorfii* de ἀποθέτοις ἔπεσι opinionem amplectitur, ad *Himer.* p. 430. qui *brevia* et *recisa* poëmatia fuisse arbitrabatur; aliter atque *Heynius* ad *Homer.* T. VIII. p. 793. qui de *reconditis*, *minusque notis* accipit; calculum ei adjiciente *Heinrichio* in Prolus. prima de diasceuastis Homericis p. 15. Nostrum locum nemo horum commemoravit, in quo verba ἀνασπάσας τὰ κοττάβια, quae cl. Editori videbantur obscura, pro *eruere*, *in lucem protrahere* dicta videri debent.

P. 670. *D. V.* 440. in loco *Clearchi*, ubi cur ii, quibus potantibus corona solvitur, amore capti existimentur, inquiritur, ἢ διὰ τὸ πολλάκις τοὺς ἐρῶντας διὰ τὴν πτοίησιν, ὡς ἔοικε, στεφανουμένους περιῤῥεῖν αὐτῶν τὸν στέφανον, ἀντιστρέφομεν τῇ ὑπονοίᾳ τὸ πάθος. legendum videtur, ἢ διὰ τὸ πολλάκις... στρεφομένους, qui sunt accusativi absoluti: *quia amantibus, ob vehementiorem animi perturbationem, crebro sese vertentibus corollae defluunt.* Mox: στεφανοῦσι δὲ τὰς τῶν ἐρωμένων

θύρας, ἤτοι τιμῆς χάριν, καθαπερεί τινος θεοῦ, τὰ πρόθυρα στεφανοῦσιν αὐτῶν... fortasse scribendum et distinguendum: στεφανοῦσιν...; καθαπερεί τινος θεοῦ τὰ πρόθυρα, στεφάνοισιν αὐτῶν. Librarius enim, quum στεφάνοισιν scribendum esset, scripsit id, quod ei adhuc in calamo haerebat et auribus. Similiter erratum est ap. *Libanium* T. IV. p. 242. 25. ὅτι τοῦτον μὲν τὸν δῆμον οὐχ ἡ πάντα κινήσασα τοῦ βαρβάρου στρατιά, καὶ πεζεύσασα μὲν διὰ γῆς, πεζεύσασα δὲ διὰ θαλάσσης.. ubi quum librarii oculus ad proxima verba aberraret, πεζεύσασα scripsit pro καὶ πλεύσασα μὲν διὰ γῆς. De eadem expeditione Idem p. 384. 21. τὸν ἀναλώσαντα πινομένους ποταμούς, τὸν ὑπὸ γῆν μὲν δείξαντα θάλασσαν, τριήρεις δὲ πλεούσας δι' ὀρῶν μέσων. ubi ὑπὸ aut delendum, aut cum ὁπλίταις permutandum; ut p. 397. 1. ποταμοὺς δὲ ἤλεγξεν ἡ στρατεία πιοῦσα... γῆν δὲ ποιεῖ τοῖς ὁπλίταις, καὶ ταῖς τριήρεσι τὴν θάλατταν. quem locum attigit *Wesseling.* ad *Herodot.* VII. p. 536. 33.

P. 678. E. *V.* 472. *Alexidis* fragmento vitium inhaeret a nemine animadversum,

ὁ τρίτος δ' οὗτος ἔχει
σύκων κυλιστὸν στέφανον.

ubi trochaeus quintam senarii sedem debilitat. Num οὕτως ἔχει legendum? quod lenissimum foret; an?

ὁ τρίτος δ' οὗτος πλέκει
σύκων κυλιστὸν στέφανον.

describuntur enim, ut ex sequentibus mihi intelligere videor, defunctorum jucundae occupationes.

Pindar. Ol. II. 135. ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ στεφάνοις.

P. 679. *D. V.* 476. In *Eubuli* fragmento priore de Senariis jambicis cogitari non debet; dactylici versus sunt et anapaestici, quod recte vidit *Fiorillo.* Sed in fine, ubi vulgo habetur, τίς γὰρ οὐτὸν ἔχουσα φιλήσει; vide an non scribendum sit;

τίς γὰρ ἂν αὐτὸν ἔχουσ' ἀφίλητος;

nam quae puella, hac corona instructa, non amatorem invenerit? ἂν ante αὐτὸς excidisse videtur etiam in *Xenoph.* K. II. III. 3. 6. ἐνόμιζε γὰρ εἰ ἕκαστος τὸ μέρος ἀξιέπαινον ποιήσειε, τὸ ὅλον αὐτῷ καλῶς ἔχειν. Scribe: τὸ ὅλον ἂν αὐτῷ κ. ἕ. Obiter corrigere conabor *Libanium* T. III. p. 400. de Philippo Macedone: τοῦτο δὲ δυνηθεὶς ταχὺ καὶ ῥαδίως δεύτερον ἕτερον ἐζήτει sic *Reisk.* pro ζητεῖν) τοῦ προτέρου μεῖζον ἀντὶ τῶν ἀπολομένων τὰν Πυλαίᾳ (vulgo ἀντὶ ἀπολογουμένων τῶν πυλ.) συνδιοικεῖν... Θετταλοὺς μὲν οὖν καί τινας ἑτέρους τῶν πάλαι μεμαθηκότων ἀκαίρως κερδαίνειν, ᾤετο ἂν αὐτὸν (vulgo ᾤετο δ' αὐτὸν) ὡς ἥδιστα δέξασθαι καὶ γνησιώτερον Φωκέων Ἀμφικτύονα κρίνειν. *existimabat illos se libentissime recepturos et Phocensibus praestantiorem Amphictyonem judicaturos esse.* Apud Eundem T. IV. p. 6. 4. τὴν αὐτὴν ᾤμην αἰδῶ σώζεσθαι πρὸς τὸν θεόν. *Reiskius* mallet σωθήσεσθαι. Tu scribe minori mutatione, ᾤμην ἂν αἰδῶ σώζεσθαι. Vide quae de hoc usu particulae ἂν post verba *existimandi, judicandi, sperandi,* similia, nuper erudite monuit *Wunderlich* in Observatt. crit. ad Aeschyli Tragoed. p. 175. sq.

P. 680. *D. V.* 480. Fragmentum ex Epigrammate *Simonidis* pessime depravatum

Φοῖβος ἐξαγεῖται Τυνδαρίδῃσιν ἀοιδῆσαν
ἄμετροι τέττιγες ἐπεστέψαντο χορωνῷ

cujus sensum *Casaubonus* sagaciter enucleavit, sic fortasse restitui debet,

Φοῖβος ἐξαγεῖται Τυνδαρίδῃσιν ἄδην·
ἀλλ' ἄμετροι τέττιγες ἐπεστέψαντο χορωνῷ.

Phoebus Tyndaridas artem suam satis et abunde docuit; at cicadae artis expertes et indoctae sibi ipsis victoriae coronam adjudicaverunt. Sic minima mutatione et sensum et metrum restitutum vides.

P. 681. *C. V.* 483. *Clearchus*: ὅρα τοὺς τὸ κοσμοσάνδαλον ἀνευρόντας Λακεδαιμονίους, οἳ τὸν παλαιότατον τῆς πολιτικῆς κόσμον συμπατήσαντες ἐξετραχηλίσθησαν. Vulgatam ἀνευρόντας ferri posse existimo, sic acceptam: *qui primi cosmosandalo uti coeperunt ad coronas*, οἱ τοὺς τοῦ κοσμοσανδάλου στεφάνους ἀνεῦρον. Caeterum de prisca Lacedaemoniorum disciplina, a qua post Lysandri tempora coeperunt desciscere, *Musonius* ap. *Stobae.* T. LXXXIII. p. 489. 52. τεκμήρια δὲ τούτων αἱ τῶν ἐφήβων ἐκεῖ καρτερήσεις, ἐθιζόμεναι φέρειν λιμόν τε καὶ δίψος, καὶ μετὰ τούτων ῥίγος, ἔτι δὲ πληγὰς καὶ πόνους ἄλλους· σεμνοῖς ἔθεσιν οἱ πολλοὶ Λακεδαιμόνιοι τραφέντες, ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων ἦσάν τε καὶ ἐνομίζοντο. quem locum passim depravatum sic emendandum suspicor: ἐθιζομένων φέρειν λιμόν τε... καὶ πόνους ἄλλους· ἐν οὕτω σεμνοῖς ἔθεσιν οἱ παλαιοὶ Λακεδαιμόνιοι τραφέντες... Dictum ἐν σεμνοῖς ἔθεσι τρέ-

φέσθαι ut ap. *Xenoph* Hellen. II. 3. 17. ἐν ἐλευθερίᾳ τετράφθαι K. II. IV. 5. 17. οὐκ ἐν χλιδῇ τεθράμμεθα. *Aelian.* V. H. XIII. 1. καὶ ἐτρέφετο ἐν ὀρείῳ τῇ τροφῇ. Vocabulum παλαιὸς restituendum fortasse *Xenophonti* in Anab. I. 8. 6. Κῦρος δὲ ψιλὴν ἔχων τὴν κεφαλὴν εἰς τὴν μάχην καθίστατο· λέγεται δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Πέρσας ψιλαῖς κεφαλαῖς ἐν τῷ πολέμῳ διακινδυνεύειν. ubi primum *Hutchinsonus* bene monuit ψιλαῖς ταῖς κεφαλαῖς pugnare dici eos, qui caput non galea, sed tiara, tegant. Et Cyrum quoque in pugna cum Artaxerxe tiaram in capite gestasse, auctor est *Ctesias* ap. *Plutarch.* V. Artax. c. 11. ἀποπίπτει δὲ τῆς κεφαλῆς ἡ τιάρα τοῦ Κύρου. At reliquos quoque Persas in Cyri exercitu ψιλαῖς ταῖς κεφαλαῖς pugnasse, id quidem falsissimum est. Quare vide an ille dederit: λέγεται δὲ καὶ τοὺς παλαιοὺς Πέρσας ψιλαῖς ταῖς κεφαλαῖς ἐν τῷ πολέμῳ διακινδυνεύειν. qua lenissima mutatione omnis tollitur dubitatio, quae *Weiskium* commovit, ut haec verba, ut *Xenophonte* indigna et ab hoc loco aliena, e textu circumscriberet. De more ipso conf. *Brisson.* de R. P. p. 659. XXIV. Adverbium πάλαι in πάλιν abiisse videtur ap. *Liban.* T. III. p. 17. πάλιν τοίνυν ὥσπερ ἠδίκει, μὴ πάλιν κρίνων Σωκράτην. ubi sensus postulat, ut scribatur: πάλιν τοίνυν π ῶ ς ο ὐ κ ἠδίκει, μὴ π ά λ α ι κρίνων Σωκράτην; Conf. p. 14. 13. Et ap. Eund. T. IV. p. 115. 14. ubi Agamemnon inducitur, dum conjugem relicturus, φύλαξ, inquit, τῆς οἰκίας ἔσο πιστή· καὶ μεῖνον ἀπόντι πάλιν γυνή, καὶ τοῖς παισὶ μήτηρ καὶ πατὴρ ἀντ' ἐμοῦ. fortasse scribendum: καὶ μεῖνον ἀπόντι ἡ πάλαι γυνή. Contra T. IV. p. 440. 23. πότε πλὴν τοσούτους δείξεις διὰ μοιχείαν ἐννόμως ἀνῃρημένους. scribendum,

πότε πάλιν. Obiter moneo ap. *Diodor. Sic.* L. IV, 5. p. 251. ex optimis codicibus scribendum videri: δίμορφον δ' αὐτὸν δοκεῖν ὑπάρχειν, διὰ τὸ δύο Διονύσους γεγονέναι, τὸν μὲν παλαιὸν αὐτῶν καταπώγωνα.. τὸν δὲ νεώτερον ὡραῖον.

P. 682. *D. V.* 488. Exercuit interpretes locus de myrtorum quodam genere, φιλάδελφον appellato: ἐπειδὰν γὰρ ἔκ τινος διαστήματος αὐτομάτως κραδαὶ συμπέσωσιν, ἐμψύχων περιπλοκῇ, ΈΝΤΩι μένουσιν ἡνωμέναι, καθάπερ ἀπὸ ῥίζης μιᾶς, καὶ τὸ λοιπὸν ἀνατρέχουσι καὶ ζωοφυτοῦσι. Minore, quam alii, mutatione correxerim: ὡς ἐν ἐμψύχων περιπλοκῇ, ΟΥΤΩ μένουσιν ἡνωμέναι. Sic οὕτω in apodosi eleganter poni, nemo ignorat. Etiam ap. *Dion. Chrys.* Or. III. p. 140. 11. καὶ οὐχ οὗτος ἡγεῖται μακάριον, ὅτι ἔξεστι κεκτῆσθαι καλλίστους μὲν ἵππους, κάλλιστα δὲ ὅπλα fortasse scribendum: καὶ οὐχ οὕτως ἡγεῖται μακάριον. *nec sic* i. e, *nec propterea se beatum existimabat.* *Liban.* T. III. p. 23. 2. καὶ τίς οὐκ ἂν εὔξαιτο (vulgo οὐ συνεύξαιτο) τοῖς αὐτοῦ παισὶν οὕτω (vulgo τῷ) φανῆναι τοῖς Ἕλλησιν. Apud *Parthenium* autem in Erot. c. XI. ἀποστυγήσαντα δὲ οὕτως τὸν Καῦνον περαιωθῆναι, cave cum *Legrandio* οὕτως mutes in τοῦπος. *Herodotus* L. V. 86. οὐ δυναμένους δὲ ἀνασπάσαι ἐκ τῶν βάθρων αὐτά, οὕτω δὴ περιβαλλομένους σχοινία ἕλκειν.

P. 683. *C. V.* 491. in Ecloga *Nicandri* V. 19.

πολλάκι δὲ στέφος αὐτὸ κορυμβήλοιο φυτεύσαις
θράσκιον η αργο πανηε κλαδέεσσι πλανήτην,
βλαστοδρεπιδεχύτοιο.

Corruptissima verba sic correxerim equidem, *Casauboni* vestigia premens,

θρώσκοντ' ἀργοπόδην ἠδὲ κλαδέεσσι πλανήτην
βλαισόν τ',

quae non ad στέφος proxime praecedens, sed per synesin ad κισσὸν referri debent. Recte me βλαισὸν scripsisse, apparet ex Epigr. *Simmiae* I. Anal. T. I. p. 168. ἐν σκηνῆσι τεθηλὼς Βλαισὸς Ἀχαρνίτης κισσὸς ἔρεψε κόμην. quod illustratum dedi in Animad. T. I. P. I. 330. sq. Etiam θρώσκοντα habet, quo se tueatur. *Erycius* Ep. XIII. σκηνίτης μαλακοὺς κισσὸς ἄλοιτο πόδας. Et ap. *Philippum* Ep. XLV. hedera χορεῦσαι dicitur.

P. 684. *C. V.* 495. In eadem *Nicandri* Ecloga V. 63. iterum pessime legitur

ὅσσα τε τύμβοι
φάσγανα παρθενικαῖς νεόχου παισὶν ἀμφιχέονται.

quae sic fortasse scribenda sunt:

ὅσσα τε τύμβῳ
φάσγανα παρθενικαῖς νεόδουπα συναμφιχέονται.

ubi τύμβῳ legas, an, quod aliis placuit, τήμβοις, perinde est; sed vulgatam παρθενικαῖς intactam reliqui, Colophonium schema *Nicandri* ingenio convenire existimans. Vide *Valcken.* ad Phoen. p 32. cum quo comparandus *Brunckius* ad Phoen. v. 85. ad Antig. 862. *Porson.* ad Phoen. 86. — νεόδουπος formatum ut μεσόδουπος: *gladioli, qui recens abscissi sive decerpti tumulis puellarum circumfunduntur.* Quod syllabas νεοχου παισιν ἀμφιχ. sic, ut feci, distribui, nemo facile improbaverit. Similiter in Eurip. Electr. v. 435. ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελφὶς Πρώραις κυανεμβόλοισιν εἱλισσόμενος. correxerim:

πρώραις κυανεμβόλοις συνειλισσόμενος.

Et in fragm. *Pempeli* ap. *Stob.* T. LXXVII. p. 461. 3. parentes liberis carissimi ζῶντες μέχρι τᾶς ἐσχάτας βιοτᾶς, καὶ ἐφέρποντες αἴζηοῖς νέοις ποθεινοί. scribo, αἴζηοῖς συνετοῖς ποθεινοί. Sequitur enim: τοῖς δὲ φλαύροις καὶ ἀσυνέτοις εὖ μάλα φοβοειδέες καὶ ζοφεροί. Aliter *G. Koenius* ad Gregor.. p. 112. Quid vetat et alia quaedam exempla syllabarum male distractarum adjicere? Apud *Libanium* T. III. p. 408. 18. οἰόμενος δὲ αὐτοὺς μάχη μὲν οὖν ἂν ἁλῶναι, δῶρ' ἔτ' ἂν ἴσως ἕτοιμος ἦν τὰ μὲν δοῦναι, τὰ δὲ ἀποδοῦναι. *Reiskius* sensum bene perspiciens, non tamen intellexit scribendum esse: δωρεὰν ἴσως ἕτοιμος ἦν τὰ μὲν δοῦναι. *) Ibid p. 411. 1. ὑμεῖς τοῦτον τὸν ἐπίορκον καὶ πανοῦργον καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἐχθρὸν ἐ ξ ε ῖ ν α ι τ ο ι ο ῦ τ ο ν, ἐγκατεστήσατε τῇ πυλαίᾳ ῥαδίως. Verba depravata ἐξεῖναι τοιοῦτον, ut aliena uncis inclusit. Fortasse corrigendum: ἐξὸν ἀπωθεῖν. *quum eum repudiare et prohibere licuisset.* Sic p. 422. 10. ὁ γὰρ ἐξὸν ἐπισχεῖν μὴ κωλύσας ἐπέτρεψε δεδρακέναι. Mox in eadem oratione p. 412. 6. σὺ δὲ ἔασον ἰσχῦσαι τῷ συνεδρίῳ τὸ νόσημα. lege, sensu flagitante, σὺ δὲ εἴας ἐνισχῦσαι. Iterum p. 415. 5. δεινὴ γὰρ ἡ φιλοτιμία τἀνθρώπου, καὶ πρὸς τοὺς ἐλευθερίας ἐπιθυμοῦντας μῖσος· ταῦτ' οὖν ἐκεῖνος εἴποι ἂν μηδὲν οὕτω θαυμάζειν, ὥστε αὐτοὺς ἀπολλύναι. scripserim:

*) Ibidem paucis versibus ante, ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἀφέστηκα τοῦ πράττειν ἂν τὰ νῦν ἐνεγκεῖν διὰ τὸ μὴ, περὶ τὰ ἄλλα βεβλάφθαι τὴν πόλιν, ὥστ' οὐδ' ἂν . . . *Reiskius* corrigit, τοῦ πράως ἂν . . ἐνεγκεῖν. sed propius ad vulgatae ductus πρᾳότερον scripseris.

μῖσος τοσοῦτον ἔχει, ὥστ' εἴποις ἂν μηδὲν οὕτω θαυμάζειν, ὥστε αὐτοὺς ἀπολλύναι. *tantoque in libertatis amantes odio flagrat, ut facile dixeris, eum nihil adeo cupere, nisi ut omnes pereant.* Apud *Stobae.* T. XCV. p. 521, 23. χαλεπὴ γὰρ διδάσκαλος ἡ πενία τοῦ μικρὸν φρονεῖν. *Gesnerus* μικρὸν expungendum esse monet; vix recte. Sed scribendum, ni fallor, τοῦ μετριοφρονεῖν. *Diodor. Sic.* in Exc. T. II. p. 504. 51. τοῖς δὲ ἰδίοις συμπτώμασι τοὺς ἄλλους ἐδίδαξε μετριοφρονεῖν.

P. 684, *F. V.* 497. ἀπὸ τούτου δέ φησι τοῦ ἄνθους. Vide de hoc loco *Valckenarium* ad Callim. Eleg. fr. p. 168.

P. 685. *D. V.* 500. in fr. *Nicostrati* cl. Editor recte reposuit, τὴν δευτέραν τράπεζαν εὐτρεπῆ ποίει, pro εὐπρεπῆ. Illud rectius legeris etiam ap. *Heliodorum* L. IV. 17. καὶ τὴν Χαρίκλειαν εὐτρεπῆ καὶ ἅπαντα προειδυῖαν. pro vulgato εὐπρεπῆ. Ibidem c. 18. obiter corrigo: πᾶσαν εἰς σὲ προσδοκίαν σωτηρίας ἀνάψαντες. pro ἀναῤῥίψαντες. *Plutarch.* V. Lycurg. c. 6. ὅτι τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς πολιτείας εἰς τὸν Πύθιον ἀνῆψε. *Eurip.* Med. 798. ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων. Cf. notata ad *Meleagri* Ep. XLIV. Anim. ad Anth. T. I. P. I. p. 62. sq. et *Stephani* Thes. Gr. L. T. I. p. 496. E. F.

P. 686. *A. V.* 502. *Sophoclis* fr. recte emendavit cl. Editor et acute explicavit, nisi quod, distinctione mutata legendum,

ὅδ' ὡ'νὴρ οὐ, πρὶν ἂν φάγῃ καλῶς,
ὅμοια καὶ βοῦς ἐργάτης, ἐργάζεται.

rectius enim junxeris φάγη καλῶς, quam καλῶς ἐργάζεται. Ut h. l. pro ὁ δ' ἀνὴρ est repositum, sic scribe etiam in *Eurip.* Electra v. 43. ἣν οὔποθ' ὡ'νὴρ ὅδε (i. e. ἐγώ) σύνοιδ' ἐμοὶ Κύπρις, ᾔσχυνεν εὐνῇ. Ibid. paulo ante v. 32. scribe: Ἀγαμέμνονος παῖς, χρυσὸν εἶφ' ὅς ἂν κτάνῃ pro εἶπεν. ne anapaestus sit in quinta sede, quem neglexit novissimus editor, ut etiam in Hercul. Fur. 454. ὦ τέκν', ἀγόμεσθα ζεῦγος οὐ καλὸν νεκρῶν.. Scr. ἀγόμεθα. In Electra v. 349 scribe iterum: τί φασιν; ὡ'νὴρ ἔστι καὶ λεύσσει φάος. Vulgo ἀνήρ ἐστι. quod foret: *num vir est, virilem animum gerit?* quod ab h. l. alienum. *) V. 364. πρὸς θεῶν, ὅδ' ὡ'νήρ, ὅς συνεκκλέπτει γάμους. et v. 380. οὗτος γὰρ ὡ'νήρ.

P. 688 *A. V.* 510. In fr. *Sophoclis*, θυμῷ δ' οὔτι φαιδρὰ χορεύει τάρβους θηγάτηρ. Quum vix ferri posse videatur, tremulam cordis palpitationem, quae terrore movetur, φαιδρὰν θυγατέρα τάρβους appellari, nec φαιδρὰ χορεύειν de corde trepido apte dicatur, *Casaubonus* Φαῖδρα corrigendum suspicatus est, novissimus autem editor φαιδρὰ pro φανερῶς positum velit. Neutrum valde arridet. Mallem utique:

θυμῷ δ' οὔτι λαιδρὰ χορεύει
τάρβους θυγάτηρ.

*) In encliticarum prosodia saepenumero peccatur. *Dio Chr.* Or. IV. p. 150. 42. ἀλλ' οὐδέ, ἔφη, ἐστὶ βασιλεύειν κακῶς. Scr. ἔστι. i. e. ἔξεστι. Ibid. Or. VIII. p. 283. 39. οὐδὲ γὰρ ὥςπερ πρὸς τοὺς πολεμίους εἶναι φύλακας καταστήσαντας καθεύδειν. *Reiskius* corrigit, τοὺς πολ. ἐστὶ φ. saltem ἔστι scribendum. Sed verius fuerit, πρὸς τοὺς πολ. ἕνι φύλ.

Hesych. λαιδρός, λαμυρός, ἀναιδής, δεινός, θρασύς. Conf. *Ruhnken.* Epist crit. p. 88.

P. 690. *D. V.* 520. *Pherecratis* fr. ex Λήροις.

ἔστην δὲ κἀκέλευον ἐγχεάσθαι νῷν
μύρον βρένθιον, ἵνα τοῖς ἰοῦσιν ἐγχέῃ.

ubi sextam versus prioris sedem spondeus occupat, secundam alterius dactylus, nemo Editorum attigit. Fortasse verbis transpositis leviterque immutatis scribendum

ἔστην δὲ κἀκέλευον ἐγχεῖσθαι μύρον
νῷν βρένθιον

reliqua utrum sana sint an corrupta, non definio. Mox in fragm. *Strattidis* ex Medea primus senarius iterum in spondeum exit. καὶ λέγ' ὅτι μύρον φέρεις αὐτῇ. ubi iterum verbis transpositis scripserim:

καὶ λέγ' ὅτι μύρον αὐτῇ φέρεις.

P. 691. *A. B. V.* 523. Ναρδίνου δὲ μύρου μέμνηται Μένανδρος ἐν Κεκρυφάλῳ οὕτως

ἡδὺ τὸ μύρον, παιδίον, ἡδύ. πῶς γὰρ
οὐ νάρδιν ν.

Haec vide an in hunc modum emendari possint:

α. ὡς ἡδὺ τὸ μύρον, παιδίον; β. ἡδύ· πῶς γὰρ οὔ;
οὐ νάρδινον;

ὡς fortasse restituendum *Dioni Chrys.* Or. XXIX. p. 540. 47. τοῖς γὰρ μηδὲ εἰδόσιν, οὐδὲ πιστεῦσαι ῥᾴδιον, τοσούτοις ἀνταγωνισταῖς χρησάμενος, καὶ

οὕτως ἀγαθοῖς, ὑπ' οὐδενὸς ἡττήθη. ubi fuisse videtur, ὡς τοσούτοις ἀντ' χρ. καὶ οὕτως ἀ. ὑπ' οὐδ. ἡττήθη. Contra ὡς delendum ap. Eundem Or. III. p. 118. 44. οὐδεὶς γὰρ οὕτως μαλακός, οὐδὲ φιλήδονος, ὃς οὐχ ἥδεται τῇ αὑτοῦ πράξει, κἂν τύχῃ ἐπίπονος· ὡς ἥκιστα μὲν κυβερνήτης ἀχθεσθείη τοῖς ἐν θαλάττῃ πόνοις, ἥκιστα δὲ γεωργός. ubi scribe, *Reiskio* partim praeeunte: κἂν τύχῃ ἐπίπονος οὖσα. Ἥκιστα μὲν κυβερνήτης ἂν ἀχθεσθείη.

P. 693. *A. V.* 530. *Nicostrati* fragm. ex Pandroso:

κἀγὼ φιλτάτη,
μετανιπτρίδα δ' αὐτῷ τῆς Ὑγιείας ἔγχεον.
λάβε τῆς ὑγιείας δή σύ· φέρε, τύχῃ 'γαθῇ.
τύχη, τὰ θνητῶν πράγματα. πρόνοια δέ,
τυφλόν τι κασύντακτον ἐστίν· ὦ πάτερ.

V. 2. editiones exhibent μετανίπτρια δ'. Cod. Parisin. μετανίπρια δ'. Scribendum videtur:

κἆτ', ὦ φιλτάτη,
μετανιπτρίδ' αὐτῷ τῆς Ὑγιείας ἔγχεον.

Tum vero:

Τύχη τὰ θνητῶν πράγμαθ', ἡ Πρόνοια δὲ
τυφλόν τι κἀσύντακτόν ἐστιν, ὦ πάτερ.

Sic articulo restituto numeri, qui in vulgata lectione languidissimi sunt, non parum eriguntur. Attigit hoc *Nicostrati* fragmentum, ubi plura in eandem sententiam dicta congessit *Lennepius* ad Phalar. p. 182. — In proximo *Xenarchi* fragm. prius hemistichium versus secundi periit; alterum autem hemistichium sic legi debet,

ἢ γὰρ ἀγαθοῦ δαίμονος
συνέσεισέ μ' ἐκποθεῖσα φιάλη παντελῶς.

Tum in exitu haud scio an Comicus scripserit:

ἢ τοῦ δὲ σωτῆρος Διὸς τάχιστά γ' ὡς
ἀπώλεσε ναύτην καὶ κατεπόντωσέν μ' ὁρᾷς.

Sequitur locus *Eriphi* prorsus ἄμετρος, Ἐκπίῃ (vulgo ἐκπεπίῃ) δέπας πρὶν ἀγαθοῦ πρῶτον Δαίμονος λαβεῖν, πρὶν Διὸς σωτῆρος. Ubi suspicabar scribendum:

ἐκπίπτει δὲ δέπας πρὶν ἀγαθοῦ πρῶτον
δαίμονός σε λαβεῖν

in quibus verbis choriambici rhythmi agnoscis vestigia.

P. 697. *B. V.* 551. In specimine carminis Locrici depravata videntur verba V. 1. καὶ ἡδέων τί πάσχεις. ubi recte mihi emendasse videor,

κἀλ' ἠθέων τί πάσχεις;

Verba sunt moechae adulterum monentis, ne in utriusque perniciem diutius moretur. Obiter loca quaedam conabor corrigere, in quibus καὶ depravatum est. *Xenoph.* Hellen. V. 1 27. ἐπεὶ δὲ ταύτας ἔλαβον, ἰδόντες οἱ ὕστεροι ἁλισκομένους σφῶν αὐτῶν τοὺς πρωτόπλους, ὑπ' ἀθυμίας καὶ τῶν βραδυτέρων ἡλίσκοντο. Post καὶ sunt qui ὑπὸ inserant; lenius fuerit remedium, si κἀκ τῶν βρ. scribas. In fragm. *Diotogenis* ap. *Stobae.* Flor. XLI. p. 251. 20. cujus initium tractavit *Brunckius* ad *Aristoph.* Lysistr. p. 52. τὰ γὰρ νεόχρηστα τῶν ΣΙΤΙΩΝ μάλιστα τῷ ἀψαμένῳ καὶ πλασιάζοντι

ὅμοιον τὸ σχῆμα λαμβάνει. Τοῖς ἀνθρώποις περὶ καὶ ἀμπέλων, πῶς χρὴ τμηθῆμέν τε καὶ ἐποφθῆμεν, πεφρονημένως ἔχει· τὰ δὲ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἀμελέως τε καὶ εἰκαίως. scribendum existimo: τὰ γὰρ νεόχρηστα τῶν ΦΥΤΩΝ μ. τῶ..... λαμβάνει. Τοῖς οὖν ἀνθρώποις περὶ μὲν ἀμπελ. Tum in proximis, καί τοι οὐχ ἁ ἄμπελος οὐδὲ οἶνος καὶ τᾶς πολιτείας ἁγεμών, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος, ἁ ψυχὰ τῶ ἀνθρώπω. scribe: οὐδὲ οἶνος τᾶς πολιτ. ἁ. ἀλλ' ὁ ἄνθρ. καὶ ἁ ψ. τ. ἀ. Caeterum similia ex *Platone* conferentem vide *Heusdium* in Specim. Crit. in Plat. p. 6. sq. Restituenda est copula cum Cod. Coisl. ap. *Diodor. Sic.* L. IV. 54. νυνὶ δὲ προσθετέον ἡμῖν καὶ ὑπὲρ Ἰάσονος τὸν ὑπολειπόμενον λόγον. Delenda autem in fr. *Eusebii* ap. *Stobae.* T. IV. p. 58. 34. πολλοὶ ὑπὲρ τοῦ παρὰ τῶν δήμων κροτηθῆναι τὰ ἐόντα σφι πάντα ἡδέως προΐενται. ubi vulgo καὶ legitur post κροτηθῆναι, ex ultima hujus verbi syllaba ortum.

P. 698. *C. V.* 555. in *Hipponactis* hexametris V. 1. pro τὴν ποντοχάρυβδιν cl. *Mitscherlich* ad *Horat.* I. Od XXVII. p. 258. tentavit, τὴν χανδοχάρυβδιν. — Mox in *Hegemonis Thasii* parodia V. 10. οἷς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖσι τά χρηΐζων ἐποίθησα. Sic membranae Venetae. Quae fortasse sic debent corrigi,

ὡς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖς σίτου χρῄζων ἐποίησα.

Sic ego quoque victus egens una cum illis feci. Verbum χρηΐζειν vel χρῄζειν *Reiskius* restituere conatur *Dioni Chr.* XXXII. p. 657. 20. de Cynicorum multitudine querenti: τῶν δὲ Κυνικῶν λεγομένων ἐστὶ μὲν ἐν τῇ πόλει πλῆθος οὐκ ὀλίγον· καὶ

καθάπερ ἄλλου τινὸς πράγματος, καὶ τούτου φορὰ γέγονεν, οὐθὲν μέν τοι γε καὶ ἀγεννὲς ἀνθρώπων, οὐθέν, ὡς εἰπεῖν, ἐπισταμένων, ἀλλὰ χρειῶν τροφῆς. *Reiskius* χρηζόντων τροφῆς corrigit. Tanta mutatione non erat opus; sed scribendum mutato accentu, ἀλλὰ χρείων τροφῆς. *Eurip.* Herc. Fur. 1337. νῦν εἶ χρεῖος φίλων. Vide *Stephan.* Thes. L. Gr. III. p. 612. *Brunck.* ad Oedip. Colon. 504. *Piers.* ad *Moer.* p. 415.

P. 699. *B V.* 539. *Euboeus* parodus Homeri versus facete ad alias res convertisse narratur; exempli causa, περὶ μὲν τῆς βαλανείων μάχης

βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.

Sic quidem est ap. *Homer.* Ιλ. σ. 534. sed quid salis huic parodiae insit, nemo facile dixerit. Quare vide an ille scripserit, περὶ μὲν τῆς τῶν βατανείων μάχης

βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἀγγείοισιν

de pugna cum *patellis.* V. L. IV. p. 169. D. in ἀγγείοισιν incidit etiam doctissimus Editor, qui inprimis consulendus.

In iis, quae cl. Editor inseruit inde a P. 562. legitur fragm. *Aristophanis* ἀλλ' ὥσπερ ὁ λύχνος. Tolle ocyus articulum, quem nec *Pollux* agnoscit. Contra articulus plus semel revocandus in loco *Libanii* T. IV. p. 222. 6. τρόφιμος ἐκεῖνος, πάντων ἐμοὶ καὶ ἀντὶ πάντων, ὁ τὸν βίον ἐμοὶ ἥδιστον ἐπιδεικνύς, ὁ πλούσιος, ὁ πολίτης. Scribo: ὁ τρόφιμος ἐκεῖνος, ὁ πάντα ἐμοὶ καὶ ἀντὶ π.... ὁ

πλούσιος, ὁ πολυτελής. *) Ut hic πολίτης mutavi in πολυτελής, sic ap. *Teletem* in *Stobae.* Flor. T. XCI. p. 509. 16. lego, ἔτι πρὸς τούτοις ὃ μάλιστα τῇ πολυτελείᾳ προσιέναι δοκεῖ, τὸ δοῦναι χάριν, οὐχ ἁπλοῦν ἐστίν, ἀλλ' ἔχει συμφορὰς πλείονας. ubi vulgo τῇ πόλει legitur. Iterum lege ap. *Liban.* T. IV. p. 260. 5. καὶ οὐδ' ἡ ἔκδοσις αὐτὸν καταπαῦσαι δύναται. pro οὐδὲ ἔκδοσις. et p. 265. 21. ἂν δ' ἄρα ποτέ, 'Αθηναῖοι, γίνωνται φιλάνθρωποι καὶ δείξωσι πάλιν ὡς ἔχουσιν ἐν ταῖς φύσεσιν οἶκτον. Inepta distinctione sublata corrige: ἂν δ' ἄρα ποτὲ οἱ 'Αθηναῖοι γίνωνται φιλ. — Mox ap. *Athenaeum* nostrum verba Comici, λάβε τριόδοντα καὶ λυχνοῦχον, sic digeri debent:

λάβε
τριόδοντα καὶ λυχνοῦχον.

In *Alexidis* autem ex Theophoreto versibus: οἶμαι γὰρ ἐπιτιμᾷν τῶν ἀπαντώντων τινάς. cave γὰρ simpliciter deleas; nam turpem hiatum effeceris. Scribe potius:

οἶμαί γ' ἐπιτιμᾷν τῶν ἀπαντώντων τινάς.

Male γὰρ legitur ap. *Dion. Chr.* Or. III. p. 129. ubi docetur, quantum boni laborum tolerantia, quantum mali mollities et luxuries afferat: ἔτι δὲ οἱ μὲν πόνοι αὑτοὺς ἐλάττους ἀεὶ ποιοῦσι. καὶ φέρειν ἐλαφροτέρους, τὰς δὲ ἡδονὰς μείζους καὶ

*) Ibi paucis versibus ante legitur: καὶ εἰς ἑσπέραν δὲ βαθεῖαν τὸν πότον παρατείνειν, ὅτι καιρὸς ἀπέκειτο καὶ ὕπνου καιρός. Novissimam vocem *Reiskius* delet. Fortasse scribendum: ὅτι καιρὸς ἀπέκειτο καὶ ὕπνου ἱκανός De origine hujus vitii nonnulla monuimus supra ad P. 670. D.

ἀβλαβεστέρας, ὅταν γίνωνται μετὰ τοὺς πόνους. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, τοὺς πόνους ἀεὶ χαλεπωτέρους ποιεῖ φαίνεσθαι, τὰς δὲ ἡδονὰς ἀπομαραίνει καὶ ἀσθενεῖς ἀποδείκνυσι. Ubi nisi post verba εἰ γὰρ μὴ τοῦτο lacunam esse statueris, corruptelam tolles legendo. ἡ δ' αὖ τοὐναντίον. sive ἡ δ' αὖ πᾶν τοὐναντίον. Sic loquuntur veteres. Cf. *Xenoph.* Mem. II. 3. 5. III. 9. 14 III. 12. 4. Agesil. VI 5. Etiam Or. XI. p. 335. ἔτι γὰρ καὶ τόδε πρὸς τοῖς εἰρημένοις. Scr. εἰ δ' αὖ καὶ τόδε. In *Xenoph.* Hierone V. 1. pro χαλεπὸν δ' ἐρῶ σοι. vera videtur lectio marg. Villois. χαλεπὸν δ' αὖ σοι ἐρῶ. Sed male in eodem Dialogo c. X. 3. ἀπ' οὐδενὸς ἄν μοι δοκεῖς τοσαῦτα ὠφελήματα παρασχεῖν. Vir doctus αὖ μοι δοκεῖς tentavit, quum ἂν ad sensus integritatem necessario requiratur. Apud *Libanium* T. III. p. 365. 5. ὁ δ' ἄρ πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός. legere possis, ὁ γὰρ π. Sed quum in Cod. Bavar. ὁ δέ που legatur, scribe, ὁ δ' αὖ πονηρός. *) Excidisse videtur γὰρ ap. *Dion. Chr.* Or. II. p. 5. οὔκουν οὐδὲ 'Αθηναίους οὕτως, ἔφη, ζηλωτῆς δαπάνης καὶ πολυτελείας τῆς περὶ τὴν πόλιν καὶ τὰ ἱερά, ὅσον τῶν ἔργων ἃ ἔπραξαν οἱ πρότερον· τὸν ἀκινάκην τὸν Μαρδωνίου πολὺ σεμνότερον καὶ κρεῖττον ἀνάθημα ἔχουσαν, καὶ τὰς Λακώνων ἀσπίδας, καὶ τῶν ἐν Πύλῳ ποτὲ ἁλόντων, ἢ τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως. Scribe: τὸν γὰρ ἀκινάκην... ἔχουσιν, καὶ τὰς Λ. ἀσπίδας, τὰς τῶν ἐν Π. π. ἁ. Hunc Mardonii gladium,

*) Ap. *Plutarchum* T. II. p. 525. A. ἆρ' depravatum videtur: Ἄπολλον, ἄνθρωπόν τιν' ἀθλιώτερον Ἑώρακας ἆρ' ἐρῶντα δυςποτμώτερον. Scripserim:

Ὤρακας ἆρ' ἔρωτ' ἐρῶντα δυςποτμώτερον;

in templo Minervae Poliadis asservatum, commemorat *Pausanias* I. 27. init. de anathematis veritate dubitans: Μαρδονίου δὲ μαχησαμένου Λακεδαιμονίοις ἐναντία, καὶ ὑπὸ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου πεσόντος, οὐδ' ἂν ὑπεδέξαντο ἀρχήν, οὐδὲ ἴσως Ἀθηναίοις παρῆκαν φέρεσθαι. cum quibus conf. *Herodot.* L. IX. 63. 64. — In proximo *Anaxandridae* fr. cl. Editor acute tractavit vulgatam ἐν ὑβρίου κόβυ λαβών. Vix tamen crediderim ὠκὺ λαβών, ab Atticis usurpatum fuisse. Num ille scripserat ἐν Ὕβρει

οὐκ οὖν σὺ λαβὼν τὸν φάνον ἅψεις μοι λύχνον;

Menandri autem versum ex Ἀνεψιοῖς, qui vulgo sic scribitur,

Ὁ φανός ἐστι μεστὸς ὕδατος οὑτοσί·
δεῖ τ' οὐχὶ σείειν, ἀλλὰ ποδιεῖν αὐτόν.

ex acuta *Bentleji* conjectura editum, ἀλλ' ἀποσείειν; minore tamen mutatione corrigendum existimo sic:

δεῖ δ' οὐχὶ σείειν, ἀλλ' ἀποδίκειν αὐτίκα.

Quo verbo *Aeschyl.* Agam. 1402. et *Euripides* utitur in Herc. Fur. 1204. simplici autem δίκειν saepissime.

P. 701. D. V. 566. *Hermippi* versum in Φορμοφόροις sic digere:

τῇδ' ἐξιόντι δεξιᾷ
ὦ λυχνίδιον.

quae trochaeorum sunt reliquiae; nam *λυχνίδιον* antepenultimam producit. *Platonis* autem verba ex Νυκτὶ *μακρᾷ*, fortasse jambicum octonarium efficiunt:

ἐνταῦθ' ἐπ' ἀκρῶν τῶν κροτάφων ἕξει λύχνον δίμυξον.

Finis.

INDEX SCRIPTORUM

qui

in hoc libro tractantur.

INDEX

Rerum et Verborum.

A.

B.

C.

Γ. G.

Δ.

E.

Λ.

Π. P.

T.

Corrigenda.

P. 2. lin. 11. ναντικόν. lege ναυτικόν.
P. 4. l. 5. ab ult. lege τὸν πρ.
P. 5. l. 7 *tueri.* lege *teneri.*
P. 43. l. 3. ab ult. ὕπνου lege ὕπνων.
P. 53. l. 3. η lege ἤ.
P. 63. l. 11. ἀγρύρῳ lege ἀργύρῳ.
Ibid. l, 25. post *Xenoph.* insere *Hellen.*
P. 65. l. 16. περικεκαυμένον lege ἐπικεκαυμένον.
P. 69. l. 9. lege συμφωνίαν.
P. 82. l. 18. χάιρει. lege χαίρει.
P. 99. 3. καῦθηρὸν lege κάνθηρόν.
Ibid. 5. ab ult. *eu* lege *et.*
P. 123. 24. *Aristophanis* lege *Aristophanes.*
P. 126. 6 τουτί. lege τοῦτο.
P. 129. 9. *instituit.* lege: *instituentis,*
P. 147. 6. ab ult. *oppositum. Quod*.: lege *appositam. Quid*..
P. 155. 18. *vindicare.* lege *vindicari.*
P. 161. 7. *jota mutato* lege, *addito.*
P. 167. 19. *ars* lege *res.*
P. 172. 16. σαυτοὺ lege σαυτοῦ.
P. 182. 7. μη. lege μοι.
P. 183. 6. ab ult. ἔδωσιν. lege ἴδωσιν.
P. 184. 15. κομπάσματ' ἀλοίδορα. lege κομπάσματ' ἀλλ' ἀλοίδορα.
P. 188. 15. *Eund.* lege *Liban.*
P. 195. 6. *vere* lege *fere.*
P. 199. 12. post *Nicander* insere *de.*
P. 224. 21. *hoc* lege *hunc.*
P. 239. 9. ab ult. πάτηρ. lege πατήρ.
P. 249, 1. dele punctum post κυλίκια.
P. 259. 19. δε ἔχει. lege: δ' ἔχει.
P. 264. 2. ΠΕΛΟΝ. lege ΠΕΔΟΝ.
P. 273 Verba *Ion Chius* usque ad ἀμήχανος collocanda sunt ante verba *in Aeschyli.*
P. 308. 2. ab ult. lege Ἀχαρνεύς.
P. 312. 14. εἰκίδοι μ' lege εἰςίδοιμ'.
Ibid. 19. ὄ τ'. lege ὅ τ'.
P. 314. 3. κοῖκον. lege οἶκον.
P. 337. 4. βινούμενον. lege αὐλούμενον.
P. 344. 15. εἰστιᾶται. lege ἑστιᾶται.

Jenae,
ex officina Frommanni et Wesselhoeftii.